ALBERO, Trevirensis archiepisc. Floruit medio XII sæc. forte idem fuit atque Virdunensis episc. (*Vide supra*). Scripsit ad Sugerium an. 1147, quærens quid ipsi de Hierosolymitana expeditione intimaverant nuntii regis, CLXXXVI, 1361.

ALBERTUS, Miciacensis abbas circa finem X sæc. floruit. Primum conjugatus, postea vestem monachalem induit. Ex illo supersunt epistola ad Joannem XVII papam et charta qua prædia quædam cœnobio Gemeticensi confirmat, CXXXIX, 586.

ALBERTUS, Hugonis Ecclesiæ Carnotensis vicedomini filius, junioratum ecclesiæ S. Sabini, quæ in Braiao castro super fluvium Osannæ fundata fuerat a patre suo Willelmo, fratribus concessit cœnobii S. Petri Carnotensis, decimam sibi retinens an. 1080, CLV, 537.

ALBERTUS cardinalis. Sub Alexandro III, XII sæc. floruit; cujus habetur epistola ad conventum Cantuar. super S. Thomæ archiepisc. nece, CXC. 682.

ALBINUS. *Vide infra* ALCUIN.

ALBOINUS, sacerdos quidam ordinis sacramenti immemor, qui conjugium sacerdotum licitum esse asserens plures scripsit epistolas ad Bertholdum seu Bernaldum Constantiensem presbyterum, quas iste refellit in responsionibus, circa an. 1080, CXLVIII, 1059, 1079.

ALBUINUS, eremita Clarævallensis. Apud Sanderum fit mentio Albini cujusdam qui librum Heriberto archiepisc. Colon. an. 999 inscripsit. Ex eo superest tantum epistola nuncupatoria operi præfixa, CXXXVIII, 186.

ALCHERUS, abbas seu potius monachus. Sub regimine S. Bernardi et successorum, litteras coluit et pietatem in abbatia Clarævall. et litteris tum divinis, tum humanis claruit. Obiit circa an. 1169. Ex illo superest tractatus *De diligendo Deo*, CXCIV, 1687, 1693.

ALCUINUS cognomine ALBINUS FLACCUS, Cantuariensis monachus, postea abbas Turonens. et magister illustris Caroli Magni. Eboraci in Northumbria natus an. 736 e nobili prosapia. Sub Hecberto studuit et scientiis ac litteris adeo clarus est effectus ut præceptor Carolo Magno datus sit. Obiit an. 804. Multa diserte scripsit opera, C-CI.

ALDEGUNDIS (S.), ex Alperto et Bertilia nata et origine illustrissima virginitatem custodivit et, defunctis parentibus, religiosam disciplinam amplexa est in cœnobio Malbodii (*Maubeuge*) cui plurima dona assignavit in die consecrationis suæ an. 661. Alia est charta qua 12 instituit canonicos in S. Quintini ecclesia quibus dotem sufficientem tribuit, eodem anno. Quæ tamen chartæ dubiæ existimantur a quibusdam, LXXXVIII, 1160, 1162.

ALDRICUS (S.), Senonensis archiepisc. antea abbas Ferrariensis. In concilio Paris. ordinatus est an. 829. Ludovico Augusto addictissimus fuit, qui præceptorem Palatinum eum instituerat, ut majora aulæ imperialis negotia ejus definirentur arbitrio. Lethali morbo correptus deferri jussit in Ferrar. monast. in quo obiit an. 836. Epistolas reliquit, CV, 796.

ALDRICUS, Cenomanensis episcopus. regali progenie ortus sæc. IX floruit. Juvenis in aula Caroli Magni admissus postea propter doctrinam et scientiam episcopus est

consecratus. Obiit an. 856. De eo exstant tria testamenta et regulæ canonicæ disciplinæ, CXV, 50.

ALEXANDER Magnus, Macedonum rex et imperator, quem noverunt omnes, floruit ante Chr. an. 324. De eo exstant epistolæ ad Didymum Brachmanorum regem apud Alcuinum, sed hæc apocrypha videntur, CI, 1366.

ALEXANDER I (S.) papa et martyr S. Evaristo successit. Nihil constat de papæ hujus vita. Quædam de eo exstant epistolæ, sed suppositæ vulgo reputantur. Obiit anno 119, CXXXIII. ...

ALEXANDER II papa. Natione Mediolanensis, an. 1061 cathedram Petri obtinuit. Concilium Lateranense celebravit in quo Simoniacos et concubinarios clericos anathemate percussit. Obiit an. 1073. Exstant de eo epistolæ et diplomata, CLXVI, 1275.

ALEXANDER, Leodiensis canonicus, continuavit gesta episcoporum Leodien. ab Anselmo descripta. Quædam de eo habentur in Vita Vasonis Leodiensis episc. Florebat sæc. XII, CXLIII, 725.

ALEXANDER et THEODERICUS. cardinales Romanæ Ecclesiæ, Guarino priori S. Victoris gratulantur de sua promotione et illi dissuadent, ne in exstruendis ædificiis tempus consumat, an. 1173, CXCVI, 1387, 1395.

ALEXANDER III papa. Patria Senensis, electus est an. 1159 et obiit 1181. Plurimæ de eo exstant epistolæ et diplomata, CC, 9.

ALEXANDER, monachus et postea abbas S. Augustini Cantuar. ord. S. Bened. Floruit, juxta Pitæum, an. 1217; vitam conscripsit S. Hugonis Lincoln. episc. in V libros, CLIII, 937.

ALEXANDER de Monte Acuto, dominus de Mælein, quædam jura concessit fratribus de Buxeria ordin. Clarævall. et testatur Albertum Saviniacensem eisdem monachis dedisse quinque terræ jornales, an. 1265. Ejus chartæ sermone Gallico juxta tempus scribuntur, CLXXXV, 1429, 1431.

ALEXIUS COMNENUS, Constantinop. imperat. Nepos fuit Isaaci Comneni; cum Turcis et Scythis sæpe bellum habuit, cum crucesignatis callide egit ipsosque in exitium traxit. Obiit anno 1118. De eo habentur epistolæ ad Robertum Flandriæ comitem et ad Bohemundum an. 1093, CLV, 465, 490.

ALFRICUS. *Vide* ÆLFRICUS.

ALFREDUS MAGNUS, Anglorum rex. Origine Saxo, Danos superavit, propriis subditis leges condidit, scientias et artes restituit et merito Magnus cognomine dictus. Obiit an. 900. De eo exstant constitutiones et diplomata, CXXXVIII, 447.

ALGERUS (S.), canonicus Ecclesiæ Leodiensis. Natus est Leodii, exeunte sæc. XI. A teneris litterarum studio operam dedit, primum in Ecclesia S. Bartholomæi Deo militavit gradu diaconus, officio scholasticus. Obiit an. 1132. Varia edidit scripta quibus sibi famam comparavit, CLXXX, 723.

ALGRINUS. *Vide* JOANNES.

ALIENOR sive ELEONORA, Guillelmi IX Aquitaniæ ducis filia, nupsit primum Ludovico regi Francorum qui eam repudiavit; similiter conjugata Henrico II Anglorum regi iterum repudiata est, et in monasterio inclusa, donec filius Richardus regnum obtinuerit. Obiit an. 1203. De ea nonnullæ exstant epistolæ, CC, 1362, 1380. — *Vide insuper*, CCVI, 1262, 1265; CCVII, 432 *et seqq.*

ALIPIUS, Tagastenus episcopus. Discipulus et familiaris S. doctoris Augustini, iter fecit per Palæstinam Hieronymi præcipue visendi causa: magno subsidio fuit S. Augustino sive gestis sive scriptis contra Donatistas et Pelagianos. Senex obiit, an. 429. *Vide* ejus epistolas apud August., XXXIII, 180 *et passim*.

ALMODIS, comitissa Narbonnensis, vidua Pontii comitis et Raimundus filius ejus, comes Rutenensis et Nemausensis S. Ægidii abbatiam concesserunt D. Hugoni Cluniac. abbati an. 1066, CLIX, 959.

ALOINUS quidam laicus, nonnulla prædia concessit Sangall. monasterio a quo non longe degebat, circa an. 680, sub Theoderico III Francorum rege, LXXXVIII, 1204.

ALOIS et ejus vir Girardus vendiderunt Ecclesiæ S. Sepulchri duas stationes cum suo solario pro 170 Bizantiis an. 1155. CLV, 1207.

ALPERTUS S. Symphoriani Metensis monachus. Ineunte XI sæc. florebat. Duos libellos composuit *De episcopis Metensibus*, et *De temporum diversitate*, CXL, 443.

ALPHANUS (S.) episc. Beneventanus. Pertinere videtur ad VII sæc. Ex ejus scriptis tantum superest *charta renuntiationis jurium ecclesiæ S. Martini*, LXXX, 325.

ALPHANUS, Salernitanus archiepisc. Patria Italus primo Casinensis abbas, tandem an. 1057 in sedem Salernitanam assumptus, synodo interfuit Beneventanæ, an. 1050 sub Nicolao II celebratæ. Obiit an. 1086. Varia scripta perfecit, CLXVII, 1219.

ALPHONSUS BONUSHOMO, vir peritus in linguarum interpretatione, transtulit de Arabico in Latinum libros rabbini Samuelis ex Judæo Christiani, ut constat ex epistola quam ad Hugon. ord. Prædicatorum magistrum direxit, sæc. XIII, CXLIX, 335.

ALPHONSUS VIII, Hispaniarum rex, matri suæ Terraquæ successit, Mauros sæpissime debellavit. Obiit an. 1157. Ex illo exstat epistola ad Hugon. Cluniac. abbatem, CLIX, 938.

ALPHONSUS I, primus Portugalliæ rex. Filius erat Henrici Burgundiæ ducis, insignem post victoriam in Mauros rex proclamatus est: obiit an. 1185. Nonnullæ de eo exstant epistolæ in variis tomis Patrol. editæ, CLXXIX, 935. — *Vide insuper*, CLXXXII, 673; CLXXXV, 981; CLXXXVIII, 1675.

ALPHONSI PETRUS. *Vide* PETRUS.

ALREDUS, Angliæ rex, Ethelredi successor, et regina Ogiva VIII sæc. florebant. Epistolam ad sanctum Lullum archiep. Mogunt. miserunt sese precibus ejus commendantes, XCVI, 823.

ALULFUS, clericus primum, deinde monachus in cœnobio S. Martini Tornacen., ubi cantoris officium 47 annos implevit, XII sæc. floruit. Sicut Paterius, testimonia collegit Veteris et Novi Testamenti, quæ apud S. Gregorium Magnum leguntur ex quibus librum componit *Gregorialem* inscriptum, LXXIX, 682, 1137.

ALVARUS (Paulus), laicus, vir illustris. Cordubensis, coævus S. Eulogii Toletani episc. cujus Vitam scripsit. De eo exstant alia quædam opuscula et epistolæ, ex quibus Judæus esse videtur; IX sæc. floruit. CXV, 706, 754, 959. *Vide insuper*, CXXI, 387.

ALWALO quidam conjugatus et filios habens, cum ab episcopo fuisset excommunicatus, eidem scripsit epistolam absolutionem petens. Sed quis sit et quo tempore vixerit non constat, CLI, 641.

AMALARDUS et Wido, monachi S. Petri Horbacensis, scripsere ad sanctum Lullum Moguntin. archiepisc. pro quodam presbytero, ut posset celebrare missam in quadam ecclesia suæ jurisdictionis, an. 774, XCVI, 847.

AMALARIUS, Trevir. archiepisc. Antea monachus Bened. promotus est an. 810: ecclesiam Hamburg. in honorem B. Virginis consecravit. Obiit an. 815. De eo habetur epistola ad Carolum Magn. Scripsit quoque tractatum *De baptismo*, XCIX, 851, 855. — *Vide* CI, 1287.

AMALARIUS (Symphosius) *vide* SYMPHOSIUS.

AMALASWINTHA, Gothorum regina, Theodorici filia et Athalarici mater, cujus virtutes et animi magnitudinem commemorat Procopius. Obiit an. 552. Ex illa supersunt nonnullæ epistolæ, LXIX, 795, 797, 803, 804.

AMALFRIDUS, vir illustris, monasterium construxit in pago Cameracensi et in loco Hunulfocurtis dicto, cujus filia sua Auriana abbatissa fuit. Illud postea monasterio Sithiensi regendum dedit absque præfatæ abbatissæ detrimento, an. 603, LXXXVIII, 1209.

AMALRICUS, Ascalonis comes, Balduini III Hierosolymæ regis frater, quasdam donationes agit et confirmat monasterio S. Sepulcri in Jerusalem an. 1160, CLV, 1153, et seq.

AMALRICUS, Hierosolymæ rex V, immunitatem concessit Ecclesiæ S. Sepulcri; et prius datam confirmavit an. 1164, CLV, 1232.

AMALRICUS, patriarcha Hierosolymitanus XII sæc. florebat. De eo exstant epistolæ ad Ludovicum Juniorem, CLV, 1266.

AMANDUS (S.), Trajectensis episc., in pago Herbalitico ex inclytis et religiosissimis parentibus natus est. Religiosam disciplinam ante episcopatum erat amplexus. Obiit an. circiter 679. Ex illo habemus chartas et hymnos, LXXXVII, 1268.

AMATUS, Burdigalensis archiepisc. ex monacho factus est an. 1088. Interfuit concilio Claromont. sub Urbano II, in quo decretum est bellum ad recuperanda loca sancta. Obiit an. 1101. De eo supersunt epistolæ et diplomata, CLV, 1638, 1641.

AMBLARDUS Solemniacensis abbas, cujus annum et ipsam ignorant ætatem. Ex eo epistolam habemus ad Hervæum Turon. canonicum, CXXXVIII, 187.

AMBRICHO, episcopus Ratisbonensis simul et abbas S. Emmerammi, S. Adelwini successor, insignis rerum suarum commutator, IX vixit sæc. De eo exstant immunitatis chartæ super concambia et commutationes quæ quotidie perficiebat, CXXIX, 904 *et passim*.

AMBROSIUS (S.), Mediolanensis archiepisc. et Ecclesiæ doctor. E nobili genere ortus, defuncto patre, cum matre sua Romam petiit, ubi artibus liberal. et scientiis operam dedit. Catechumenus adhuc renitens in episcopum

electus est a plebe et clero Mediolanensi. Hanc ecclesiam rexit ad an. 397 quo vita decessit. Multa scripta tradidit quæ eloquentia et doctrina nitescunt. XIV.-XVII.

AMBROSIUS, majordomus Liutprandi regis in Aretina Tusciæ civitate. Cum duo episcopi de finibus jurisdictionis suæ coram eo contenderent, causam possidenti adjudicavit propter præscriptionem. Actum est in regia curte Senensi ann. 713. LXXXVII, 1399.

AMBROSIUS (S.), Cadurcensis episc. In territorio Bituricensi natus est. De ejus parentibus et educatione tacent biographi. Conjicitur ipsum obiisse an. 770. Ex illo supersunt libri II de sacramentis et mysteriis, qui olim ascripti sunt sancto Ambrosio Mediolan. LXXXIX, 1197.

AMBROSIUS AUTPERTUS (S.), abbas Beneventanus in monast. S. Vincentii ad Vulturnum, orator et poeta pro tempore conspicuus. Obiit circa an. 778. De eo exstant sermones, homiliæ et vitæ quædam. LXXXIX, 1266.

AMBROSIUS, Mediolan. presb. et Attonis episc. Vercellensis legatus, a quo cum interrogatus fuisset de quadam circa conjugium quæstione, suam aperit sententiam in responsione, circa an. 953, CXXXIV, 112.

AMEDEUS comes, Humberti filius, et ejus uxor Adalegida ecclesiam S. Mauricii dono contulerunt monasterio SS. Petri et Pauli Cluniac. an. 1025, CXLII, 1042.

AMEDEUS (S.), episc. Lausanensis. Nobili genere ortus an. 1110. a sancto Bernardo præfectus est abbas cœnobio Altæ-Combæ, sed postea ad episcopatum evectus scientia et doctrina necnon zelo et pietate claruit. Obiit circa an. 1159. De eo habentur epistola ad filios suos ecclesiæ Lausan. et homiliæ de B. Virgine Maria, CLXXXVIII, 1277.

AMELIUS, Tolosanus episc. ecclesiam S. Columbæ in Tolosano territorio sitam, quod Cherchorbense dicitur, Pontio Cluniac. abbati commisit an. 1110, CLXVI, 848.

AMELIUS, Auriliacensis abbas, cum reformare nequiret pravos sui cœnobii mores, sanctum Hugonem Cluniac. abb. precatur ut cœnobium Cariacum suscipiat reformandum (sæc. XI.), CLIX, 942.

AMMONIUS, Alexandrinus philosophus et *Saccas* cognominatus, eo quod saccos aliquando professione ferebat. Peritus factus in Platonis philosophia, scholam instituit quam frequentaverunt Plotinus et Origenes. Auctor est Harmoniæ quatuor Evangeliorum a Victore Capuano postea translatæ. Obiit circa an. 243, LXVIII, 255.

AMOENUS, auctor V sæc. De hujus vita omnino silent biographi. De eo exstat Enchiridion Veteris et Novi Testamenti et carmen acrostichum in Leontium episc. LXI, 1075.

AMPHILOCHIUS (S.) e Cappadocia ortus, episcopus factus est Iconii an. 314; ab imperat. Theodosio leges obtinuit adversus Arianos. Concilio interfuit Constantinop. œcumenico, an. 381 et an. 394 e vivis decessit. Vitam conscripsit sancti Basilii Cæsarien. LXXIII, 293.

AMULO episc. Lugdun. Natione Gallus, Agobardo successit et sedem hanc tenuit ab an. 841 ad 852, quo defunctus est. De eo epistolæ et opuscula duo supersunt *De Dei præscientia et libero hominis arbitrio*, CXVI, 78.

AMULRICUS, S. Ludgero Werthinensi abbati quasdam terras dono contulit sitas in loco qui *Ad Crucem* dicitur juxta Arnapa fluvium, an. 799, XCIX, 802, 811.

ANACHARSIS, philosophus. Natione Scytha e regia stirpe ortus, diu Græciam peragravit, cujusque civitatis leges ediscens, sed vix in patriam reversus, cæsus est an. 548 ante Christum. De eo exstat epistola ad S. Ambrosium e Græco translata, XVII, 1150.

ANACLETUS (S.), pap. et mart., qui et CLETUS aliquando dicitur. S. Lino seu sancto Clementi successit. Obiit an. 83. Ipsi tribuuntur sed immerito epistolæ quædam ab Isidoro Mercatore, CXXX, 59.

ANACLETUS, antipapa qui Petrus Leo dicitur. Cum ad familiam pertineret Romæ potentissimam quosdam cardinales promissis suasit ut eum eligerent, dum alii longe numero majores Innocentium II nominarunt. Petrus Leo usurpatam potestatem octo annos exercuit partim gratiis partim terrore per fas et nefas. Victo tandem ejus fratre et protectore e Roma expulsus est. Obiit an. 1138. De eo epistolæ nonnullæ exstant, CLXXIX, 687.

ANAMODUS, ecclesiæ Ratisponensis subdiaconus, IX sæc. exeunte floruit; ipsi tribuitur collectio traditionum, CXXIX, 1034.

ANASTASIA Augusta, salutem imperatoris papæ Hormisdæ commendat an. 519; ex epistola videtur esse mater Justini imperatoris, LXIII, 1151.

ANASTASIUS I (S.) papa. Siricio successit et tres circiter annos sedit, vita functus an. 401. Ex ejus scriptis duæ tantum epistolæ ad nos pervenere; prior ad Joan. episc. Hierosol., posterior ad Simplicium Mediolanensem, ut eos præmuniret adversus Origenis errores, XX, 51.

ANASTASIUS I, Orient. imperat. *Silentiarius* cognomine. Dyrrachii natus est. Ariadnam Zenonis viduam uxorem duxit et sic ad thronum pervenit; catholicis multas persecutiones intulit dum Eutychianis faveret. Obiit an. 518, LXIII, 369 *et passim*.

ANASTASIUS presbyt. Apocrisiarius Romæ, sancti Maximi Constantinop. abbat. causam defendit. Ad Theodosium Gangrens. episc. scripsit, enarrans quæ perpessus sit cum sancto Maximo in exsilio, in quo e vita decessit an. 666, CXXIX, 659.

ANASTASIUS, Constantinop. monachus et sancti Maximi discipulus, qui cum aliis non est confundendus, duas tradidit epistolas: aliam ad Joannem diaconum, et aliam ad monachos Caralim. Floruit VII sæc., CXXIX, 556, 625.

ANASTASIUS abbas, Ecclesiæ Rom. presb. et bibliothecarius. Doctus et inter IX sæculi scriptores illustris, adfuit concilio œcumenico Constantinop. VIII, in quo damnatus est Photius. Hujus concilii de Græco in Latinum acta transtulit. Vitas scripsit SS. Pontificum et vitas quorumdam sanctorum, CXXVII-CXXIX.

ANASTASIUS III papa. Sergio successit temporibus Lamberti et Ludovici imperator., commendabilis præsertim lenitate et mansuetudine. Duos tantum annos sedit et an. 913 obiit. Ex illo duo supersunt privilegia, CXXXI, 1182.

ANASTASIUS, monachus et eremita. Venetiis natus est, ingenio et eloquio insignis, Saracenis in Hispania Evangelium prædicavit, inde in Gallias venit et diu cum fratribus Cluniac. vixit. Obiit an. 1086. — Habes de eo epistolam ad Geraldum abbat., CXLIX, 1131.

ANASTASIUS IV, papa, cui nomen Conradus. Multis jam gravatus annis Eugenio III successit. Patria Romanus fuit, et Sabinæ primum episc. virtute et experientia claruit. Obiit an. 1154. Novem habemus hujus pontificis epistolas, CLXXXVIII, 986 *seqq*.

ANATOLIUS (S.), Flaviani successor electus est in sedem Constantinop. ab impio Dioscoro et aliis episcopis conciliabuli Ephesini quod merito dicitur *Ephesinum latrocinium*. Quam ordinationem etsi illegitimam ratam habuit S. Pontifex eo quod hæresim abjuravit Anatolius, et ut facilius restitueretur pax et concordia inter Orientales. Obiit an. 458, LIV, 970, 1082.

ANAXIMENES, Ionicus philosophus, Anaximandri discipulus, florebat ante C. an. 580. De eo exstat dup ex epistola ad Pythagoram e Græco a sancto Ambrosio Latine translata, XVII, 1151.

ANDGERUS, vir pietate insignis omnia quæ possidebat distribuit partim pauperibus, partim fratribus et ecclesiæ S. Salvatoris, sibi et conjugi suæ reservans usumfructum per chartam donationis, an. 848, XCIX, 820.

ANDREAS, Fontis Ebraldi monachus. B. Roberti de Arbrissello hujus congregationis fundatoris discipulus fuit simul et confessarius, cujus vitam conscripsit. Floruit circa 1120, CLXII, 1057.

ANDREAS, Prævalitanus episc. Hormisdam pap. monet de infelici exitu synodi in Epiro novo celebratæ et de reditu ad fidem episcoporum Scampini et Ligunidinensis in legatorum adventu, an. 519, LXIII, 443.

ANDREAS abbas. *Vide* AGNELLUS.

ANDREAS, presb. et canonicus Bergomas, exeunte IX sæc. florebat. Chronicon contexuit ab ingressu Lombardorum in Italiam, usque ad finem regni imperat. Ludovici II, CLI, 1265.

ANDREAS I, Hungariæ rex, Ladislai Calvi filius, Petrum Russorum regem impugnavit et vicit; sed et ipse deinceps a Bela devictus est et occisus an. 1062: quædam de eo exstant constitutiones, CLI, 1257.

ANDREAS patria Parmensis, ordinis Vallumbrosani monachus, sancti Joannis Gualberti discipulus, postea abbas factus est Strumensis. Vitam collegit S. Gualberti Vallumbrosani ord. fundatoris, et Vitam S. Arialdi mart. Floruit circa 1080, CXLVI, 714, 766.

ANDREAS, Bernardi Montis Barri filius, recognovit et confirmavit omnes donationes a se vel a prædecessoribus suis quondam factas in gratiam abbatiæ Fonteneti, sæc. XII, CLXXXV, 1466, 1468.

ANDREAS, cancellarius Canuti Danorum regis. De eo habetur epistola ad magistrum Meliorem cardinal. super divortio regis et reginæ Francorum; hæc enim soror erat germana Canuti, an. 1145, CCIX, 716.

ANDREAS de Calviniaco, dominus castri Radulfi, Romanæ Ecclesiæ juramentum fidelitatis et hominium præstat, cui turris Burdigalensis custodia commissa fuerat an. 1202, CCXVII, 286.

ANFREDUS, Castellanus de sancto Abraham, cuidam

Martino vendidit unum cortillum. pro duobus byzantiis annuatim persolvendis, an. 1149, CLV, 1209.

ANGELOMUS, monachus Luxoviensis ord. S. Bened. in Burgundia, commentaria scripsit in *Genesim* et *Enarrationes* tum in *Lib. Reg.* tum in *Cantica canticorum*. Obiit an. 8547, CXV, 106.

ANGELRAMNUS, episc. Metensis. Antea monachus fuerat. Metensem ecclesiam rexit 23 annos. Obiit an. 791, dum comitaretur Carolum regem in expeditione adversus Hunnos. Ex eo habentur chartæ et collectio canonum, XCVI, 1032.

ANGELRANNUS, abbas monasterii S. Richarii in Anglia, XI sæc. floruit : metrice scripsit Vitam sancti Richarii primi abb. Cantuariensis, CXLI, 1422.

ANGILBERTUS (S.), abbas Centulensis. Dignitates aulæ antea gesserat, quas abdicavit ut Deo inserviret in Centulensi monasterio sub Symphoriano abbate ; postea abbas electus est. Obiit an. 814. Ex ejus scriptis solum supersunt versus et charta de restauratione monasterii Centulensis, XCIX, 826.

ANGILBERTUS PUSTERLA, archiepisc. Mediolan., Tali dignitate non contentus, ad Romanam sedem aspirare et intrudi non timuit, plebem suam in schisma inducens, regnante Carolo Magno, an. 827. De illo exstat rescriptum consultationis ad dom. Ludovicum imperat. CLI 1259.

ANGILBERTUS, Corbeiensis abbas. Florebat IX exeunte sæc. Quosdam elegiacos versus præmisit libro sancti Augustini *De Doctrina Christiana* aliosque hexametros composuit. CXXIX, 784.

ANIANUS, diaconus Celedensis. Acerrimus fuit hæresis Pelagii propugnator : de anno ortus et obitus ejus nihil certi habetur, an. 413. Quoad ejus scripta *Vide* XXI, 1173 et XLVIII., 626.

ANICETUS sive ANICUS (S.) papa et mart. sancto Pio successit. Eum adiit sanctus Polycarpus Smyrn. episc. et inter se disseruerunt de Paschæ celebratione; in eo consenserunt ut uterque morem proprium servaret ; ab erroribus Valentini et Cerdonis gregem tutatus est : obiit, an. 168, Quædam ei supponuntur decreta, CXXX, 118.

ANNÆUS POLEMÆUS SYLVIUS, Octodurensis episcopus. Florebat, an. 603 quo redegit laterculum suum seu Kalendarium juxta morem tum Christianorum tum gentilium. XIII, 671 ; I 1292.

ANNEMUNDUS (S.), episc. Lugdun. Successit sancto Viventiolo : dona quædum confirmavit S. Petri Parthenoni et ipse nova eidem contulit, an. 653, LXXXVIII, 1161.

ANNIANUS, quæstor sub Constantino Magno. De eo nihil aliud tenemus quam epistolam ab ipso et collegis missam ad Celsum Africæ vicarium, ut sciat episcopos qui juxta imperatoris mandatum in Gallias venerant supra Cæciliani causam ad sua redire sumptibus thesauri imperialis. VIII, 749.

ANNO (S.), archiepisc. Colon. Militiæ primum addictus est, sed mox avunculi sui consilio vitam amplexus clericalem, sedem obtinuit Coloniens. an. 1055. Post plura præclare et mirabiliter facta obiit, an. 1072, CXLIII. 1583.

ANNO, Indensis monasterii abbas, quod ab Aquisgrano duabus leucis distat, Florebat circa 1147. Ad Wibaldum cum adhuc Statulensis erat abbas, de quodam Ebroino scripsit, cui hortante Wibaldo benefecerat. CLXXXIX, 1143.

ANSA, Langobardorum regina et Desiderii uxor pietate et largitate erga pauperes claruit. Plurimis chartis nomen suum infixit, circa, an. 758. LXXXVII, 1388, 1393.

ANSALDUS, sacri palatii capellanus. Natione Siculus, ecclesiæ S. Sepulcri dono contulit domum quam Messanæ in Sicilia ipsemet construxerat, cujus conspectum et situm describit, an. 1171. CLV, 1243.

ANSBALDUS Wigibaldi filius, qui videtur fuisse Bertilendis frater abbatissæ Calensis donatricis, monasticam vitam amplexus sancto Willibrordo episcopo simul et monasterii Epternacensis abbati bona quædam donavit, an. 711 et 712. LXXXIX, 544.

ANSCHARIUS (S.), episc. Hamburg. Floruit ab, an. circiter 811 ad 865 : quidam eum e Frisia ortum putant. Primum monachus fuit. Vitam scripsit S. Willehodi Bremensis episcopi, CXVIII, 960.

ANSEBERTUS, Augustodunensis episc. qui Autbertus et Amalbertus a diversis dictus, fratrem habuit Autarium et sororem Segolinam sanctimonialem Augustod. monasterio S. Mariæ, hodie S. Joannis. Quibusdam ecclesiis bona sua distribuit per chartam, an. 696, LXXXVIII, 1131.

ANSEGISUS, Fontanellensis abbas. E nobili Franciæ prosapia ortus, cum plurimis regendis monasteriis Carolo Magno præpositus in legationem sæpissime missus esset, factus est Fontanellensis abbas. Caroli Magni leges collegit, obiit, an. 834, CV, 734.

ANSEGISUS, episcopus, cujus sedes non indicitur Cum aliis episcopis. Compendium adiit apud Ludovicum Pium ad benedictionem filii ejus Caroli, cujus commendationem scripto dedit, an. 877, CXXXV, 1285.

ANSELLUS, scholasticus et monachus S. Remigii Rhemens. qui dicitur S. Abbonis Floriacensis discipulus, et jussu Addonis abbatis quamdam visionem a se habitam metrice scripsit, ineunte XI sæc. CLI, 643.

ANSELLUS, cantor ecclesiæ S. Sepulcri. Videtur antea fuisse e clero B. Mariæ Parisiensis ; expeditionem Hierosolymitanam secutus est; et, Christianis Jerusalem ingressis, ecclesiæ S. Sepulcri addictus est. Inde Galoni Paris. episc. et clero epistolam scripsit, mittens portionem ligni sanctæ crucis, an. 1100. CLXII 729.

ANSELMUS sancti Remigii Rhemensis monachus. Per celebris hujus monasterii basilica dedicata est et consecrata ab ipso Leone IX papa quem Herimarus abbas invitaverat. Hujus dedicationis historiam contexuit Anselmus quibestis fuit oculatus, an. 1049. CXLII, 1411.

ANSELMUS, Leodiensis canonicus. E nobili genere ortus, pietate et moribus insignior fuit, sed de die mortis ejus silent omnes; continuavit *Chronicon Lobiense*. CXXXIX 957, clii, 725; CXLIII, 861.

ANSELMUS, episc. Lucensis. Patria Mantuanus et origine illustris, ab Alexandro II in episcopat. Lucens. electus est. Ad Henricum reg. missus, ab eo accepit investituram per annulum et baculum pastoralem; de quo pœnitentia motus, Cluniacum se recepit; sed Gregorius VII eum revocavit in suam diœcesim. Contra Guibertum antipap. scripsit. Obiit, an. 1086, CXLIX, 456.

ANSELMUS de Ribodimonte, e nobili genere ortus, inter crucesignatos claruit tum Nicæno, tum Antiocheno prælio ad Ptolemaidis sive Accarum muros. Lapide percussus obiit, an. 1099. De eo exstat epistola ad Urbanum II, papam, CLV, 471.

ANSELMUS, archiepisc. Mediolan. Quem Urbanus II. confirmavit, an. 1196. Bellum sacrum prædicavit; 50,000 Longobardorum secum duxit in Syriam, sed fugatus a Saracenis Constantinopoli mortuus est, an. 1100. De eo nonnulla exstant privilegia, CLV, 1655.

ANSELMUS, (S.) archiepisc. Cantuar. Claro ortus genere, Lanfranci fama permotus, ad monast. Beccense confugit, ubi prioris et postea abbatis munus gessit. Defuncto Lanfranco, ad sedem Cantuariens. evectus est, an. 1093. Scripta tradidit, tum dogmatica, tum ascetica, tum parænetica et epistolas, an. 1109. CLVIII, CLIX.

ANSELMUS, scholasticus et canonicus Laudunensis, infimo genere ortus, in scientiis et liberalibus artibus adeo profecit, ut cum maxima celebritate illas primum Parisiis et postea Lauduni professus esset, ipsum Abælardum discipulum habuit. De eo exstant Enarrationes in varios Scripturæ libros, et epistola ad abbatem S. Laurentii Leodiensis; obiit circa an, 1117, CLXII, 1170.

ANSELMUS, monachus Gemblacensis et postea abbas, primus persecutus est Chronicon Sigeberti, cui ingenio inferior videtur, judicio fluctuans, miraculis et monstris nimis intentus; Chronicon deduxit ab anno 1112 ad 1135, Obiit an. 1126, CLX. 239.

ANSELMUS, Havelbergensis episcop. in marchionatu Brandeburgensi, doctrina et gestis clarus fuit. Librum scripsit de ordine canonicorum reg. sancti Augustini, alium adversus Græcorum schisma, et vitas quorumdam sanctorum, XII sæc floruit. CLXXXVIII, 1088.

ANSERINUS, Bizuntinus archiepisc. et Joceramnus Lugdun. Gerardum Engolism. episc. monent de decisione sedis Romanæ super controversia Gurhandi abb. S. Crucis Kemperlegiensis cum Herveo Rotonensi abbate, an. 1120, CLXXII, 1326,

ANSOLDUS quidam miles et uxor ejus Hildegardis vicariam de Domna Maria concesserunt in gratiam S. Petri Carnot., an. 1088, CLV, 358.

ANTERUS (S.), pap. Origine Græcus, S. Pontiano successit, an. 235; sed tantum quadraginta dies sedit. Apud Bedam et Adonem dicitur martyr. Suppositicia sunt decreta quæ ipsi tribuuntur ab Isidoro Mercatore.

ANTHELMUS. *Vide* NANTHELMUS.

ANTIGONUS, Asiæ rex, unus e ducibus Alexandri, in prælio juxta flumen Ipsum periit a Cassandro Seleuco et Symmacho devictus, anno 241 ante Christum. Epistola ei tribuitur apud sanctum Ambrosium, XVII, 1151.

ANTO *pro* ZANETO. *Vide* ERFO.

ANTONINUS HONORATUS, Constantinensis episc. in Africa V sæc. floruit tempore persecutionis quam Genericus Wandalorum rex movit adversus Christianos; Arcadium quemdam Hispanum in exsilium propter fidem

pulsum consolatur per epistolam, et ad graviora perferenda hortatur, L, 565.

ANTONINUS Placentinus, pertinere videtur ad sæc. VI. De eo nihil certi habetur. Ipsi ascribitur relatio quædam itineris ad loca sancta, LXXII, 898 *et seqq.*

ANTONINUS (S.), e Florentia ortus in ordinem S. Dominici ingressus est, et inde tanta pietate et scientia claruit ut archiepisc. Florentinus de communi voto factus sit; Eugenius papa in extremis eum accersivit et Adrianus IV in sanctorum catalogum retulit. Obiit, an. 1450. De eo exstat testimonium tum de sancto Petro Damiano, tum de sancto Gregorio VII papa, CXLIV, 184; CXLVIII, 215.

ANTONIUS (S.), monachorum parens. Vix adultus, mortuis parentibus omnia bona pauperibus distribuit, et se in Thebaidis desertum contulit, ubi discipulos innumeros habuit, tentationes gravissimas superavit, obiitque in provectissima senectute, an. 356. Epistolas nonnullas Ægyptiace scripsit, LXXIII, 115; CIII, 423.

ANTONIUS, omnino incertus, cui tribuitur carmen adversus gentes, quod styli collatione quidam conjiciunt opus esse sancti Paulini, V, 262.

ANTONIUS, juvenis ad sanctum Simeonem Stylitam venit, et cum tantas virtutes miratus fuisset, eas stylo commisit. Quidam existimant eumdem esse ac Evagrium qui Vitam sancti Antonii Græce scriptam a sancto Athanasio Latine transtulit, an. 384, LXXIII, 325.

ANULINUS, ut proconsul in Africam missus a Diocletiano, primum Christianorum persecutor exstitit, ubi vero Constantinus imperium est adeptus, moderatius egit, et Cæciliani Carthaginensis episc. causam suscepit adversus Donatistas quorum libellum ad ipsum Constantinum cum epistola misit, an. 312, VIII, 479, 705.

APOLLINARIS (S.), Valentiæ in Gallia episcopus, sancti Aviti Viennensis episc. frater, exeunte sæc. V floruit, et ut patroni principalis memoria ejus in tota diœcesi adhuc celebratur. De eo duplex familiaris exstat epistola ad fratrem suum et collegam Avitum, LIX, 231, 273.

AQUILINUS JUVENCUS. *Vide* JUVENCUS.

ARATOR, subdiaconus S. Romanæ ecclesiæ. Poeta celebris VI sæc. sub Justino et Justiniano impp. floruit. Acta Apostolorum metrice scripsit, et Vigilio papæ dedicavit; obiit an. 555, LXVIII, 44.

ARCADIUS Augustus, Theodosii Magni filius, sanctum Arsenium a teneris magistrum habuit; ad imperium evectus, nimium se tradidit blanditiis Rufini et uxoris suæ Eudoxiæ : obiit an. 408. De eo exstat epistola ad Innocentium papam, XX, 633.

ARCESILAUS, peripateticus philosophus, Polemonis discipulus fuit. Athenis degebat, et in extremis testamentum suum ad quamdam Thaumasiam misit per Diogenem, an. ante Christ. 241. De eo exstat epistola apud divum Ambrosium e Græco translata, XVII, 1151.

ARCHYTAS, Pythagoricus philosophus. E Tarento oriundus, naufragio periit circa Apuliæ littora. Quasdam machinas invenisse creditur. De eo exstant apud sanctum Ambrosium epistolæ ad Dionysium et Platonem, an. 361 ante Christum florebat, XVII, 1151, 1152.

ARCULFUS (S.), urbis cujusdam in Gallia episcopus, claruit, an. 690. Religionis causa in Orientem iter suscepit, et locorum quæ invisit descriptionem tradidit per manum Adamani Hyensis abbatis, LXXXVIII, 722.

ARDO, *Vide* SMARAGDUS.

ARDUICUS, Vesuntionensis archiepisc. Guntharii querimonias adversus Hincmarum Rhemensem imprudenter accepit; et epistolæ temere conceptæ subscripsit cum Theolgaudo et eodem Gunthario, propter quam parum abfuit quin simul cum illo excommunicaretur, an. 868, *Vide* GUNTHARIUS, CXXI, 381.

ARDUINUS, miles Carnotensis et Odoni comiti addictus, juxta petitionem Gisberti S. Petri Carnot. abbatis concessit prata quædam et irrigationes pro modico censu duorum solidorum, an. 996. CLV, 249.

AREDIUS seu PETRUINUS, Vasionensis episc. multa dona et privilegia concessit Grassellensi monasterio a se constructo; insuper ab aliis donata confirmat, an. 683. Mentio fit in hac charta de domna Gregoria *episcopia* : porro episcopiæ dicebantur uxores eorum qui conjugati fuerant ante ordinationem; quæ mulieres in monasteriis vulgo degebant, LXXXVIII, 1204.

AREFASTUS, primum miles sub Richardo Normanniæ duce, deinde monachus factus hæreditatem suam dedit monasterio S. Petri Carnotensis quo se receperat, an. 1028. CLV, 262.

AREGIUS (S.), Altanensis abbas. Ineunte sæc. VI natus est Lemovicis Aquitaniæ provinciæ in Gallia ulteriore ex parentibus minus claris sanguine patricio quam insigni pietate. Abbas factus est monasterii Altanensis quod ipse fundaverat, post multa miracula obdormivit in Domino, an. 591. De eo exstat testamentum. LXXI, 1119.

ARIALDUS et HERLEMBALDUS (SS.), monachi et martyres quorum acta et vita data sunt ab Andrea Vallumbrosano, *quem videsis*, CLXIII, 1453.

ARIBO, archiepisc. Moguntinus ex illustri genere natus floruit ab an. 1021 ad 1031. Concilio Moguntino præfuit, an. 1023 et Salgunstad., an. 1024 et 1026, quorum acta redegit, cum instructione super modo quo celebrari deceat synodus. Quædam alia scripta reliquit. CXLI, 1109.

ARIBO, scholasticus Frisingensis, de quo nihil certi habemus. Quidam putant monachum fuisse Hirsaugiensem. Scripsit tractatum *De musica* circa finem XI sæc. CL, 1307.

ARIDIUS idem ac AREGIUS.

ARICHIS, Longobardorum dux et Beneventi princeps, capitulum edidit pro ecclesia S. Mariæ Beneventi an., 769, et privilegium concessit ecclesiæ et monasterio S. Sophiæ ejusdem civitatis an., 774, LXXXVII, 1417.

ARISTOTELES, celebris philosophus Græcus. Stagira natus an. 384. Ante Christi adventum, Platonis discipulus fuit et Alexandri Magni præceptor. Multa scripsit de rhetorica, logica, politica et aliis artibus liberalibus; diu famam magnam obtinuit apud scholasticos. De eo exstant nonnulli libri quos Boetius transtulit ac explanavit, LXIV, 159, 639, 711, 1007.

ARIUS, Alexand. presb. et famosus hæresiarcha. Circa an. 312 novam cœpit prædicare doctrinam, negans consubstantialitatem Verbi; a concilio generali Nicæno damnatus est an. 325 et in exsilium pulsus. Sed postea favente Eusebio Nicomediæ episc. ipsum promissis ita decepit imperatorem Constantinum ut quasi triumphans redierit Constantinopolim, sed ibidem subito viscerum dolore correptus, misere obiit an. 336. Adversus eum scripserunt præsertim SS. Athanasius et Alexander, patriarchæ Alexandriæ. Exstat libellus Arii et Euzoii Constantino oblatus et Constantini ad Arium epistola, VIII, 561, 583.

ARMENIUS et HONORIUS, vulgo dicti monachi; ipsis attribuitur fidei professio juxta canonem Libror. sacrorum. Quando floruerint non constat, neque Theophilus ille ad quem dirigitur liber. LXXIV, 1243.

ARNALDUS, abbas Senonens., alias Ernaldus. An. 1096 factus est abbas S. Petri Vivi Senonens. Anno 1103 Romam adiit et a papa Paschali amplum obtinuit privilegium in gratiam sui monasterii. Obiit an. 1124. Ex eo supersunt epistolæ, CLXIII, 1474.

ARNALDUS, Cisterciensis abbas, Milonem papæ legatum comitatus est in bellum adv. Albigenses, in quo Narbonensis archiepiscopus factus est. Innocent III papam monet de hujus belli profectu an. 1209. CCXVI, 137 842.

ARNALDUS, prior S. Sepulcri. De consilio et consensu capituli quasdam fecit commutationes cum quibusdam burgensibus loci Mahumeriæ dicti (absque anni mentione). CLV, 1219.

ARNO, primum decanus, deinde præpositus Reichersbergensis, vir tum doctrina, tum pietate commendabilis: adversus Fulmarum Trieffestensem librum scripsit, cujus errores contra Eucharistiam refellit. Alium quoque edidit librum cui titulus inscribitur : *Scutum canonicorum :* obiit circa 1180. CXCIV, 1490.

ARNOBIUS, rhetor Africanus et apologeta christianus. In Sicca Africæ civitate sub Diocletiano rhetoricam docuit adhuc ethnicus : mox divinitus admonitus veri Dei cultum amplexus est. Obiit circa an. 320. Scripsit libros VII adversus Gentiles, ipsorum superstitionis absurditates demonstrans. V. 349.

ARNOBIUS, JUNIOR vulgo dictus, ut ab Arnobio Africano distinguatur, videtur natione Gallus et circa an. 460 claruisse. Exstant sub ejus nomine commentarius in *Psalmos* Davidis, Conflictus cum Serapione de Deo Trino et uno, etc. LIII, 238.

ARNOLDUS, monachus S. Emmerammi Ratisponensis. Ex nobili genere ortus, invidia fratrum in Saxoniam profectus est, et Magdeburgi Meginfridum scholæ magistrum amicitia sibi copulavit. Exinde in suum reversus monasterium obiit circa an. 1010. Libros II scripsit *De miraculis S. Emmerammi* et homiliam de octo beatitudinibus. CXLI, 986.

ARNOLDUS, Halberstatensis episc. De illo perpauca nobis transmissa sunt : obiit an. 1012. Epistolam scripsit ad Henricum Herbipolensem de institutione episcopatus Bambergensis, CXXXIX, 1194.

ARNOLDUS II, Coloniensis episc. Domnum Wibaldum monet quod de totius cleri et virorum honoratorum consilio suum ad papam iter differendum sit quousque

firmetur pax et omnis sedetur tempestas, an. 1151, CLXXXIX, 1377, 1379 *et seqq.*

ARNOLDUS seu ARNALDUS de Solënhoffein, ex cancelario factus est Moguntinus archiepisc. An. 1160 obiit a civibus in seditione occisus. Ad Wibaldum Corbeiens. abb. scripserat an. 1158, conquerens de gestis comitis Palatini Rhenani, precaturque imperatoris adversus eum subsidium. CLXXXIX, 1455.

ARNOLDUS, Trevirensis episc. Exeunte sæc. XII floruit. Per epistolam suum testatus est affectum erga S. Hildegardem abbatissam, CXCVII, 181.

ARNULFUS, eremita. Petro Pictaviensi monacho epistolam direxit in qua de quibusdam usibus apud monachos institutis tractat (absque anni mentione), sæc. XII., CLXXXIX, 560.

ARNULFUS, Burgundionum dux, Drogonis filius, sub Childerico III rege floruit. Circa an. 706 prædium Floriacum nomine et quædam alia donavit monasterio SS. Apostolorum juxta Metas. Sed charta qua nititur hæc donatio multis vitiis laborat, quibus falsa arguitur. Per aliam chartam dona concessit Epternacensi monasterio et S. Willibrordo, LXXXVIII, 1249 ; LXXXIX, 549.

ARNULFUS rex, Carlomanni Bavariæ spurius, Carolo Crasso successit ; a papa Formoso imperator coronatus est, sed duobus tantum annis regnavit, veneno sublatus an. 899. De ejus coronatione et de Triburiensis concilii decisione, *vide*, CXXXVIII, 805.

ARNULFUS, archiepisc. Remens., antea Laudun. episc. Lotharii filius naturalis erat et Caroli Lotharingiæ ducis nepos. Juxta Alberiam diem supremum obiit an. 1025. Ex illo supersunt epistolæ et privilegia. CXXXIX, 1539.

ARNULFUS, monasterii S. Petri Carnot. abbas. Beneficii memor sibi a Rodberto Rothomag. archiepiscopo præstiti, qui ab archidiaconi violentia ecclesiam Fontinidi exemerat, eleemosynam annualem in perpetuum fieri instituit pro hujus episc. anima, an. 1033. De eo exstat alia charta. CLV, 269, 511.

ARNULFUS, clericus Mediolanensis, rerum quæ ab an. 1000 ad 1077 Mediolani evenerunt scripsit historiam, oculatus ipse testis, præmissa rerum post 926 gestarum brevi commemoratione. CXLVII, 279.

ARNULFUS, Normanniæ ducis capellanus, postea Hierosolymit. patriarcha, sæculares canonicos in regulares constituit cum assensu Balduini regis et ipsorum victui providit, circa 1124. CLV, 469, 1115.

ARNULFUS, presbyter et orator christianus celebris, e Flandria oriundus, ad Hierosolymitanam expeditionem populos tum in Francia tum in Germania hortatus est, et in Hispania adversus Mauros expeditionem secutus est. Floruit circa 1147. De eo tantum superest epistola ad Milonem episc. Morinensem. CLXXIX, 1811.

ARNULFUS, monachus de Boeriis ordinis Cisterc. in diœcesi Laudun. circa medium XII sæc. florebat. De eo exstat libellus qui inscribitur : *Speculum monachorum* inter D. Bernardi scripta editum. CLXXX, 1657 ; CLXXXIV, 1175

ARNULFUS, episcopus Lexoviensis. Patria Nortmannus, a puero in disciplina et omni virtutum genere exercitatus, canon. et prior factus est S. Victoris Parisiensis, postea vero episcopus Lexoviensis. Epistolas, sermones et tractatum de schismate sub Honorio II orto tradidit. Obiit an. 1182. CCI, 7.

ARTHALDUS, archiepisc. Remensis, antea monachus S. Remigii, favente Radulfo rege electus est an. 921, et coram 18 episcopis consecratus ; obiit an. 961 et ad pedes S. Remigii sepultus est. De eo exstat epistola ad synodum Ingelheimensem, CXXXIII, 954.

ARTAMANNUS et ADEMARUS, vicecomites, monasterium Brunechildense in pago Cadurcensi an. 1082, ab ipsis conditum regendum committunt B. Hugoni Cluniac. abbati et Hunaldo Moisiacensi, CLIX, 971.

ARVEUS Gionensis monasterio S. Mariæ Fontis Ebraldi suam concessit tutelam, Philippo tunc regnante, sæc. XII, CLXII, 1109.

ARVERIUS seu Herveus de Sombernone dominus, feodum quoddam *Socé* dictum concessit Herveo Safrarum domino pro centum libris Divionensibus an. 1233, CLXXXV, 1453.

ASCARICUS, Bracarensis episc. Adhæsisse videtur partibus Elipandi et Felicis Urgellensis illius magistri. De eo exstat epistola cujus mentio fit apud ipsum Elipandum, XCIX, 739 *et seqq.*

ASCHOLFUS, abbas Fuldensis, Wibaldo successit. Sed ob asperam in monachos gubernationem, ab Eugenio III papa exauctoratus est circa an. 1149. De eo superest epistola in qua de propriis queritur subditis, CLXXXIX, 1149.

ASPERTUS, episcopus Ratisponensis quasdam commutationes et commutationes effecit cum diversis ad monasterium S. Emmerammi spectantes, sæc. IX, CXXIX, 959.

ASTERIUS (Tuncius Rufus), vir clarus, exconsul ordinarius, origine patricius, Sedulii carmina collegit et evulgavit ; coævus videtur fuisse Sedulio. De eo exstat epigramma quo hæc nos edocuit, XIX, 486, 779.

ATALARICUS, Gothorum rex, Amalasuinthæ filius, pronepos successorque fuit Theodorici ; obiit an. 534. De eo plures habemus epistolas apud Cassiodorum, LXIX, 733, LXXII, 1118.

ATHANASIUS (S.), Alexandrinus patriarcha. Floruit ab an. 296 ad 376. Arianorum adversarius insignis qui ab imperatorum potestate obtinuerunt ut deponeretur et pelleretur in exsilium. Nonnisi 20 post annos et innumera dira perpessus, ad sedem redire potuit. Multa scripta Græco sermone edidit. De eo exstant epistolæ apud Liberium, VIII, 1397 — *Vide insuper* XIII, 1037 ; LXXIII, 125 ; CIII, 665.

ATTO, Vercellensis episc., doctrina, moribus et zelo insignis. Floruit ab an. 934 ad 960. De eo habemus Epistolas, Sermones et Expositionem in Epistolas sancti Pauli, CXXXIX, 9.

ATTO sive HATO, Trecensis episc. Petro Ven. Cluniac. abb. coæqualis fuit ad quem nonnullas epistolas scripsit et privilegia an. 1160, CLXXXIX, 271, 303, 1066.

ATTO, episc. Pistoriensis antea abb. Vallumbrosanus. Sæc. XI floruit. Vitam collegit S. Joannis Gualberti sui ordinis fundatoris, CLXXXVIII, 986.

AUDAX, religiosissimus vir, non procul a D. Augustino in Africa degebat, quem quadam die deprecatus est ut sibi prolixiorem scriberet epistolam. Sanctus Doctor excusat occupationes, et ut ad suos recurrat libros, vel præsens ipsum concionantem audiat admonet, XXXIII, 1075.

AUDEBURGIS de Monterello, donavit B. Roberto de Arbrissello et monialibus Fontis Ebraldi terram et prædium de Valle Suchart, Ludovico VI regnante, sæc. XII, CLXII, 1112.

AUDOENUS (S.), Rothomag. episc. Præsul ille, cui nomen prius Dado, Sanciaci in Suessionibus natus est piis ex parentibus fratremque habuit natu majorem ven. Odonem. Vitam scripsit sancti Eligii Noviomensis episc. an. 662, LXXXVII, 478.

AUDOMARUS, Tarwanensis episc. Basilicam juxta monasterium in insula Sithiu construxit, in qua sepulturæ sibi locum reservavit, per chartam an. 662 ; eadem charta monachos S. Bertini ab omni eximit subjectione episcopali, LXXXVIII, 1174.

AUDRADUS, Senonensis chorepiscopus factus est an. 849. Cognomen habuit *Modici*. Burchardi Carnot. episc. erat consanguineus, interfuitque concilio Senonensi an. 853 ; obiit an. 864. Scripsit librum *De revelationibus*, CXV, 16.

AUGUSTINUS (S.), Hipponi Regii episcop. et Ecclesiæ illustris doctor, Tagastæ in Africa natus est de patre gentili et matre Christiana, piissima scilicet Monica circa 354, philosophorum primum errores secutus voluptatisque irretitus illecebris, Mediolani a sancto Ambrosio ad meliorem tandem frugem revocatus est et baptizatus. In patriam redux, meditationi, precibus et studio incubuit ; ab episcopo Carthagin. sacerdos factus, eidem coadjutor mox constitutus est et postea ad sedem Hipponensem promotus. Innumeros libros adversus sui temporis hæreticos edidit ; 400 sermones e cathedra plebi suæ protulit ; monasterium in ædibus suis condidit, et primas tenere meruit inter omnes Ecclesiæ Latinæ doctores. Obiit an. 430. Scripta D. Augustini per XVI volumina novi Patrologiæ cursus eduntur, XXXII—XLVII.

AUGUSTINUS (S.), primus Cantuar. archiepisc. et Anglorum apostolus. Primum Romæ monachus fuit ordinis S. Benedicti. ab ipso sancto Gregorio Magno in Angliam cum nonnullis sociis missus, ut has gentes evangelizaret, Ethelbertum regem Christo primum lucratus est : virtutibus et miraculis clarus in Domino quievit an. 610, LXXX, 94.

AUGUSTINUS GRADONICUS, patriarcha Aquileiens, ineunte sæculo XVII vixit. In archivo capituli Utinensis exstat charta qua ille patriarcha pedum concessit decano præfati capituli die Natalis Domini an. 1629, XCIX, 682,

AUIULFUS, episc. nobis tantum notus per epistolam quam scripsit ad Desiderium Cadurcens. episc., an. 645, LXXXVII, 258.

AUMARIUS (S.), Antissiodorensis episc. Juventutem in aula Guntramni regis exegit ; ad sedem ubi vacans facta fuisset, unanimi voce electus est : quando obierit

incertum. Ex eo duæ supersunt epistolæ et canones synodi quam celebravit, LXXI, 760.

AURELIANUS (S.), episc. Arelatensis, ineunte sæc. VI natus est, episcopus vero factus est an. 545 et an. 553 e vivis migravit : præter nonnullas epistolas et fragmenta quædam de eo habemus Regulam ad monachos et virgines cœnobiorum quæ ipse condiderat, LXXIII, 386.

AURELIANUS, monachus et postea episc. Remensis, si fides adhibenda sit Sigeberto Gemblac. Hoc tantum de illo certum habemus, vixisse circa an. 900. Librum scripsit de cantu ecclesiastico, et epistolam ad Bernardum archicantorem, CVI, 1521.

AURELIUS (S.), episc. Carthaginiensis factus est an. 392. Primus impium Celestium peccatum originale profiteri renuentem anathemate percussit. Annos fere 40, Ecclesiam suam rexit. De eo exstat epistola encyclica ad episcopos Bizacenæ provinciæ, XX, 1010.

AURELIUS SYMMACHUS. *Vide* SYMMACHUS.

AURINANDUS et GODEFRIDUS, cives Lucenses, monasterium S. Petri in loco Castellione dicto pro filiis suis condunt an. 723, LXXXVII, 1368.

AUSONIUS, Burdegalensis grammaticus, poeta disertus et rhetor eloquens, floruit exeunte IV sæc. Sancti Paulini magister fuit. Quanquam scripta ejus mores gentiles redolent, Christianus fuit XIX, 817.

AUSPICIUS (S.), episc. Tullensis. Vir clarissimus inter Galliarum episcopos floruit V sæc. Ex ejus scriptis tantum superest epistola ad Arbogastem comitem Treverensem, LX, 1006.

AUTBERTUS, Camerac. episc. factus an. 633, obiit an. 640, apud regem Dagobertum. De eo exstat charta pro monasterio Walavensi, LXXX, 594.

AUTCONDA et NATALIA sorores patrimonium opulentissimum quod a parentibus tenebant, impenderunt ad monasterium mulierum condendum in Veronensi civitate, an. 744, et illud sub regimine abbatis S. Mariæ ad Organum constitutum, LXXXVII, 1374.

AUXENTIUS, e Cappadocia ortus, Arii doctrinam professus est; sedem Mediolanensem tenuit sub Constantio imperatore; sed anathemate percussus est Romæ a 95 episcopis an. 372. Exstat impia ejus fidei professio quam sanctus Hilarius *Exemplum blasphemiæ* nuncupat, X, 617.

AUXILIUS, presb. Cujas fuerit non constat. Circa an. 894, a papa Formoso ordinatus est. Libros II scripsit *De ordinationibus a Formoso papa factis*, CXXIX, 1040.

AVESGOTUS seu AVESGODUS, S. Petri Culturæ Cenomanensis abbas, confundi non debet cum alio ejusdem nominis qui abbas fuit S. Vincentii in eadem urbe Cenoman. De illo epistola exstat ad sanctum Anselmum postmodum Cantuar. archiepisc. an. 1072, CXLIII, 1434.

AVITUS (S.), Viennensis episc. pietate et doctrina æque claruit; Isicium seu Hesychium patrem habuit. Primum senator, postea Viennæ archiepiscopus fuit; Arianos, Eutychianos et Nestorianos errores acerrime refutavit, obiitque an. 518. De eo exstant epistolæ opuscula que metrica, LIX, 192.

AYMARDUS (S.), Cluniac. abbas, Engolismensis comitis filius, an. 944 Odoni successit : corpore infirmus, et oculorum lumine orbatus successorem sibi elegit sanctum Maiolum. Obiit an. 994. Ejus exstat Chartularium. CXXXVIII, 699.

AYMERICUS *et alia nomina in* ay, *vide in* ai.

AZO de Asmurgen et uxor ejus Mactilda donationem quorumdam bonorum perficiunt canonicis Aquileiensis Ecclesiæ sibi et ultimo viventi usum fructum reservantes, an. 1129, XCIX, 643.

## B

BACHIARIUS, monachus, natione Hispanus, vir in philosophia christiana apprime versatus, floruit V sæc. De eo habemus opusculum seu epistolam de Recipiendis lapsis, XX, 1015.

BADO, Widuci filius, monasterio Werthinensi dono contulit villam *Porribeci* dictam et sitam in pago Borotra; quod actum est an. 821 Ludovico Pio imperante, XCIX, 816.

BALDERICUS, in diœcesi Leodiensi natus, ad Eugenii papæ III curiam se applicuit, magister scholarum factus est ab ipso Alberone archiepisc. cujus vitam conscripsit paulo post ejus obitum, eo quod eidem familiaris fuerat an. 1157, CLIV, 1297.

BALDRICUS, archiepiscopus Dolensis, patria Aurelianensis, primum monachus deinde abbas Burgisliensis in Andibus. Vir fuit liberalibus studiis imbutus et virtutibus ornatus. Obiit an 1151. Historiam conscripsit belli Hierosolymit. in lib. IV, relationem translationis capitis S. Valentini, vitas quasdam, carmina et diploma, CLXVI, 1057.

BALDRICUS, Noviomensis episc., XII vixit sæc. De eo superest epistola ad Lambertum Atrebat. illi commendans quemdam nomine Petrum qui apud eum recesserat, CLXII, 676.

BALDUINUS quidam monachus factus est in monasterio S. Petri Carnot. cui prædia nonnulla per hortulos distincta donaverat de consensu uxoris suæ et filii, an. 1080, CLV, 342.

BALDUINUS I, Hierosolymæ rex, Godefridi Bullonii frater et successor, antea Edessenus princeps : Tripolim et alia quædam loca occupavit : obiit an. 1118. De eo plura exstant diplomata, CLV, 1121 passim.

BALDUINUS II, Hierosolymæ rex, Balduino I propinquo successerat tum in principatu Edesseno, tum in solio Hierosolymit., sed apud Turcas diu captivus retentus est et obiit an. 1131. De eo diplomata nonnulla exstant, CLV, 1122.

BALDUINUS, Ecclesiæ Noviomensis decanus. Sede vacante, et electo in episcopum Balduino de Castellione, regi scripsit ut electionem hanc sua sanciret auctoritate, an. 1148, CLXXXVI, 1371.

BALDUINUS de Castellione, Noviomensis episc., medio XII sæc. floruit. De quo exstat epistola ad Eugenium papam quem admonet quomodo inter molestias et opprobria monachos religiosos in Compendiensem Eccle iam induxerat canonicorum loco moribus perditorum, CLXXX, 1628; C.C. 1118

BALDUINUS III, Latinorum rex sextus. De eo exstat charta per quam Ecclesiæ S. Sepulcri concessit duo quintaria racemorum in vineis suis colligenda, an. 1177, CLV, 1248.

BALDUINUS RUFUS et uxor ejus Artemisia domum suam Ecclesiæ S. Sepulcri dono contulerunt post utriusque mortem possidendam. an. 1178, CLV, 1251.

BALDUINUS, Cantuariensis archiepisc., Devonius cognomento, natione Anglus, Oxoniæ humili loco natus; primum monachus, deinde abbas fuit cœnobii Fordensis ord. Cisterc.; ad sedem Cantuar. tandem est electus an. 1184 Crucis tesseram sumpserat et in Syriam profectus fuerat; adversus Saracenos pugnavit quos et ingenti clade prostravit. Ejus Scripta videsis, CCIV, 492.

BALDUINUS, Flandriæ comes, postea imperator Constantinopolitan Floruit ineunte XIII sæc. De eo habentur epistolæ, diplomata et statuta non pauca. Obiit circa 1204. CCIX, 914 *et seqq.*

BALDUINUS V. Iemmensis, ecclesiæ Branensis canonicus, cum Gualtero se conjunxit in exarando tractatu adversus Judæos per formam dialogi. Floruisse videtur ineunte XII sæc. CCIX, 423.

BATHILDIS (S.), Francorum regina. Origine Anglo-Saxonica, ingenio et venustate prædita, inter prædonum manus captiva cecidit, in Franciam ducta est, et per Erchinoaldum, agente Dei Providentia, Clodovæi II uxor facta est. Monasterium construxit super Matronam in loco qui Calas dicitur, quo innumeræ puellæ convenerunt, in quo ipsa obiit an. 680, LXXXVII, 661.

BANDINUS magister, illustris theologus. De hujus vita nihil superest; XII sæc. floruit. Libros IV sententiarum scripsit, quibus universæ theologiæ summa simpliciter et nitide tractatur, CXCII, 966.

BAPTISTA, Mantuanus, ex quo habetur carmen encomiasticum in vitam et obitum S. Bernardi Claræval. abb. CLXXV, 267.

BARBA, *vide* FROGERUS.

BARBEDAURUS, Ecclesiæ Parisiensis decanus, pactum quoddam perficit cum Henrico Magno et Arnulfo de Corberon super quadam decima territorii de Boneis (alias de Boreio) quod Cristoilum interjacet et Suscia-cum, an. 1173, CCV, 910.

BARBOTINUS, *vide* RADULFUS.

BARNARDUS (S.), Viennensis episc. et LAOF seu FAOVA Cabillonensis cum Agobardo scribunt ad imperatorem Ludovicum Pium adversus Judæorum impietates et perfidias, circa an. 830. CIV, 77.

BARTHOLOMÆUS, Majoris monasterii abbas, Alberto successit an. 1065. Epistolam scripsit ad Ernaldum episc. Cenomanensem : obiit an. 1084, CXLIX, 367.

BARTHOLOMÆUS, Laudunensis episc. Allodium ab omni consuetudine liberum concessit B. Norberto in loco vulgo Huberti Ponte nuncupato situm, ad ecclesiam in honore S. Mariæ construendam an. 1121, CLXX, 1359.

BARTHOLOMÆUS, episc. Catalaun. factus est an. 1147; interfuit concilio Remensi advers. Gilbertum Porretanum Pictav. episc. De eo habemus epistolam ad Sugerium abbat. S. Dionys. Obiit an. 1151, in peregrinatione Hierosolymitana, CLXXXI, 1722.

BARTHOLOMÆUS de Sobe none, dominus de Fontanis se in capitulum S. Stephani Divionensis obtulit et D.

Herberto abbate atque Warnerio præposito cæterisque canonicis præsentibus jornalem terræ incultæ donavit. Eidem tribuuntur aliæ chartæ. Circa an. 1151. CLXXXV, 1417, 1420.

BARTHOLOMÆUS. Laudunensis episc., 38 annis sedit. et postea Clarævallensis humilis factus est monachus, qui cum ecclesiæ Laudunensis bona quæ multa cum laude gesserat, dissipasse argueretur, apud Remens. archiep. de hoc queritur, crimenque purgat in epistola, an. 1154, CLXXXII, 696.

BARTHOLOMÆUS, Exoniensis episc. in Anglia XII sæc. floruit. De eo superest epistola ad Alexand. III papam an. 1171, quæ præfert quoque Rogeri nomen Wigorniensis episc. CXCIX, 363; CC, 1461.

BASILIUS (S.), Cæsareæ Cappadociæ episc. Basilii illustris et nobilis viri et Emiliæ filius, Gregorii Nysseni et Petri Sebasteni episcoporum frater simul et Gregorii Nazianzeni amicus, Modesto præfecto imperatoris audacter restitit cum ad Arianos eum adducere tentavit. Plurimis in scriptis fidem asseruit, monachis regulam dedit; obiitque an. 379. De eo exstant constitutiones monasticæ, CIII, 483.

BASILIUS, prior Carthusiæ-Majoris. Temporibus Petri Venerab. Cluniac. abb. floruit, ad cujus epistolam respondet et ordinis Cluniac. elogium facit, CLXXXIX, 428.

BASILIUS, archiepisc. Zagorensis, alias Trinovitanus apud Bulgaros, Innocentium III certiorem facit de gaudio quod omnes e felici adventu presbyteri Brundusin. et ex litteris quas secum attulerat acceperunt an. 1202. CCXIV, 1145; CCXV, 288.

BASVINUS et PAFINUS de Montibus dono concesserunt B. Roberto de Arbrissello et Fontis Ebraldi monasterio feodum de Varens quod tenebant ab Aimerico Floccello, ineunte XII sæc., CLXII, 1109.

BATURICUS, episc. Reganesburgensis, sæc. IX, quasdam commutationes egit cum Erchamperto et Veciando, ut constat chartis quæ in traditionibus Emmerammensibus exstant, CXXIX, 935, 938.

BAUDONIVIA, monialis in cœnobio Pictaviensi et S. Radegundis coætanea, secundum librum Vitæ ejusdem scripsit quem sorori suæ Deduiniæ abbatissæ nuncupavit, ut videtur in Prolog., XXII, 663.

BEATUS (S.), presbyter Hispanus. Ex nobili et antiqua Asturiæ familia ortus, sacris in Litteris edoctus est et zelo fidei conspicuus. Auxiliante Etherio ejus discipulo, duos libros confecit adversus Felicem Urgellensem et Elipandum : miraculis clarus obiit an. 778, XCVI, 248.

BEDA VENERABILIS, presb. et abbas. In Northumbria supra Scotiæ fines natus circa an. 673. Zelo indefesso fuit pro tuenda fidei veritate necnon morum integritate restituenda. Plurima scripta tum dogmatica tum exegetica, tum philosophica et historica reliquit : obiit an. 735, XC.-XCV.

BELISARIUS, scholasticus, nonnisi acrostichide qua Sedulium laudat, nobis innotescit; multi tamen hunc conjiciunt Sedulii coævum; imo quidam illum etiam eumdem ac ducem percelebrem fuisse suspicantur qui paulo post 540 floruit, XIX, 503, 782.

BELLOTA, Bulgarus princeps, suscepto Dominico Innocentii III papæ nuntio ad eum rescribit cum Ecclesia Romana communionem petens an. 1202, CCLIV, 1116

BENEDICTUS (S.), monachorum Occidentalium dux et sospitator. E Turciæ provincia apud Sabinos ortus an. 480. A prima sospitudine disturbatus ad Cassinum montem se recepit, ubi celeberrimum instituit monasterium, duodecim constans domibus. Obiit an. 543. Mirabilem conscripsit Regulam, quam multi commentariis illustrarunt, LXVI, 126.

BENEDICTUS I papa, cognomine Nonosus. Natione Romanus, an. 573 consecratus est : obiit autem an. 577. Ex ejus scriptis duæ exstant epistolæ, LXXII, 682.

BENEDICTUS II (S.), papa. Natione Romanus, electus est an. 684 et anno tantum uno sedit : pauperum amator, humilis, mansuetus et omni merito conspicuus vixit. E vivis transiit an. 685. De eo duæ supersunt epistolæ, XCVI, 422.

BENEDICTUS CRISPUS (S.), archiepisc. Mediolan. Sedis suæ defensor fuit etiam in Romana curia; cœnobium Benedictinor fundavit. Obiit an. 725. Vide ejus scripta, LXXXIX, 362

BENEDICTUS, episcopus et sanctæ sedis apostolicæ vicedominus, receptis Bonifacii epistolis in quibus varias enarrabat tribulationes, et præsertim a malis clericis illatas, illum hortatur ut animo non deficiat Dei, auxilio victoriam obtenturum, an. 750, LXXXIX, 776.

BENEDICTUS (S.), Anianensis abbas. Vir genere nobilis, pietate et doctrina insignis, in aula Pippini regis educatus, monasterii Anianensis quod fundaverat factus est abbas, obiitque an. 821. Codicem redegit regularum monasticarum, epistolas et nonnullas chartas dedit, CIII, 352.

BENEDICTUS III papa. Natione Romanus, successit Leoni papæ IV an. 855. S. Sedem tres annos tenuit, obiitque an. 858. Ex eo supersunt epistolæ nonnullæ et diploma quo Fuldense monasterium sub protectione sedis apostolicæ recepit ejusque confirmavit immunitates, CXV, 684.

BENEDICTUS, qui levita et diaconus dicitur, jussu Autgarii Moguntini archiepisc novam incœpit collectionem post Ansegisum constitutionum et capitulariorium Caroli Magni, Ludovici Pii et ipsius Lotharii quo regnante videtur floruisse, XCVII, 697.

BENEDICTUS IV papa. Roma ortus, post interregnum anni unius suffectus est Joanni IX tempore Lamberti imperatoris an. 901 et post duos annos obiit. De eo habemus nonnullas epistolas et diploma Huoggi Fuldensi abbati concessum, CXXXI, 40.

BENEDICTUS VI papa. Patria Romanus, Bono successit an. 972. A Bonifacio cardinali diacono, viro nequissimo captus est, in carcerem detrusus et paulo post strangulatus an. 974. Vide ejus epistolas et privilegia, CXXXV, 1079

BENEDICTUS VII papa. Gente Romanus, ex comitibus Tusculanis ortus, cæso Bonifacio VII, propinquorum subsidio et legitimis comitiis electus est an. 975 : obiit an. 983. Supersunt de eo epistolæ et diplomata, CXXXVII, 315.

BENEDICTUS S. Andreæ monachus. De vita ejus nihil certi constat : Chronicon scripsit, CXXXIX, 9.

BENEDICTUS VIII, papa creatus est an. 1012, sub Henrico rege; ab antipapa Gregorio ex Urbe expulsus, auxilio Henrici regis in sedem restitutus sedit usque ad an. 1024 quo obiit. Nonnullæ exstant ejus epistolæ et decreta, CXXXIX, 1578.

BENEDICTUS IX papa, Tusculanus, avunculo suo Joanni XIX successit; bis e sede expulsus, bis in eam restitutus. Quatuor post annos sponte dignitatem hanc abdicavit et e vita migravit an. 1054. Vide ejus epistolas et privilegia, CXLI, 1342.

BENEDICTUS, primum monachus Cantuar. sub S Thoma archiepisc., postea Petriburgensis monast. factus est abbas. Scripsit vitam S. Thomæ enarrans quæ ipse viderat an. 1173, CXC, 267.

BENEDICTUS, Ecclesiæ S. Petri Romæ canonicus et cantor, XII floruit sæc. Librum scripsit de ecclesiastico ordine quem Guidoni de Castello cardinali, qui postea Celestinus II papa fuit, nuncupavit, CXLXXIX, 731.

BENEDICTUS XIV papa, ingenio et doctrina celeberrimus, indulgentias concessit an. 1745 iis qui missas celebrarent ad B. Mariæ Afflighemensis altare, cujus, ut fert fama, sacra imago ipsa D. Bernardo locuta est, CLXXV, 1831.

BERENGARIUS, imperator Germaniæ, Eberhardi et Giselæ filius a Rodolpho II dejectus est et Veronæ cæsus an. 924. De eo exstat diploma pro castro Puzziolo, an. 921, XCIX, 658, 659.

BERENGARIUS, vicecomes Narbonensis, sola innotescit querimonia adversus Gaufredum Narbonensem episc. in concilio Tolosano sub Raimbaldo Arelat et Pontio Aquensi episcopis habito an. 1056, CXLIII, 843.

BERENGAUDUS, monachus IV sæc. Auctor præsumitur expositionis super septem visiones libri Apocalypsis, olim ascriptæ sancto Ambrosio, XVII, 761.

BERENGERUS, hæresiarcha XI sæc. Andegavis oriundus, multos docuit errores circa sacramentum corporis et sanguinis Domini, sexies in conciliis damnatus est et tandem dedit retractationem, quæ exstat. CXLVIII, 1455.

BERENGOSUS, abbas S. Maximi Trevirensis ord. S. Benedicti. Ineunte XII sæc. claruit. Tres libros conscripsit de laude et inventione S. Crucis, et alium libellum de mysterio ligni Dominici et nonnullos sermones, CLX, 935.

BERLAIUS de Munsteriolo et Hugo Gregorii filius terram de Bornio dictam, ecclesiæ Fontis Ebraldi donaverunt XII sæculo, CLXII, 1102.

BERMUNDI (Petrus), dominus de Andusia et de Salve, cum uxorem duxisset filiam legitimam et unicam comitis Tolosani, quorum bona vacantia declarabantur ob ejus excommunicationem, ad Innocent. III papam epistolam misit ut hæreditate non frustraretur, nec filio mere spurio ea traderentur, an. 1212, CCXVI, 751.

BERMUNDUS, episcop. Aquensis. Sæc. XII ineunte floruit. Innocentio III papæ suadere nititur ut præsertim neque in sua potestate neque in bonis restituatur impius Raymundus, Tolosanus comes, aut filius ejus,

alioquin inde imminerent mala longe pejora prioribus, CCVI, 844.

BERNALDUS et BERNOLDUS, *vide* BERTHOLDUS.

BERNARDI (Petrus), canonicus Ecclesiæ S. Sepulcri, XII vixit sæc. Bona quædam possidenda concessit Andreæ cuidam pro censu annuali 2 Bizantiorum an. 1136, CLV, 1206.

BERNARDUS, monachus origine Gallus, vixit IX sæc. Exstat de illo Itinerarium ad Loca sancta, CXI, 570.

BERNARDUS, secundus abbas Sangallensis. Sæc. IX claruit; aliquot versus et breves sententias conscripsit, LXXXVII, 30, 62.

BERNARDUS, Tutelensis abbas, cum ad censum annualem trium librarum piperis teneretur erga fratres Aureliacenses et difficile solveret, ab abbate Aureliac. ut sibi remitteretur obtinuit, sæc. IX, CXXXII, 472.

BERNARDUS, scholasticus Andegavensis, Fulberti discipulus fuit circa 1010. Librum scripsit de miraculis sanctæ Fidis virginis, CXLI, 123.

BERNARDUS, Bigorrensis comes, XI vixit sæc. Monasterium S. Felicis in suo situm territorio, regendum concessit Cluniac. monasterio de consensu episcopi hujus loci, CXLIX, 958, 965.

BERNARDUS, miles et dominus de castro Ebroico, villam de Nantilliaco quam ab avo Rodbe to tenebat, S. Petri Carnot. monasterio donavit an. 1070, CLV, 288.

BERNARDUS, Ausciensis comes, Guillelmi filius Cluniaco dedit ecclesiam S. Mariæ de Arombodio, an. 1070, CLIX, 962.

BERNARDUS, Bisuldunensis comes, monasteria quædam quæ per successionem tenebat, integre B. Hugoni Cluniac. dedit reformanda et in vigore restituenda disciplinæ, an. 1078, CLIX, 968.

BERNARDUS, episcopus Lutevensis, *De Provenqueriis* dictus, pro tuendis juribus ecclesiast. immensos sustinuit labores; concilio Claromont. sub Urbano II interfuit et sacræ militiæ nomen dedit, tresque annos post captam Jerusalem obiit an. 1098. De eo exstat charta donationis pro Ecclesia S. Gregorii Ruthenensis, CL, 1549.

BERNARDUS, Toletanus archiepiscopus conciliis interfuit Legionensi, Nemausensi et Gerundensi ab an. 1091 ad 1097 habitis; sermones quatuor tradidit in antiphonam *Salve Regina* inter opera sancti Bernardi olim edita, CLV, 146.

BERNARDUS, monasterii S. Salvatoris in Italia et postea abbas S. Anastasii ad Aquas Salvias prope Romam, demum papa fuit sub nomine Eugenii III. De eo exstant nonnullæ epistolæ inter D. Bernardi Claræval. opera editæ, an. 1140. (*Vide* Eugenius III), CLXXXII, 547.

BERNARDUS, Hildesheimensis episc. et comes de Rottenburg. ad Tubarum; ut in album sanctorum referretur S. Gotchardus obtinuit. Ex eo habemus epistolam ad Eugenium III papam an. 1148 et ad Wiburdum Corbeiens. abbatem an. 1149, CLXXXIX, 1165, 1220.

BERNARDUS, Paterborn. episc. Illi Wibaldus quamdam causam commiserat; eam componere conatur et quæ definierit ad eum mandat an. 1149, CLXXXIX, 1242 *passim*.

BERNARDUS, primus prior Carthusiæ Portarum. Sæc. XII floruit. De eo supersunt nonnullæ spirituales epistolæ, CLIII, 386.

BERNARDUS, Bituricensis comes et uxor ejus Aloys Ecclesiæ S. Sepulcri domo contulerunt domum quam possidebant prope portam ejusdem Ecclesiæ, sæc. XII, CLV, 1203.

BERNARDUS, castelli Radulfi dominus et uxor ejus Havidis emerunt a Georgio Rorico et Bursardo domum pro LXXX Byzantiis in tempore Garmundi patriarchæ, et Balduino II regnante, sæc. XII, CLV, 1203.

BERNARDUS (S.), Claræ vallensis monasterii primus abbas. Circa an. 1090 natus est e nobili stirpe dominorum de Fontanis in ducatu Burgundiæ; Claræ vallis desertum petiit cum fratribus et nonnullis sociis, ubi, Theobaldo Campaniæ comite favente, celebre condidit monasterium, unde exierunt Eugenius III papa et quam plurimi episcopi. Petrum Abælardum refellit Bernardus, bellum sacrum prædicavit, sedi apostolicæ nutanti auxilio fuit, ubique verbi potentia et scriptorum doctrina lampas ardens fuit in Ecclesia et inter Patres et Doctores annumerari meruit. Obiit an. 1155. Sermones, epistolas et varia dedit opuscula, CLXXXII-CLXXXV.

BERNARDUS, Liddensis episc. et Petrus prior S. Sepulcri quasdam inter se subscribunt conventiones an. 1171, CLV, 1256.

BERNARDUS, Nivernensis episc. sæc. XII floruit. Alexandro III papæ scripsit quem deprecatur ut in causa Thomæ Cantuar. in regem Anglorum cum indulgentia agat, CC, 1417.

BERNARDUS, Portuensis episc. et cardinalis, XII floruit sæc. Ad sanctum Thomam Cantuariensem epistolam scripsit consolatoriam, CXC, 985; CXCVI 1393.

BERNARDUS, miles de Espiri, pratum quoddam quod Brolium dicitur coempsit monachis Fonteneti per manum domni Bernardi Claræval. abbatis, CLXXXV, 1463.

BERNARDUS, Fontis Calidi abbas, ord. Præmonstrat, XII florebat sæc. Librum scripsit adversus hæresim Waldensium quam damnaverat Lucius pap. III, CCIV, 793.

BERNARDUS de Montebarro, Espissiæ dominus, declarat matrem suam Helwidem in obitu suo Ecclesiæ et fratribus Fonteneti decem sextarios partim avenæ, partim frumenti singulis annis præcepisse tribuendos in terris de Corseinz et insuper 20 solidos in terra de Vasseio an. 1210, CLXXXV, 1468.

BERNARDUS, Convenarum comes, cum filio sese in manus Petri Aragonens. regis commisit, cum res Toloni comitis quem secutus fuerat viderit omnino perditus, et Ecclesiæ Romanæ obedientiam cum juramento promisit an. 1213, CCXVI, 848.

BERNARDUS, S. sedis thesaurarius et magister dictus, Lausanam missus est; quo Rudolphus Germaniæ imperator, cum advenisset non eum invisit Bernardus, sed ipsi tantum scripsit epistolam; cui imperator scribens hujus rei causam petiit. Illius responsum exstat, an. 1276, XCVIII, 746.

BERNARDUS Guido, patria Lemovicensis fuit, e vico Roeria. Ordini Prædicatorum S. Dominici addictus est an. 1305; inquisitor factus est super hæresi Albigensium, episcopus Tudensis an. 1323, et demum Lodovensis anno sequenti in Gallia Narbonensi. Obiit an. 1331. De eo exstat vita Innocentii III papæ, CLXXIX, 27.

BERNARDUS de Marey, domini de Fontanis in territorio Divionensi, de familia S. Bernardi ortus, et idem habitans castellum unde exierat sanctus abbas, an. 1462, Humberto Cisterciensi dedit quartam partem domus suæ et redituum, ut fierent orationes pro matre sua tunc defuncta. Charta vetus exstat sermone Gallico, CLXXXV, 1454

BERNELINUS, adhuc juvenis et monachus, tractatum de musica composuit Parisiis quem et dicavit Amelio cuidam presb. et monacho Aliud opusc. scripsit de divisione monochordi, CLI, 653.

BERNERUS, Humolariensis abbas, ordinis S. Benedicti. Circa an. 964, Vitam scripsit sanctæ Hunegundis, obiitque in finem vergente sæculo X, CXXXVII, 50.

BERNO, abbas primus Cluniac. monasterio datus est a Willelmo pio Arvernorum comite hujus monasterii fundatore Bernonis nepos fuit V. Wido quem cœnobii Balmensis abbatem fecit, discipuli autem Odo et Adhegrinus. De Bernone exstat testamentum quo multa eidem tribuit monasterio, an. 926. CXXXIII, 853.

BERNO, abbas Augiæ Divitis. Primum monachus fuit S. Galli S. Benedicti in Germania. Sed cum per multos annos sub disciplina regulari claruisset, ad Augiam prope Constantiam ad Rhenum transiit abbas factus. Obiit an. 1048. Multa de eo supersunt opera. CXLII, 1047.

BERNOWINUS, Claromontanus episc. Caroli Magni munificentia adjutus Ecclesiam in honorem S. Alliri in civitate episcopali exstruxit, an., 824. De eo exstant carmina quædam, CV, 446.

BERTARIUS (S.), Cassinensis abbas et martyr, ex regum Francorum stirpe ortus, IX floruit sæculo. A Saracenis obtruncatus martyrio coronatus est, an. 884. Ex illo habemus carmen ad laudem sancti Benedicti, CXXVI, 976.

BERTARIUS, presb. Virdun. et S. Vitoni monachus, ineunte X sæc. vixit. Gesta scripsit episcoporum Virdunensium, CXXXII, 502.

BERTHA, comitissa Theobaldi comitis soror, a quodam Radulfo Calculo dicto vineas emit, cum assensu Landrici abbatis ad quem attinebat, an. 1069, CLV, 336.

BERTHEFREDUS, Ambianensis episc. Florebat sub Clotario rege et sancta Balthilde regina, qui fundaverant Corbeiense monasterium, cui et ipse privilegia concessit, an 662, LXXXVIII, 1178.

BERTHOLDUS, presb. Constantiensis et monasterii S. Blasii monachus, qui aliter Bernaldus et Bernoldus dicitur. Multa opuscula scripsit circa sedis apostolicæ auctoritatem et adversus pravos clericorum mores et schismaticos sui temporis. Floruit X sæc., CXLVII, 330; CXLVIII, 103, 209, 1057 *et passim*.

BERTHOLDUS, Augiæ Divitis monachus. Floruit XI sæc. sub Hermanno Contracto cujus discipulus fuit et Vitam conscripsit, CXLIII, 25, 263.

BERTHOLDUS, vir origine liber et ingenuus, omnia

quæ in Suevia possidebat dono contulit domno Wilhelmo patriarchæ Hierosolymitano et Petro priori S. Sepulcri pro censu annuali decem solidorum quandiu vixerit an. 1142, CLV, 1179.

BERTHOLDUS, Zwnieldensis abbas, sæc xii, vixit. Cum in tribulatione esset, et persecutiones pateretur a S. Hildegarde abbatissa verba petiit consolatoria. CXCVII, 284.

BERTHWALDUS de Sumerford, qui titulum sumit subreguli in subscriptione, multa et magnifica dona confert S. Adhelmo abbati in Anglia, an. 686, quam chartam quoque subscripsit Ethelredus Merciorum rex, LXXXIX, 313.

BERTICHRAMNUS, Cenomanensis episc. Ab infantia Dei servitio se totum dedit. Studiorum curriculum emensus, archidiaconi munus implevit in Parisiensi Eccles. unde ad sedem Cenoman. est assumptus Carmina nonnulla scripsit. Monasterium S. Petri quo sepultus est condidit eique plurima dedit per testamentum an. 623, LXXX, 385.

BERTIGISILUS, propter placitum quod Philippo cuidam patricio intentaverat ad S. Desiderium recurrit dum in palatio regis Dagoberti adhuc degebat ut suam causam regi exponat et commendet, an. 640. Sed in quo loco floruerit non constat, LXXXVI, 257.

BERTILINDIS, e nobili prosapia orta, multa bona possidens, mox cœlitus inspirata mundo valedixit et cœnobiali induta habitu S. Willibrordo Trajectensi archiepisc. simul et Epternacensi abbati donavit quidquid de materna habebat hæreditate, quo actum est Catæ ubi forte abbatissa fuit an. 710, LXXXIX, 543.

BERTOENDUS, Catalaunensis episc. Monasterio Dervensi cui praerat S. Bercharius simul et alteri vicino puellarum monasterio varia concessit privilegia. Monasteria hæc fundata fuerant a Watmero et uxore ejus Watilde una cum S. Berchario circa 692, LXXXVIII, 1225.

BERTRADA seu BERTA, Pippini regis uxor, Prumiense monasterium fundavit copioseque dotavit; hæc filium habuit nomine Caribertum, et ab alia Bertrada seniore distinguenda est quæ hujusce avia fuit. Charta hæc est an. 721, LXXXVII, 1271.

BERTRANDUS, Tripolitanus comes, Raymundi S. Ægidii filius, Ecclesiæ S. Sepulcri in castro Montis Peregrini sitæ tria concessit casalia, quæ promiserat, an. 1112. CLV, 1198.

BERTRANDUS de Blancesfort, Templariorum magister xii sæc. floruit. De eo exstant nonnullæ epistolæ ad Ludovicum Juniorem Franc reg., CLV, 1269, 1272.

BERTRANDUS Burdegalensis episc. Florebat temporibus Alexandri III papæ, ad quem scripsit super rebellione monachorum S. Marhanii adversus Ecclesiam S. Crucis Burdigalens. an 1170, CC, 1368.

BERTRANDUS, Aginnensis episc., sæc. xii florebat. Henrico Henrici Anglorum regis filio emortuo, cum conditio testamenti qua sibi locum sepulturæ elegerat in ecclesia B Mariæ Rothomagensis adimpleri difficillime posset, Lucium III pap. consuluit Bertrandus quid esset agendum, CC, 1377.

BERTRANDUS, Biterrensis episc. et Narbonnensis suffraganeus. An. 1213 Innocentium III pap. monet ne precibus flecta ur Petri Aragonum regis qui pessime fœdus cum hæreticis clam pepigerat et bona Raimundi Tolosani comitis concupiscebat, CCXVI, 843.

BERTRANDUS, Aquileiensis patriarcha. Decreto ab Innocentio IV pap., prius expetito præposituram S. Odolrici transtulit in ecclesiam S. Mariæ Utinensis, et eidem adjunxit perspeciale statutum an. 1334, XCIX, 655.

BERYNTHUS, episcopus Græcus suppositititius, cui et paribus tribuitur epistola suppositititia ab hæreticis manibus conficta, an. inc., VIII, 977.

BETTO quidam B. Ludgero abbati vendidit nonnullas terras, an. 806, XCIX, 819.

BILEHILT, neptis Sigeberti Moguntini episc. Cœnobium puellarum prope Moguntiam condit et dotat, an. 734, LXXXVIII, 1289.

BLANCA domina de Sombernone, Hervei vidua, testatur quod Willelmus Fromunt et ejus frater Petrus dederunt ecclesiæ S. Mariæ de Buxeria medietatem prati cujusdam in territorio de Varoilles et totam decimam territorii de Poissins, an. 1242, CLXXXV, 1427, 1475.

BLANDUS presb. *Vide* GERMANUS.

BLIDEGISILLUS diaconus ex omnibus quæ a Chlodovæo rege acceperat et a regina Nandechilde, Chlodovæi matre, monasterium fundavit Fossalense, cui omnia sua concessit per chartam, an 640, LXXXVIII, 1157.

BLOMENVENNA PETRUS. *Vide* FRANCISC. a Puteo.

BOCARDUS AIMO, et ASCELINA uxor ejus, monasterio Clarævallensi dedere quidquid habebant apud Petrocinium, in sæc xii, CLXXXV, 990.

BODALUS qui et BODOLUS legitur, Hugonis cujusdam filius, monasterio S. Gregorii in Alsacia contulit quidquid possidebat in villa Hodulseshaim, an. 747, et per aliam chartam quidquid possidebat in insula Hohenhaugiensi, an. 748, LXXXVIII, 1311, 1318

BOETIUS (Anic. Manl. Severin.). Romæ natus circa 470; ibidem primum, deinde Athenis litteras didicit. Scientiarum et disciplinarum peritus evasit. Ideo quamplurima tradidit opera tum philosophica tum mathematica. Cujus opus præcipuum fuit liber *De consolatione philosophiæ*. Fidem fortiter professus est, tortoribus cum esset traditus, an. 524, LXIII-LXIV.

BOHEMUNDUS et alias BOHAMUNDUS, Roberti Guichardi filius, Tarentinus, postea vero Antiochenus princeps, unus e celeberrimis crucesignatorum ducibus, multa præclare gessit in bello sacro. Floruit ab an. 1096 ad an 1111. De eo exstant epistolæ, CLV, 389 *et passim*.

BOMA et juxta Pezium IMMA, uxor Eginhardi, sanguine regio orta, ad amicam Albini cujusdam uxorem scripsit ut mitius ageret in servum qui liberam mulierem clam duxerat, circa an. 820, CIV, 514.

BONACURSUS, ex haretico catholicus. Quomodo et quando fidem amplexus sit non constat. Circa finem xii sæc. scripsit librum adversus Catharos qui matrimonium negabant, CCIV, 776.

BONAVENTURA (S.), ordinis fratrum Minor. et Ecclesiæ doctor. Patrio nomine J. Fidanza in Italia natus est. Prædicatione maxime claruit, Lugduni concilio cum adesset morbo correptus e vivis decessit an. 1274. De eo exstat in novo Cursu Patrologiæ elogium D. Bernardi Claræv. abb., CLXXV, 629.

BONIFACIUS I (S.) papa. Patria et genere incertis, Zosimo papæ successit an. 418 et sedem apost. tenuit usque ad an. 422 quo migravit e vita. Vide epistolas et decreta quæ exstant, XX, 746.

BONIFACIUS comes, primum miles e Thracia ortus, tribunus in Africam missus, multis curis negotiisque implicatus est. De Augustini consilio comes factus est, sed illo inscio uxorem duxit, eum prius continentiam vovisset, quod improbavit Augustinus. Postea prælio vulneratus morti debitum solvit, an 432. De eo exstant nonnullæ ad Augustin. epistolæ, XXXIII, 1095.

BONIFACIUS II papa. Natione Romanus, Felici IV successit. Temporibus vixit Athalarici regis hæretici et Justiniani Augusti; ab initio Dioscorum competentem habuit, cujus mors mox dissensioni finem fecit. Obiit an. 531. De eo supersunt nonnulla decreta et epistola ad S. Cæsarium Arelat., LXV, 30.

BONIFACIUS IV (S.), papa. Natione Romanus, de civitate Valeria ortus, Bonifacio III successit, sex annos sedem tenuit. Vetus templum quod exstruxerat Agrippa in honorem omnium deorum, martyribus et B. Virgini dicavit sub nomine *Mariæ Rotundæ*. Pietate insignis, palatium suum convertit in monasterium; epistolas suscepit a S. Columbano, petente ut sibi liceret sequi veterum traditiones circa Paschatis celebrationem, sed hujus S. papæ responsa ad nos usque non pervenerunt. Obiit an. 614, LXXX, 102.

BONIFACIUS V pap. Natione Campanus, de civitate Neapoli, annos septem sedit. Præter alia statuit ut testamentum valeret secundum principis jussionem; tres de eo supersunt epistolæ ad varias Angliæ personas. Obiit an. 625, LXXX, 430.

BONIFACIUS, auctor vitæ sancti Livini, juxta Mabillonium non idem atque Bonifacius Mogunt. archiepisc. qui recentior est. Quis igitur ille fuerit omnino incertum, LXXXVII, 327.

BONIFACIUS (S.), archiepisc. Mogunt., martyr et Germaniæ apostolus. E nobili Angliæ prosapia ortus an. 680, antea Winfridi nomen habuit et clarissimus fuit doctrina, sanctitate et zelo indefesso pro fide catholica propaganda. Gregorius III papa eum archiepiscopali dignitate et pallio decoravit an. 732. Sed successorem sibi elegit ut liberius saluti infidelium vacaret: senex occubuit in Frisia an. 755. De eo habemus non paucas epistolas, sermones, aliaque opuscula, LXXXIX, 598.

BONIZO seu BONITIUS patria videtur Italus, episcopus primum Sutrinensis. Sede expulsus ab Henrico imperatore eo quod partes Gregorii papæ teneret, ad sedem Placentinam promotus est, ubi a sceleratis captus, effossis oculis, obtruncatus est an. 1089. Libros IX dedit de persecutione Ecclesiæ, et historiæ pontificiæ fragm., CL. 782.

BONUSHOMO, *vide* ALPHONSUS.

BONUSHOMO, canonicus ecclesiæ cathedralis Trecensis, dedit descriptionem scutorum comitum Campaniæ, sermone Gallico, an. 1586. CLXXXV, 1480.

BORONUS, vir illustris Alsaciæ prædia quædam dedit Honaugiensi monasterio cui præerat Benedictus Tubanus abbas, an. 716. Hujus donationis duplex exstat charta. LXXXVIII. 1280, 1312.

BOVO, abbas S. Bertini. A puero nutritus et educatus in abbatia S Bertini, cujus postea factus est abbas post mortem Roderici quæ contigit an 1043. De eo habemus relationem inventionis et translationis corporis S. Berthini, ob Northmannorum metum reconditi, an. 1052. Decessit, an. 1065. CXLIII, 1367.

BOVO. præpositus monasterii Stabulensis, Wibaldum Corbeiens. abbat. certiorem facit de malis quæ sibi et monasterio intulerat Namurcensis comes, an. 1148. CLXXXIX, 1155

BOWINUS, abbas Anglo-Saxo, ad B. Lullum archiepisc. Mogunt. scripsit, quædam simul munuscula misit, an. 756, XCVI, 836.

BOZO, Ardennarum comes, inde Lombardiæ dux factus a Carolo Calvo, demum ab episcopis 23 electus rex Arelatensis, Ludovico et Carolomanno bellum gessit, a quibus prope Viennam expugnatus est. Obiit, an. 887. Habemus ejus electionem et ad episcopos responsionem, CXXXVIII, 787.

BRACILAUS seu BRACILIO, Bohemiæ dux, occupata armis Guesna Poloniæ metropoli, nihil antiquius habuit quam ut lipsana S. Adalberti mart. referret : sed tumulum reserare tentantes Bohemi stupore subito obriguere, quod intelligens Severus Pragæ episc. principem et milites admonuit ut si civem Adalbertum habere vellent, reformationem morum prius pollicerentur : ideo, an. 1039, decretum tulit Bracilio quod exstat. CLI, 1257.

BRAULIO (S.), episcopus Cæsaraugustanus. Fratri suo Joanni successit in episcopatu, an. 627 : vir eruditus et clarus inter Ecclesiæ Hispanæ præsules, disciplinam ecclesiasticam restituit, litteras protexit, plurimis interfuit conciliis. Obiit circa 653. Ex illo habentur epistolæ, Vita sancti Æmiliani et acta martyrum Cæsaraugust., LXXX,

BREGWINUS, abbas Anglo-Saxo. Epistolam ad S. Lullum archiepisc. Moguntin. scripsit, in qua memorat qualem dilectionem erga ipsum omnes teneant fratres, quem et edocet qua die facta sit depositio ven. Buggæ abbatissæ. XCVI, 843

BRIDFERTUS, Ramesiensis monachus et Abbonis discipulus, exeunte x sæc. floruit. Commentarium composuit super librum Bedæ *De natura rerum*, insuper Vitam collegit S. Dunstani CXXXIX. 1423.

BROCARDUS vide BURTRADUS.

BROCARDUS sive BURCHARDUS, abbas monasterii de Balerna, scripsit Nicolao Clarævallensi de sua propria conversione, sæc. XII, CXCVI, 1605.

BRUNO seu BRUNICHILDIS regina, Sigiberti uxor, celebris inimica Fredegundis, multa bona simul et mala peregit. Ad eam scripsit non semel S. Gregorius Magnus. Quæ ipsa egerit apud Gregor. Turon. vide LXXI, 594, 1171, 1174.

BRUNO (S.), archiepisc. Coloniens., Othonis Magni imperat. frater, cujus primum fuit archicapellanus, Wifrido in sede Coloniensi successit. De eo exstat diploma, et juxta quosdam auctor est commentarii in libros Moysis. Obiit an. 965. CXXXIV, 987.

BRUNO, episc. Lingon. Nobili ortus genere, patrem Ragenhaldum habuit qui Rhemensis comitis titulum sibi assumebat : episcopus factus est, an. 981, et sedit 35 annos. Ex eo superest tantum charta et epistola ad clericos Lingonenses. CXXXIX, 1534.

Bruno (S.), episc. Herbipolensis, illustri prosopia ortus, post mortem Meginhardi electus est cura et studio Conradi II imperat. Ecclesiam hanc pie rexit 11 annos, et obiit, an. 1045. Psalmos exposuit et Orationem Dominicam commentatus est. CXLII, 9.

BRUNO, clericus Magdeburg., Wernhero Merseburg. episc. familiaris, floruit XI sæc. Librum scripsit de bello Saxonico documentis historicis plenum, CXLVII. 486.

BRUNO (Eusebius), episc. Andegav. institutus est, an. 1047, concilio Rhemensi interfuit. an. 1049; monasterium Andegavi, an. 1062. De eo exstat epistola ad magistr. Berengarium virum clarissimum et probatæ vitæ qui munere archidiaconi et thesaurarii Andegavis fungebatur. Obiit. an. 1081, CXLVIII, 1199.

BRUNO, cujus patriam et vitam nullibi reperimus, collectaneum reparare aggressus est Paterii cui titulus *Gregoriale*, eo quod, temporis lapsu, maximam tulerat jacturam. CLV, 145.

BRUNO (S.), institutor Carthusianorum. Natione Germanus e claris parentibus natus, primum Rhemensis canonicus fuit et scholarum magister. Inde in Carthusiæ eremum successit juxta Gratianopolim, et monasterio a se condito præfuit sex annos, circiter. Tum Romam adiit jussu Urbani II cujus consiliarius fuit ; mox de consensu S. Pontificis in Calabriæ eremum se conferens ordinis regulam instituit, ibique obiit, an. 1101. Librum Psalmorum explanavit et epistolas Sancti Pauli, sermonem de mundi contemptu dedit, CLII, CLIII.

BRUNO, Trevir. archiepisc., Rodulfum Rhemens. archiepisc. certiorem facit vexationum monialibus B. Mariæ Trevir. a quibusdam nobilibus illatarum, an. 1115. CLXII, 1419.

BRUNO (S.), Astensis abbas et postmodum episc. Signiensis. Ex illustri genere natus, pietatis et studiorum tyrocinia in monasterio emensus est ; postea in Etruriam transiens, inter canonicos Signienses annumeratus est : tandem Signiensis factus episc. superiorum auctoritate hanc rexit ecclesiam ad extremum usque diem, scilicet an. 1125. Commentaria in varios Scripturæ libros, homilias, sermones et tractatus conscripsit, CLIV. CLV.

BRUNO, Argentin. episc., Honaugiensis primum præpositus, deinde Bambergensis canonicus, tandem factus est episcopus Argentinensis, an. 1123. Obiit, an. 1150. De eo exstat epistola ad Gerohum præpositum Reichersperg. CLXVI. 1347.

BRUNO, Hildesheimens. episc., Bernardo successit, an. 1153 : obiit autem, an 1160. Deprecatur Wicmannum Magdeburg. archiepisc. ut excusatum habeat episc. suum Onabrugensem, qui, infirmitate detentus ad eum accedere non poterat 1156. (*Vide* Vicmannus.) CLXXXIX. 1445.

BUGGA, abbatissa, vixit circa an. 720. Sub sancto Bonifacio Mogunt. ad quem scripsit epistolam post obitum impii regis Rutbodi, in qua venerabilem Willibaldum, memorat quem summopere venerabatur. Quidam eandem esse volunt quam Eadburgam quæ scripsit Bonifacio et non modice perita exstitit in artibus liberalibus. De ea nonnullæ exstant epistolæ. LXXXIX, 690, 726.

BULGARANNUS, comes, sub rege Gontramno Narbonæ præfectus plures epistolas ad diversos direxit, an. 632. quas videsis. LXXX. 103.

BURCHARDUS, Wormaciensis episc. Natione Germanus, patria Hassus, primum Lobii in Belgio monachus, postea abbas et demum episc. creatus, an. 996, mortuus est an. 1025. Pretiosam contexuit canonum collectionem; de eo quoque epistolas habemus. CXL, 491.

BURGUNDOFARA, S. Faronis Meldens. episc. soror, diu vixit in monasterio Eboracensi. In extremis posita testamentum dictavit in gratiam ejusdem monasterii anno 632, LXXXVII, 1137.

## C

CADURCUS, regius clericus et cancellarius, præpositus custodiæ turris Bituric., cum audivisset a Sugerio milites missos ut turrim occuparent, et ipse illam reddendi mandatum accepisset, Rotroco scripsit Perticensi comiti ut hæc Rodulfo Viromandens. significaret et ab eo litteras obtineret quibus remuere juberetur, circa an. 1148, CLXXXVI, 1396, 1401.

CÆCILIA, comitissa Tripolitana. Defuncto Pontio comite ejus marito, licentiam concessit canonicis S. Sepulcri quibus tunc præerat Wigrinus, coquendi quidquid vellent, absque ullo censu, in furno quem habebant in monte Peregrino, an. 1159, CLV, 1182.

CÆCILIA et sui cohæredes, Humberti de Fontanis filia, hortum vendit Guillermo de Fontanis an. 1282, CLXXXV. 1412.

CÆCILIANUS, Carthaginensis episc. A Felice ordinatus, cum Donatistæ eum calumniati essent, in concilio Romano sub papa Miltiade an. 313 celebrato, culpa et errore exemptus est contra Novatum et a Constantino Magno iterum absolutus in judicio apud Mediolanum habito. Obiit circa an. 347. De eo exstat brevis epistola ad Felicem Aptungitanum episc., VIII, 749.

CÆSARIUS (S.), Arelatensis episc. Natione Gallus, patria Cabillonensis, juvenis vitam monasticam sectatus est in cœnobio Lirinensi, renitens deinde episcopus factus est, et 40 annos cum zelo et pietate hanc rexit provinciam. Obiit an. 542. De eo supersunt epistolæ, sermones seu homiliæ et nonnulla opuscula, LXVII, 1165.

CÆSARIUS, patricius Romanus, sub cujus ditione tunc erant regiones quæ Romanis imperatoribus adhuc obsequium præstabant. Sub rege Sisebutho floruit, ad quem quasdam misit epistolas, circa an. 621, LXXX, 566.

CÆSARIUS, Heisterbacensis monachus ordinis Cisterciensis, diu novitiorum præfectus in monasterio Vallis-S.-Petri exstitit pluraque scripta edidit. Obiit an. 1240; pulchre de S. Bernardo verba fecit, CLXXXV, 636.

CAIUS (S.) papa. Vir summæ prudentiæ et virtutis eximiæ, e nobili genere ortus, S. Eutychiano successit, an. 283 et S. sedem tenuit usque ad an. 295 quo e vita discessit

Inter martyres recenseri solet in variis martyrologiis; unum tantum de eo decretum superfuit de ordinandis, V, 179.

CALDONIUS, presbyter Carthaginensis et confessor, in Scripturarum intelligentia peritus, cujus fidem et integritatem exaltat D. Cyprianus. De eo habemus epistolam ad sanctum Cyprianum quem consulit de pace danda quibusdam lapsis, an. 250, IV, 271.

CALIXTUS (S.), pap. et mart., successit sancto Zephyrino; cœmeterium viæ Appiæ condidit. Sub Alexandro Severo passus est an. 222. Decreta quæ ei attribuuntur apud Isidorum Mercatorem spuria sunt, CXXX, 129.

CALIXTUS II pap. Guido antea dictus, patria Burgundus, Guillelmi comitis filius et imper. Henrici consanguineus, primum archiepisc. Rhemensis et sedis apostolicæ legatus fuit. Defuncto Gelasio papa in Galliam confugerunt cardinales et Cluniaco eum elegerunt. Rhemis in concilio Henricum imperat. ab Ecclesiæ communione exclusit. Obiit an. 1124. Supersunt epistolæ ejus et decreta, CLXIII, 1024.

CALO de Sauz, dominus de Fontanis et uxor ejus Dannez dederunt monachis de Buxeria quidquid possidebant in territoriis et villis de Dez et de Altavilla ad fundationem anniversarii pro animæ suæ requie, an. 1267. Juxta epitaphium ejus, obiit an. 1272, CLXXXV, 1430, 1431.

CALOJOANNES, Bulgarorum rex. Circa initium sæc. XIII ad Innocent. III papam scripsit, et gratias agens pro litteris quas ad ipsum miserat per S. presbyterum Brundusinum an. 1202. Epistola ejus sermone Bulgarico scripta primo Græce, postea Latine translata est, CCXIV, 1112; CCXV, 155.

CALVINUS (Joannes), ironice *Papa Genevensis* dictus, Parisiis curriculum studiorum emensus, inde propter insolitas opiniones mox expulsus, Genevam Helvetiorum petiit, ubi Theologiam professus est; hæresis venenum palam induxit et adversus fidem scriptis et verbis pugnavit. Obiit an. 1564. Quædam tamen de D. Bernardo protulit quæ referre non inutile censuimus, CLXXXV, 639.

CAMBIUS (Petrus). *Vide* PETRUS.

CAMENUS (Franciscus) pertinere videtur ad XII sæc. Patria Perusinus, hymnum saphicum composuit in S. Nicolaum peregrinum Apulum an. 1194 defunctum, CXLII, 719.

CANAPARUS (Joannes) *Vide* JOANNES.

CANCELLINUS comes Frederico Aquileiensi patriarchæ alodium tradidit an. 1085, ut conderetur Momacense monasterium; quod instrumentum ad effectum adductum est sub Uldarico Frederici successore, XCIX, 641.

CANDIDUS, Arianus vir qui videtur litteris imbutus sed Scripturarum ignarus, IV sæc. floruit. Librum scripsit de generatione divina ad Marium Victorinum rhetorem Christianum, VIII, 1013.

CANDIDUS, Fuldensis monachus quem Mabillonius distinguit ab illo Candido Alcuini discipulo, cujus iste meminit non uno in loco, floruit IX sæc. Auctor est vitæ sancti Eigilis et opusculi de passione Domini, CV, 381; CVI, 57.

CANDIDUS cujus exstat fragmentum de imagine Dei in appendice ad Alcuinum, quis sit non constat. Fortasse Candidus ille cui Alcuinus epistolam scripsit (t. C, 408), forte Fuldensis monachus qui vitam descripsit sancti Eigilis. CI, 1359.

CANGITHA quæ Cangith et Eangith dicitur, propinqua Edelberti Cantiorum regis, Bugæ mater fuit et sancti Bonifacii Moguntini soror, primum sanctimonialis, postea vero abbatissa. Sancto Bonifacio scripsit quantis tribulationibus afficeretur, præsertim a rege qui gentem suam multo exosam habebat, an. 733, LXXXIX, 726.

CANISIUS (Petrus), Noviomago natus an. 1521. In societatem Jesu ingressus, prædicatione claruit in Germania. Societatis provincialis factus. S. sedis mox legatus fuit. Opera sancti Cyrilli Alexandrini, et quorumdam aliorum Patrum cum annotationibus edidit. Friburgæ obiit an. 1597. Elogium exstat sancti Bernardi, CLXXXV, 637.

CANUTUS, Daniæ II, Anglorum autem primus hujus nominis rex, Magnus dictus, Angliam armis obtinuit, Romam causa religionis adiit. Defunctus est an. 1056. Leges ecclesiasticas condidit et varia diplomata concessit, CLI, 1171

CANUTUS VI, Anglorum et Daniæ rex. Exeunte XII sæc. scripsit ad cardinales apud quos queritur quod Francorum rex Philippus sororem suam repudiaverit ut aliam duceret, CCIX, 668, 754.

CAPPIDUS Stauriensis, Frisius sacerdos qui florebat X sæc. Auctor est vitæ sancti Adulphi presb. Eidem tribuuntur Vitæ SS. Lebuini, Otgeri et Plechelmi, CXXXIII, 858.

CAPREOLUS, episc. Carthag. S. Aurelio successit. Librum scripsit de una Christi persona adversus Nestorium quo se revera sublimem theologum prodidit juxta Baronium. De anno quo obierit non liquet, ex illius scriptis tres supersunt epistolæ, LIII, 844.

CARILEPHUS (S.) Anisolensis abbas primus. Sub rege Clotario florebat cujus germanus fuit. Primum in Arvernensi territorio vixit cum Avito quodam sibi socio; mox pluribus illuc concurrentibus abbas electus est et postea monasterium ipsis exstruxit Childebertus Cenoman. Exstat epistola S. Carilephi ad Innocentem, Cenomanensem episc. an. 540, LXXIV, 1263.

CAROLOMANNUS, Caroli Martelli filius, aliquandiu cum fratre Pippino regnavit super Francos, sed abdicata potestate monachus factus est Cassinensis. Viennæ obiit an. 753. Quædam subscripsit diplomata, XCVI, 1501,

CAROLUS, majordomus sacri palatii Martellus dictus, Pippini filius fuit et postea regiam adeptus potestatem villam Clippiacum in pago Parisiensi constitutam an. 741, donavit monasterio S. Dionysii in quo sepultus fuerat pater ejus jam ab annis quinque defuncto rege Theoderico IV absque successore. Item multa contulit Epternacensi monasterio cui præerat S. Willibrordus, LXXXVIII, 1302; LXXXIX, 550 *et seqq.*

CAROLUS MAGNUS, Pippini filius, Francorum rex, post modum imperator Occidentis a Leone III papa proclamatus; eo quod ipsum exemerat a tyrannica Langobardorum potestate. Saxonibus durum gessit bellum. Leges permultas condidit, Artes et litteras in Gallis restauravit religionemque fortiter protexit. Obiit an. 814. Capitularia, constitutiones, epistolas et diplomata reliquit, XCVII-XCVIII.

CAROLUS Calvus, Francorum rex et imperator, regnavit ab an. 840 ad 877; a Joanne VIII imperator coronatus est an. 875. Eo regnante, Normanni in Galliam irruerunt. Capitularia quædam, epistolas et diplomata tradidit, CXXIV, 861.

CAROLUS III, Francorum rex, Ludovici Balbi filius, Normannis Neustriam concessit; postea, cum ab Hugone impugnaretur, sese comiti Veromandensi tradidit a quo captivus detentus, obiit an. 929. De eo exstat ad episcopos interpellatio in Tungrensi concilio. CXXVIII, 813.

CAROLUS II, Siciliæ rex et Jerusalem, litteras suscepit quibus Petrus Arragonum rex querebatur quod suos persequeretur subjectos; ad quem rescripsit Carolus se ad bellum paratum esse an. 1282. CLXXIV, 1560.

CAROLUS III, Siciliæ rex et postea Hungariæ; multa post scelera admissa veneno interiit an. 1386. De eo exstat epistola Utinensibus directa in gratiam cardinalis de Alenconio an. 1382, XCIX, 609.

CAROLUS, Temerarius dictus Burgundiæ dux. In bello vir illustris, Divione natus an. 1433, interfectus est in prælio an. 1477. De eo exstat sermone Gallico *fundatio* missæ annualis pro animæ suæ et parentum requie in abbatia Claræ-vallensi an. 1472, CLXXXV, 1754.

CARREUS (Franciscus), Beccensis cœnobita. Floruit sæc. XVI; hujus abbatiæ chronicon conscripsit, CL, 691.

CASSIANUS, presb. Massiliens. Juxta quosdam ex Thracia ortus est circa 380, inter monachos Palæstinæ educatus, ipse monachus factus Constantinopoli S. Joanni Chrysostomo adhæsit, a quo diaconus ordinatus est. Massiliæ presbyter factus, duo ibi fundavit monasteria. Adversus Nestorii errores pugnavit sed et ipse adversum habuit S. Prosperum, qui eum incriminatus est semipelagianismi. Libros 12 scripsit de cœnobiorum institutis, collationes 24 et de Incarnat. Domini lib. 7, adv. Nestorium. Obiit circa an. 433, XLIX-L.

CASSIODORUS, clarissimis parentibus ortus est Scyllacii in Bruttiorum territorio. Sub Theodorico Gothorum rege consulatum gessit, in quo implendo munere sese maxime exhibuit commendabilem. Jam septuagenarius monasterium fundavit Vivariense in quo ipse monachos perfecte instruendos curavit. Multa scripta historica, exegetica et grammatica edidit. Obiit an. 562. LXIX-LXX.

CASTELLIONE, *vide* GUIDO de, et GODEFRIDUS.

CATHWALONNE, abbas Rothonensis et Mainardi successor ab an 1026 ad 1049 quo obiit. Epistolam scripsit ad Hildegardem Fulconis Andegav. uxorem, et alteram ad Letgardem abbatissam S. Mariæ de Charitate, CXLI, 1282.

CATULFUS. De eo nihil aliud tenemus nisi quod epistolam sive instructionem miserit ad B. Carolum regem. sæc. VII, XCVI, 1363.

CEADWALLA, Saxonum rex, dona quædam contulit cœnobio Meldunensi cui præerat S. Aldhelmus an. 682, LXXXIX, 312.

CELER, vir illustris, Hormisdam certum facit an. 519, omnes pacifice vivere Constantinopoli opera legatorum, et ita brevi futurum esse in aliis civitatibus; tunc enim simulebatur in Oriente Ecclesia hæresibus Nestorii et Eutychetis, LXIII, 487.

CELERINUS, confessor Africanus, quem S. Cyprianus in epist. 22, vocat bonum et robustum confessorem, presbyter vel saltem diaconus fuisse videtur. Ipse ad Lucianum collegam suum et confessorem epistolam scripsit an. 250, qua de quibusdam eum reprehendit et pro sororibus quæ Romam deductæ lapsæ fuerant, pacem a confessoribus Carthagin. petit, IV, 274.

CELLANUS quidam. Ab Anglia patria exsul, ex extremis Franciæ finibus ad S. Aldhelmum scribit an. 705, multum laudes ejus celebrat; cæterum nihil de eo scimus quod referre possimus, LXXXIX, 99.

CELSUS, scriptor ille cujus ætatem et patriam ignoramus, Christianus fuit et valde eruditus. Græco-Latine vertit altercationem Jasonem inter et Papiscum de Judaica incredulitate et Vigilio cuidam episc. opus dedicavit: sola ejus exstat præfatio, VI, 49.

CENA, presbyter Anglo-Saxo, florebat VIII sæc.; ad S. Lullum archiep. Mogunt. scripsit cui se excusat de nondum missis libris quos petierat, eo quod scriptores non invenerit, XCVI, 841.

CENE, ut videtur, sanctimonialis S. Bonifacio Mogunt. archiepisc. scripsit ejus se commendans precibus an. 733, LXXXIX, 735.

CENTIUS, camerarius, postea Honorius III. *Vide* Honorius.

CEOLFRIDUS, Anglo-Saxo presbyter et postea abbas SS. Petri et Pauli ordinis S. Benedicti, Wirmutensis et Girovisensis in Anglia per annos 35. Lingonibus in Gallia obiit an. 716. Illius laudes celebravit Beda. De eo supersunt homiliæ et epistolæ, inter quas notanda est epistola ad Naitonem Pictorum regem, LXXXIX, 347.

CEREALIS, Castellensis episc. In Mauritania floruit an. 485; acerrime impugnavit opiniones Maximiani ariani episc. contra quem libellum dogmaticum scripsit, LVIII, 755.

CERETIUS, episc. Gallus, floruit V sæc. Cum collegis Salonio et Verano ad S. Leonem papam epistolam scripsit quæ inter hujus pontificis epistolas exstat, LIII, 1011.

CHÆNULFUS, qui de suo adventu S. Desiderium Cadurcensem monet, idem esse videtur ac Chodulphus ad quem scripsit S. episcopus. Cætera de eo incerta, LXXXVII, 262.

CHEZIACO (S. de), præpositus est custodiæ turris cujusdam simul et terrarum quæ censum solvebant Gaufredo de Rasconia ipsius Francorum regis debitori: cum autem illi instanter repeteret non modo censum, sed ipsam turrim, S. de Cheziaco renuit et se ad resistendum paravit, de quibus certum facit Sugerium, ut quid sit agendum jubeat, an. 1148, CLXXXVI, 1387.

CHILDEBERTUS II, Austrasiæ rex, Sigeberti et Brunichildis filius, de quo exstat constitutio an. 595, de abolendis idolo'atriæ reliquiis et de festis caste celebrandis, LXXII, 1121.

CHILDEBERTUS III, Francorum rex Clodovæi III frater et successor, sub Pippini tutela regnavit, usque ad an. 711. De quo exstant plura diplomata, LXXXVII, 1089.

CHILDERICUS II, Austrasiæ rex, Clodovæi Magni filius secundus, manu Bodillonis periit, an. 675. De eo exstant nonnulla diplomata, LXXXVII, 1283.

CHILDERICUS III, Francorum rex, nomine non re, Theoderico IV successit, an. 715. Vixit ad annum usque 760. Cujus diplomata vide, LXXXVIII, 1147.

CHILO, Lacædemonius philosophus, unus e septem Græciæ sapientibus et urbis ephorus, floruit, an. 556 ante Christ. De quo exstant sententiæ morales et politicæ. Ipsi tribuitur apud S. Ambrosium epistola ad Periandrum, XVII, 1149.

CHILPERICUS II, Francorum rex, Childerici II Austrasiæ regis filius a Raginfredo in regnum constitutus est. Carolo Martello Pippini filio resistere voluit, sed victus regiæ dignitatis nomen tantum retinuit. De eo exstant diplomata, an. 720, LXXXVIII, 1116.

CHINDASWINTHUS, Gothorum Hispaniæ rex, regnavit circa, an. 646. S. Eugenium III nomine antea S. Braulionis archidiaconum ad sedem Toletanam evexit, successoremque habuit Receswinthum. De eo exstat epistola ad S. Braulionem, LXXX, 678.

CHONRADUS, Constantiensis episcop. Ex nobili Alamannorum stirpe ortus, litteris studendis incubuit apud fratres monasterii Constant., et a pio præsule Nothingo ordinatus est, cui propter eximias virtutes postea successit. Obiit an. 976, CLXX, 865.

CHOZIL, comes, monasterio S. Emmerammi tradidit quidquid possidebat in Stromagin. Exstat absque anni mentione, donatio, CXXIX, 924.

CHRISTIANUS, in sedem Moguntinam successit Arnoldo qui occisus fuerat, an. 1160. Ad B. Hildegardem abbatissam scripsit cujus precibus se commendat, CXCVII, 158, 160.

CHRISTOPHORUS, antipapa. Hic invasor sedis apostolicæ Leonem V legitime electum e sede detrusit et similiter ipse ab alio invasore depositus, nempe a Sergio et in carcerem trusus, an. 903 religiosam amplexus est disciplinam. De eo superest diploma in confirmationem privilegiorum abbatiæ Corbeiensis, CXXXI, 46.

CHRODEGANGUS (S.), episcopus Metensis. Nobili genere ortus in Austrasia, an. 742 ad sedem Metensem evectus est, quam pie administravit per tres et viginti annos. Institutor habetur regularium canonicorum; tria fundavit monasteria quibus regulam dedit S. Benedicti. Obiit an. 766. Regulam scripsit pro clericis Metensibus, LXXXIX, 1053.

CHRODOBERTUS, episcopus Turon. Floruit circa an. 670. Auctor est opusculi cui titulus: *Judicium de muliere adultera*, quæ postquam consecrata et professa fuerat Deo servare castitatem, adulterium perpetravit, LIV, 1121; LXXXVII, 1131.

CHROMATIUS (S.), Aquileiensis, in patria sua, episcopus, sanctitate et doctrina insignis, Valeriano successit: fidem Nicænam acerrime defendit, circa 407 obiit. Ex illius scriptis supersunt sermo de octo beatitudinibus et tractatus 17 in Evangel. S. Matthæi, XX, 309.

CHRYSOLANUS, *vide* PETRUS.

CHRYSOLOGUS, *vide* PETRUS.

CHUONRADUS seu CONRADUS, Burgundiæ rex, Rodolphi II filius, qui Saracenos et Hungaros fugavit, regnavit usque ad an. 994. De eo exstat diploma quo villam Thoriacum dictam, in pago Lugdunensi sitam monasterio Cluniacensi concessit anno, 943, CXXXIII, 842.

CICERO (Marcus Tullius), celebris orator et philosophus Romanus Arpino natus, primum quæstor in Sicilia, deinde Romæ consul factus est, an. 56 ante Christ. Catilinæ et Verris consilia eloquentia confregit. De Politica et oratoria arte multa florenti stylo conscripsit. Obiit an. 43 ante Christum. Quædam de eo collegerunt Beda et ipse Boetius, LXIV, 1039; XC, 1053.

CIRITTA, *vide* JOANNES.

CLAREMBAUDUS de Capis et ejus uxor Alix, dederunt monasterio Clarævallensi quidquid fratres acquirere voluere de ejus feodo, an. 1147, CLXXXV, 988.

CLAUDIUS, episc. Taurinensis: sæc. VIII, iconoclasta obstinatissimus, Felicis Urgelitani discipulus, ex Hispania in Italiam venit, Ludovici Pii jussu, ut sacram doctrinam in qua versatissimus erat edoceret, et simul episcopus factus est. Opera exegetica, breve chronicon et S. Augustini elogium conscripsit, CIV, 610.

CLEMENS (S.) I, papa et mart., Anacleto successit. Obiit, an. 100; ad tempora apostolica pertinet. Ipsi tribuuntur Constitutiones apostolorum et epistolæ quædam apud Isidorum Mercatorem, sed magna ex parte apocryphæ reputantur, CXXX, 15.

CLEMENS II papa. Natione Germanus, post Gregorii VI abdicationem opera studioque Henrici regis pontifex creatus est, an. 1046; sed uno tantum anno sedem tenuit. De eo supersunt epistolæ et privilegia, CXLII, 578.

CLEMENS III antipapa, antea Guibertus sive Wibertus de Corrigia qui ab Alexandro II factus erat archiepiscopus Ravennat., ab Henrico IV imperatore in sedem Romanam intrusus fuit adversus Gregorium VII. Romæ obiit, in arce S. Angeli, an. 1101, CXLVIII, 825.

CLEMENS III papa. Patria Romanus, antea Paulinus cardinalis et Prænestinus episc., electus est, an. 1188. Ad bellum sacrum reges concitavit. Monasterium S. Laurentii exstruxit: obiit, an. 1191. Epistolas et privilegia reliquit, CCIV, 1273.

CLEMENTIA, Flandriæ comitissa. Post mariti obitum, sciens quod monachi S. Bertini a primitivo fervore declinaverant, S. Hugonem Cluniac. abbat. invitat ad eos reformandos, ideo monasterio Cluniac. illud subjiciendum promittit: XI sæc. floruit, CLIX, 939.

CLEMENTIA, Flandriæ comitissa et quondam uxor Roberti. Cum sibi injuriam fieri a Turwanensis Ecclesiæ clericis existimaret, ad Lambertum Atrebat. episc. causam detulit et ut ab istis pœnas exigeret petiit, alioquin ipsa reos punitura; XII sæculo ineunte vixit, CLXII, 661.

CLEOBULUS, Evagoræ regis Rhodiorum filius, Patri successit; inter septem Græciæ sapientes reputatus est, et an. 560 ante Christ. e vita decessit. De eo exstat epi-

stola e Græco translata apud S. Ambrosium, XVII, 1149.
CLICHTOVEUS (Jodocus), insignis Neoportuensis theologus, et canonicus Carnot., e primis Lutherum refutare aggressus est; obiit, an. 1543. De eo exstat celebre testimonium de S. Bernardo Clarævall. abbate, CLXXXV, 634.
CLODOVÆUS I, Francorum rex. Siagrio devicto, Galliam obtinuit, mox a S. Clothildé uxore sæpissime admonitus, Tolbiaci Alemannis cum divinitus triumphasset, baptismum a S. Remigio suscepit. Attamen Barbarorum more, multos trucidavit; in extremis regnum quatuor filiis partitus est, an. 511. De eo exstat epistola ad episcopos, et diploma pro cœnobio Miciacensi, LXXI, 1158.
CLODOVÆUS II, Francorum rex, Dagoberti I filius, Neustriæ et Burgundiæ regnum obtinuit : obiit, an. 656, vix an. 23 natus. De eodem quædam exstant diplomata, LXXXVII, 678.
CLODOVEUS III, Neustriæ et Burgundiæ rex, Theoderici III filius, sub Pippini Brevis tutela regnavit usque ad an 695; cui successit Childebertus III. De eo exstant diplomata, LXXXVIII, 1079.
CLOTARIUS I, Francorum rex, e Clodovæo et Clothilde natus, filiorum Clodomiri fratris cædis particeps fuit et proprium filium rebellem interemit. Obiit, an. 558. De eo exstant nonnullæ ecclesiasticæ præceptiones, LXXII, 1119.
CLOTARIUS II, Francorum rex. E Chilperico et Fredegunde ortus in Neustria regnavit. Diem supremum obiit, an. 628. Cujus præceptiones videsis, LXXII, 82; LXXX, 447.
CLOTARIUS III, Francorum rex, sub Ebroini tutela regnavit in Neustria; obiit, an. 670. De eo exstant diplomata, LXXXVII, 1277.
CLOTHILDIS (S.), Francorum regina, neptis Gondebaldi Burgundiæ regis. Clodovæo I nupta, precibus et eximia vitæ sanctitate maritum de idololatria ad fidem deduxit. Vidua Turones in monasterium secessit, obiitque an. 545. De ea exstat, apud Aimoinum oratio ad filios suos reges, CXXXIX, 662.
CLOTHILDIS, illustris matrona, sub Clotario III vixit; per chartam an. 670 multa dona contulit monasterio puellarum Brocariensi in pago Stampensi, LXXXVII, 1341.
COECILIA, COECILIANUS. *Vide* per Æ.
COELESTINUS (S.) papa. Patria Campanus, electus est an. 423, annos 9 sedit. De eo exstant epistolæ inter quas citatur decretalis ad episcopos, L, 407.
COELESTINUS II pap. Natione Tuscus, antea Guido homine et cardinalis presb. tituli S. Marci, juxta constitutionem Innocentii prædecessoris absque populi suffragiis creatus est papa. Uno tantum anno in sede remansit. Obiit an. 1144. Epistolas et privilegia reliquit, CLXXIX, 761.
COELESTINUS II pap. Patria Romanus, prius Hyacinthus cardinalis diaconus Clementi II successit. Obiit an. 1198. Non pauca reliquit privilegia, necnon et epistolas, CCVI, 864.
COELESTIUS Pelagianus. Pelagii discipulus venenum hæresis majore audacia fundere cœpit. Nobili genere et cum acri ingenio natus, sed versipellis et factiosus fuit, circ. 415. Ex ejus scriptis quædam supersunt fragmenta inter sancti Augustini opera et apud Marium Mercatorem, XLVIII, 61, 615.
COELIUS SYMPHOSIUS quem Heumannus cum Lactantio Cæciliano promiscue sumit. Illum memorat Hieronymus; sed ejus ortus et obitus omnino incerti sunt. Auctor est plurimorum ænigmatum quæ Sexto cuidam familiari dedicavit, VII, 289.
COGITOSUS, historicus auctor, quem credimus ad ætatem longe recentiorem pertinere; sed quem olim VII sæc. reposuerunt sine ulla de eo notitia. Vitam scripsit sanctæ Brigidæ virginis, LXXII, 775.
COLUMBANUS (S.), abbas et confessor. Multa condidit monasteria : primum abbas fuit Luxoviensis in Gallia, deinde Bobiensis in Italia. In Hibernia natus erat an. 540, diemque supremum obiit an. 615. De eo habemus Regulam monasticam, librum de taxanda pœnitentiarum mensura, sermones, epistolas et carmina, LXXX, 201.
COLUMBANUS, Trudensis abbas. De eo nihil a veteribus traditur. Auctor reputatur poematis cui titulus : *De origine atque primordiis Francorum gestis*, et carminis funebris de obitu regis Caroli Magni, CVI, 1258.
COLUMBUS, Numidiæ episcopus, Stephanus Bysacenus, Reparatus Mauritaniæ episcopi cum concilia habuerint super Pyrrhi causa qui e sede Constantinop. depositus in Africam secesserat, scripserunt ad Theodorum pap. an. 641 ut definiret quid agere deberent, LXXXVII, 81.
COMMODIANUS Gazæus, poeta sæc. IV. In Africa floruisse videtur sub sancti Silvestri pontificatu. Quidam tamen eum Italum, imo Romanum existimant. Metrice scripsit stylo non satis limato librum adversus gentiles, erroribus refellendis, quam confirmandis dogmatibus magis idoneum, V, 190.
CONANUS II, Britannorum dux, Alani ducis filius et successor. Claruit ab an. 1112, ad 1148. Cum Ludovico Crasso fœdus pepigit adversus Anglos. De eo exstat ad Gislebertum Turon. archiep. epistola qua promittit nonnulla reparare damna, et charta de redditione et confirmatione Bellæ Insulæ, CLXXII, 1325.
CONDRAMMUS quidam tria mancipia tradidit Avoni advocato monasterii S. Emmerammi pro tribus aliis quæ ab eodem recepit, IX sæc., CXXIX, 957.
CONO, cardinalis, Prænestinus episc., olim canonicus regularis S. Nicolai de Arvasia, vir fuit sanctitate vitæ commendabilis. Cardinalis factus est a Paschali II, qui legatum eum misit in Orientem an. 1124. Ex illo supersunt epistolæ, CLXIV, 1451.
CONRADUS II, Salicus dictus, Germaniæ imperat. Henrici Franconiæ ducis filius, coronam suscepit an. 1027. Trajecti obiit an. 1039. Constitutiones et diplomata dedit, CLI, 1039, 1043.
CONRADUS, auctor Vitæ B. Wolphelmi Brunnwillerensis abb. De eo sic scripsit Trithemius : Monachus fuit et discipulus B. Wolphelmi cujus Vitam mandavit ad Everardum Brunswill. et Hermannum S. Pantaleonis abbates, in litteris non infime doctus, a tali præceptore in omni scientia imbutus fuit, floruit an 1092, CLIV, 403.
CONRADUS, Salzburgensis episc. An 1128, cum sedes patriarchalis Aquileiensis vacaret et quidam ambitione moti electionem turbarent, ad electionem Gilberti Bambergensis decani et probatæ vitæ viri concurrit. Hac de causa ad Ottonem Bamberg. episc. et ad ejusdem loci canonicos scripsit, CLXXIII, 1344.
CONRADUS III, Germaniæ imperat.; primum Franconiæ dux, Lotharii II successit an. 1137. Iter fecit Hierosolymit. cum Ludovico Juniori. Obiit an. 1152. De eo exstant epistolæ et diplomata, CLXXX, 1613, 1616.
*Vide* insuper CLXXXIX, 1132 *et passim*.
CONRADUS postquam Hameskohem monasterium S. Petri Paterburnensis regendum obtinuit an. 1154; Wibaldo Corbeiens. abb. queritur quod eum iter apud se facientem excipere non voluerit, et de felici gratulatur reditu an. 1155. Obiit an. 1180, CCXXXIX, 1439.
CONRADUS de Keixem abbas, vixit XII sæculo exeunte, S. Hildegardi abbatissæ monasterii S. Ruperti in Binga scripsit eamque de dubiis nonnullis consuluit, CXCVII, 197.
CONRADUS, Wormatiensis episc. Florebat post medium XII sæc. Scripsit S. Hildegardi abbatissæ quam encomiis exornat, et cujus se precibus commendat, CXCVII, 173.
CONSENTIUS, libros scripsit adversus Priscillianistas; et S. Augustinum cum interrogasset utrum mendacio uti liceret ad hæreticos detegendos, ad eum direxit S. doctor librum de mendacio. An episcopus fuerit vel tantum presbyter non constat, neque de loco in quo floruerit. Ad Augustinum libros suos et epistolam misit, an. 410, XXXIII, 449.
CONSTANS, sacerdos tractatum scripsit de passione B. Emmerammi mart. Cæterum de his quæ ad patriam, ortum obitumque hujus presbyteri attinent, nihil ab historicis nobis traditum est, XCVI, 1365.
CONSTANTIA, uxor quondam Andreotæ, et Sebyllia uxor Hyacinthi Petri Deusvossalvet, sorores germanæ cum fratribus suis Nicolao et Octaviano suæ renuntiaverunt hereditati in gratiam domni Petri causidici an. 1195, CVI, 1275.
CONSTANTINUS MAGNUS, imperator, cujus vitam et gesta omnes norunt. Reliquit decreta, constitutiones orationes ad cœtum et epistolas non paucas. Obiit an. 336, VIII, 93.
CONSTANTINUS IV Flavius, *Pogonatus* seu *Barbatus* dictus, Tiberium et Heraclium fratres ejus qui secum regnabant excæcari jussit ut solus imperio potiretur; contra Monothelitas et Saracenos pugnavit; obiit an. 681, LXXXVII, 1147; XCVI, 387, 31.
CONSTANTINUS pap, Natione Syrus, sedit 7 annos, regnante Justiniano; obiit an. 715. Sub Constantino facta est Romæ fames magna. De eo exstant epistolæ et diplomata, LXXXIX, 315.
CONSTANTINUS antipapa, etsi laicus, auxilio fratris sui Totonis Nepesini ducis, post Pauli papæ decessum sanctam sedem invasit, et mox cædes et scelera adhibuit, sed Christophorus primicerius, cum ad Desiderium regem confugisset, milites ab eo obtinuit, et adversus Totonem

perrexit; quo cæso, dejectoque usurpatore, electus est Stephanus III an. 768. De Constantino exstant epistolæ ad Pippinum Francorum regem, XCVIII, 227, 253.

CONSTANTINUS COPRONYMUS, imperat. Constantinop. Leoni Isaurico successit; orthodoxis multa mala intulit; obiit in prælio adversus Bulgaros an. 775. — De eo et Irene uxore exstat epistola *divalis* dicta ad Adrianum papam, CXXIX, 199.

CONSTANTINUS, abbas S. Symphoriani Metensis. Medias inter perturbationes, quibus tota populaba ur Lotharingia, abbas Constantinus Vitam Adalberonis Metensis episc. suscepit scribendam. Quo autem anno obierit non constat. CXXXIX, 1539.

CONSTANTINUS, Casinensis monachus. Patria Carthaginensis, medicus et philosophus præstantissimus florebat circa 1057 : varia Orientis loca peragravit singularum gentium disciplinis studens. Multa scripta reliquit, CL, 1559.

CONSTANTIUS, Albigensis episc Interfuit concilio Rhemensi an. 256. Eo vivente inchoatum est Castrense cœnobium cujus Robertus primus abbas fuit. De illo exstat epistola ad S. Desiderium, LXXXVII, 258.

CONSTANTIUS, S. Quarantenæ servus et Willelmus simul ab Eustachio Granerio terram quam olim possederant S. Quarantenæ habitatores obtinuerunt: paulo post autem qua indigebant obtinuerunt aquam, an. 1124, CLV, 1213.

CORNELIUS (S.), papa et mart. Patria Romanus, Fabiano successit; Novatianum anathematizavit: obiit in exsilio an. 252. De eo supersunt nonnullæ epistolæ, III, 676.

CORONATUS NOTARIUS (Venerab.) Ubinam et quando floruerit auctor ille omnino incertum; Ballerinii operum S. Zenonis editores ad VII sive VIII sæculum eum referunt; non autem coævus fuit sancti Zenonis cujus Vitam scripsit. Tillemontius ad translationem reliquiarum sancti Zenonis, quæ an. 805 contigit, hujus auctoris elucubrationem rejicit. De eo exstat sermo de Vita S. Zenonis, XI, 76, 199, 623.

COSMAS JAPIGUS, Materiensis poeta, carmen edidit circa an. 950 in honorem SS. martyrum Theopompi, Theonæ et Synesii qui passi sunt sub Diocletiano apud Nicomediam. De hujus auctoris vita nihil constat, CXXXI, 879.

COSMAS decanus Pragensis natus est circa an. 1045 ex gente quadam e Polonia orta. Scholis Pragensibus litteras didicit unde postea Leodium se contulit ubi grammaticæ et dialecticæ operam navavit assiduam: obiit an. 1125. De eo exstant Bohemorum chronica, CLXVI, 9.

COTTO. *Vide* JOANNES.

COXIDA. *Vide* ELIAS (de).

CRESCONIUS, episc. African. cujus sedes incognita, VII sæc. desinente florebat. Breviarium canonicum recegit et ad episcopum Liberinum per titulos 300 digestum direxit. Ex canonibus apostolorum opus colligitur, LXXXVIII, 815.

CRISPINUS MILO. *Vide* MILO.

CRISPINUS GISLEBERTUS. *Vide* GISLEBERTUS.

CUMIANUS (S.), cognomine *Fota* id est Longus. Natus est an 592 e regali stirpe quæ dominatum exercebat in occidentali Scotiæ parte. — Ab initio monachus, postea abbas, juxta quosdam episcopus factus est an. 640: obiit an. 661. Epistolam reliquit de controversia paschali, et librum de mensura pœnitentiarum.

CUNO, abbas de Monte S. Disibodi floruit XII sæc. Petiit per epistolam S. Hildegardi abbatissæ ut si qua de S. Disibodo Deus ipsi revelaverit sibi aperire dignetur, CXCVII, 205.

CUTHBERTUS, Bedæ discipulus, et postea Girwensis abbas post Huetbertum in Britannia, circa an. 740, non confundendus cum S. Cuthberto cujus Beda Vitam contexuit. De illo exstat Vita seu potius elogium venerabilis Bedæ præceptoris sui et nonnullæ epistolæ, XC, 35; XCVI, 828, 858.

• CYNEARDUS, Wentoniensis episc. in Anglia, ad B. Lullum scripsit, cui enarrat quidquid ipse et Huntfridus Danielis episcopi successor in gratiam ejus egerant, illum hortatur et postulet rem quam tribuere ipse possit, an. 756, XCVI, 851.

CYNEWULFUS, Anglo-Saxonum rex, in episcoporum nomine ad B. Lullum Mogunt. archiep epistolam misit qua declarat se omnibus quæ petierit esse obtemperaturum, an. 772, XCVI, 846.

CYPRIANUS, episcopus Carthaginensis, martyr et Ecclesiæ doctor. Carthagine natus, ab initio gentilis, Cæcilii episc. monitis et precibus devictus baptismum suscepit, postea sacerdos ordinatus est et demum episcopus factus. Plures annos in exsilium pro Christi fide vixit, et vitam martyrio finivit an. 258. Epistolas de eo habemus scriptaque tum dogmatica, tum moralia, III, IV et V.

CYPRIANUS, Tolonensis, Firminus Uceticensis et Viventius incertæ sedis episcopi coætanei fuere S. Cæsarii Arelat. archiepiscopi, de cujus vita scripserunt circa an. 545, LXVII, 997, 1253.

CYPRIANUS (S.) Antiochenus, magus primum et Justinæ cujusdam amasius variis nefariis se implicuerat; mox tamen ad fidem conversus et pœnitentia ductus sacerdos et demum episcopus factus est. Justina vero Deo consecrata est et pro fide mortem sustinuit Quædam de eo exstant fragmenta inter quæ oratio pro martyribus et alia pro die passionis suæ, IV, 177, 905.

CYPRIANUS, monachus Casinensis. Sacerdos primum, deinde monachus in Casinensi cœnobio, claruit circa an. 760. Doctus et poeta fuit pro ætate celeberrimus; hymnum scripsit de miraculis B. Benedicti in ejus festivitate decantandum, LXXXIX, 1050.

CYPRIANUS, archipresb. Cordubensis poeta non ignobilis decimo ineunte sæc. floruit. Varia reliquit carmina scilicet epigrammata, epitaphia et hymnos, CXXXII, 787.

CYRILLUS (S.), Alexandrinus patriarcha et Theophili successor, a Nestorianis primum depulsus, postea in sedem restitutus est. Adversus hos hæreticos plurima dedit scripta; e vivis discessit an. 444, XLVIII, 851 ; I. 447 *passim*.

CYRILLUS, præceptor generalis ordinis S. Spiritus de Saxia quem instituerant Innocentius III papa et Guido Comes Montispessulanus ad Xenodochia invisenda et protegenda. Exstat hortatio sub nomine S. Cyrilli ad hujus ordinis equites, CCXVII, 1155.

CYRICIUS, episc. Barcinonensis in Hispan. Floruit circa an. 662. De eo exstant duæ epistolæ quas ad sanctum Hildephonsum scripsit. De virginitate B. Mariæ adversus Jovinianum et Helvidium, et aliam ad Taonem episcopum, XCVI, 9

## D

DADO, episcopus Rothomagensis. Una cum Constantio Albigensi ad S. Desiderium Cadurcensem episc. scripsit circa 645. Hujus nomen et sedes indicantur in quadam charta Clodovæi II, LXXXVII, 258, 692.

DADO, episcopus Virdunensis. Nepos discipulusque Berhardi, vir summi ingenii et eximiæ sanctitatis, primo abbas fuit S. Vitoni, postea episcopali dignitate decoratus favente Ludovico Germaniæ rege an. 881. Obiit an. 925. Vitam scripsit Hattonis et Berhardi prædecessorum, et fragmentum historicum, CXXXII, 779.

DAGOBERTUS I, rex Francorum. Clotarii II et Bertrudæ filius, primum cum justitia, prudentia et æquitate regnavit, sed postea se voluptatibus dedit. Obiit an. 638. Ex illo exstant ecclesiasticæ præceptiones.

DAGOBERTUS II, rex Francorum. Sigeberti II filius et Childerici II successor exeunte sæc. VII regnavit. Ipsi tribuuntur diplomata, sed non omnia genuina et nonnullæ ecclesiasticæ præceptiones, LXXXVII, 1302.

DAGOBERTUS III, Francorum rex. Childeberto III patri successit, sed totus in auctoritate Theodoaldis sacri palatii majoris fuit Naturæ debitum solvit, an. 715 De eo exstant diplomata, LXXXVIII, 1111.

• DAGULFUS, abbas Sandionysianus. Ineunte sæc. IX floruit. Nihil de ejus vita certe constat. Psalterium scripsit aureis litteris quod Carolus Magnus Adriano I papæ dono obtulit, XCIX. 826.

DAIMBERTUS, Hierosolymitanus patriarcha, cui Godefridus Bullonius primus Hierosolymæ rex in extremis muta bona tribuit et ipsam turrim David per testamentum; quod non adimpletum queritur Daimbertus Antiocheno principi circa an. 1100. Apud Guillelm. Tyr. CCI, 457.

DAIMBERTUS, archiepisc. Pisanus. Floruit XII sæc. ineunte. Epistolas misit ad Paschalem II pap. quibus exposuit litteras ducum crucesignatorum et ipsorum victorias. CLXIII, 448, 453.

DAMASUS (S.) pap. Patria Hispanus, natus circa 304, ad summum pervenit pontificium an. 367 : plurima concilia adversus Arianos celebravit. Ursacium, Valentem, Auxentium, etc. anathematizavit : obiit an. 385. De eo supersunt epistolæ, anathematismi et carmina quædam, XIII, 109.

DAMIANUS (S.) Petrus cardinalis. Ravennæ ortus pauperibus sed honestis parentibus, vitam amplexus est monasticam in cœnobio Fontis Avellanæ cujus postea abbas factus est an. 1041. Deinde episcopus Ostiensis et cardinalis creatus est ; multa reliquit scripta, sermones, si licet, epistolas et varia opuscula. Obiit an 1072, CXLIV, CXLV.

DAMIANUS, Ticinensis episc. Anastasio successit an. 680. Pietate claruit et eruditione sub nomine Mansueti. Nonnullas scripsit epistolas ; obiit an. 710, LXXXVII, 1259.

DANIEL, Westsaxonicus episcopus. Temporibus Sigebaldi regis floruit Ipse Romam misit sanctum Bonifacium cum litteris commendatitiis ad Gregorium II pap. an. 718. De eo exstant aliquot epistolæ ad eumdem Bonifacium qui factus erat Moguntinus archiepisc., LXXXIX, 687, 705, 707.

DARIUS Histaspis filius et Persarum rex. A Græcis devictus est apud Marathonem an. 490 ante Ch. E vivis discessit cum novam adversus Græcos moliretur expeditionem. De eo habetur epistola ad Heraclitum Ephesium, apud sanctum Ambrosium, XVII, 1153.

DARIUS, comes Carthaginem missus ad pacem restituendam, a gentilitate ad Christi fidem conversus est lectione librorum sancti Augustini. Discordias si non sedavit, saltem distulit an. 429. Sancto Doctori ægrotanti nonnulla procuravit medicamenta. De eo exstat epistola ad sanctum Augustinum, XXXII!, 1020.

DARMUNDUS, nobis tantum innotescit venditione quam contraxit cum Erlifrido Sithivensi abbate quorumdam prædiorum in pagis Vermandensi et Noviomensi an. 708, LXXXVIII, 1251.

DATIVUS et socii, confessores Africani, qui ad metalla damnati a Cypriano Carthag. episc. subsidia cum epistola receperunt et epistolam gratulatoriam ad eum rescripserunt an. 258, IV, 420.

DEFENSOR, grammaticus et monachus Locociagensis apud Pictones sæculo VIII florebat. Sententias SS. Patrum collegit sub titulo : *Scintillæ*, LXXXVIII, 595.

DEODATUS, clericus partem rerum notabilem quas possidebat in pago Tarwanensi et aliis quibusdam locis dono contulit Sithivensi monasterio an. 800, CXXXVI, 1215.

DEODUINUS, Leodiensis episc. qui et Theuduinus, Diotwinus et Tuthwinus dicitur. Natione Noricus de Bavaria suffectus est in locum Vasonis S. Donatiani Brugensis præpositi ab Henrico III imperatore. Obiit an. 1075. Epistolas et diploma reliquit, CXLVI, 1438.

DERMATIUS, quidam Hiberniæ monachus qui Scotum se dicit, profectus est Hierosolymam, cum Raimbaldo Leodiensi, unde fratribus scripsit epistolam hortatoriam circa 1095, CLV, 485.

DESIDERIUS (S.) Cadurcensis episc. In Albigensi civitate natus ex nobili genere, fratres habuit illustres Syagrium magistratum et Rusticum episc., cui successit. Obiit an. 651. De illo exstant epistolæ (vide HERCHENEFREDA), LXXXVII, 218.

DESIDERIUS Longobardorum rex et Ansa regina, multa dona contulerunt monasterio S. Michaelis et S. Petri in civitate Brixiana, an 758. Cujus monasteria Anselberga ipsius Desiderii filia fuerat abbatissa. Idem rex multa fratribus Casinensibus dedit an. 768, LXXXVII, 1388, 1393.

DEUSDEDIT (S.) pap. Natione Romanus, post mortem Bonifacii IV electus est an. 614. Obiit an. 617. Ipsi falso tribuitur decretalis epistola ad Gordianum Hispalensem episc., LXXX, 362.

DEUSDEDIT, cardinalis presbyter, partes Gregorii VII papæ acerrime defendit, libros IV scripsit *De verbis ecclesiasticis*, librum *De privilegiis et auctoritate Ecclesiæ Romanæ et adversus Simoniacos ;* defunctus est an. 1099, CL, 1566.

DEXTER (S.) Flavius Lucius, vir plane eruditus, prudentia et pietate insignis natus est an. 368 : in humanioribus litteris multum profecit. Militiæ addictus ab adolescentia poeta fuit non mediocris ut indicat epitaphium Ataulfi regis ; jam senex defunctus est an. 444. Auctor est Chronici, XXXI, 12.

DIDYMUS, Alexandriæ natus, etsi a teneris factus sit cæcus, tamen in scientia Scripturarum adeo profecit ut audientes stuperent omnes cum dissereret. D. ipse Hieronymus ejus eruditionem miratus unum ex ejus libris vertere voluit e Græco in latinum sermonem, librum nempe de Spiritu sancto. (Circa an. 385.) XXIII, 101.

• DINDYMUS, Indus rex cui tribuuntur epistolæ et responsiones ad Alexandrum Magnum. Sed fictus auctor aperte videtur cum nullibi mentio sit hujus Dindymi nisi apud Alcuinum, CI, 1566.

DINOTHUS. abbas Bannochorensis. Temporibus sancti Augustini Anglorum apostoli floruit. De eo exstat responsio ad eumdem Augustinum qua Ecclesiæ Romanæ auctoritatem agnoscit, LXXX, 22.

DIONYSIUS (S.), Areopagita a divo Paulo ad Christi fidem lucratus, et postea martyrio coronatus an. 95. Sub ejus nomine dantur scripta Græca a J. Scoto translata, CXXII, 1023.

DIONYSIUS Alexand., patriarcha, adversus sui temporis hæreticos pugnavit, præsertim Novatianos, an. 265. De eo exstant epistolæ, sive fragmenta, III, 1001.

DIONYSIUS (S.) papa. Origine Græcus et patria Caleber creditur; Sixto II in persecutione Valeriani exstincto successit, et ad Deum migravit an. 269. De eo exstat epistolæ fragmentum adversus Sabellianos et epistola ad Severum episc., V, 99.

DIONYSIUS, Liddensis episc., notus epistola ad Theophilum Alexand. quæ a sancto Hieronymo translata exstat, XXII, 771.

DIONYSIUS EXIGUUS, natione Scytha, professione monachus et abbas Romanus fuit ; Cassiodori familiaritate usus est : Kalendarium emendavit et canonum collectionem conscripsit. Circa an. 540, defunctus est, LXVII, 9.

DIONYSIUS, Carthusianus, in monasterio Ruremondensi diu vixit ; obiit an 1471. Multa Ascetica conscripsit. De sancto Bernardo Clarævallensi abbate pulchre dixit, CLXXXV, 636.

DIOSCORUS diaconus, papæ legatus. *Vide* GERMANUS.

DODANA sive DUODENA, pia matrona quæ Bernardo duci Septimaniæ et Comiti Barcinonensi nupsit anno Ch. 824. Librum scripsit manualem quem ad filium suum direxit Wilhelmum, CVI, 110.

DODECHINUS, abbas, cujus vita nobis incomperta habetur : continuavit Chronicon Mariani Scoti, de eo fragmentum exstat, CXLVIII, 1441.

DOMINICUS, Gradensis et Aquileiensis in ditione Venetæ patriarcha fuit, circa medium XI sæc. Florebat sub Leone IX papa. De eo exstat epistola ad Petrum patriarcham Antiochenum, CXLI, 1455.

DOMNIZO, presbyter et monachus Canusinus, ordinis S. Benedicti. Vitam scripsit Mathildæ comitissæ celeberrimæ in Italia in II libros metrice exornatos. An. 1130, CXLVI, 1339.

DOMNOLEUS, Bodoardus, Rigobertus et alii debitores de Villa Arduno ad episcopum Cenoman. Chartam recognitionis pro parte sua singuli tradiderunt Herlemundo tunc episc. an. 721 quo Theodoricus IV regnum est auspicatus, LXXXVIII, 1276.

DOMNOLUS (S.) Cenomanensis episc. Floruit VI sæc. B. Innocentio in sede Cenomanensi successit an. 560. Claruit præsertim charitate erga pauperes et solicitudine pastorali. Vita functus est an. 576, LXXII, 650.

DONATUS (S.), Episcopus Vezontionensis. E nobilibus parentibus ortus, a prima infantia Deo donatus est in Luxoviensi monasterio educandus sub sancto Columbano. Obiit an. 651. Regulam scripsit pro virginibus. LXXXVII, 267.

DONIZO, *Vide* DOMNIZO.

DONUS papa. Natione Romanus, electus est an. 676; sedit annos duos. Ex ejus scriptis nihil superest quod referre possimus, LXXXVII, 1146.

DOROTHEUS, Thessalonicensis episc. Anastasio imperante, epistolam per patricium quemdam ad Hormisdam papam direxit, qua fidem orthodoxam profitetur ; ad unitatem suspirat et pacem Ecclesiæ. Sed ex epistola Dioscori papæ legati aliter sentire videtur. Ideo in Heracleam mox relegatus est. An. 514, LXIII, 371, 446.

DOTO, monachus et, ut videtur, abbas monasterii S. Petri in Anglia, ad S. Lullum Mogunt. archiep. epistolam misit cum Indiculo nominum fratrum et collegarum ejusdem patriæ, quem ab eo petierat Lullus, an. 756, XCVI, 837.

DRACONTIUS poeta, de cujus ortu et vita nihil certi habemus, sæculo V floruit. De eo supersunt carmen de Deo et satisfactio ad Gunthariun regem, LX, 595.

DRAUSICUS, Suessionensis episc. precibus Ebroini majoris domus et uxoris ejus Leutridis plura concessit privilegia monasterio puellarum S. Mariæ Suessionensis quod ipsimet condiderant an. 666, LXXXVIII, 1183.

DREPANIUS FLORUS, poeta, natione Gallus, floruit in fine V sæc. De eo superest hymnus ad Wulphinum grammaticum, LXI, 1081.

DROCO, comes Ambianensis, an. 1036. Remisit censum seu consuetudinem quam percipiebat in nundinas S. Petri Gisiacensis necnon brenagium quod assumebat in Calderinco et sancto Cyrico, CLV, 310.

DROCO de Cuflante castro supra Sequanam, terram de Loconis dedit monachis S. Petri Carnot. cujus Landricus tunc abbas erat an. 1060, CLV, 329.

DROGO, Burgundiæ dux et Aquitaniæ, Pippini filius, donavit ecclesiæ S. Arnulfi Metensis quidquid possidebat in villa Marialis an. 691, LXXXIII, 1221.

DROGO, Bellovacensis episcopus an. 1035, fundavit monasterium S. Symphoriani; annoque sequenti duo-

alia restauravit monasteria. Ad concilium Rhem. vocatus a Leone IX papa quod non adiit excommunicatus est; sed paulo post a censura solutus non desiit suam regere diœcesim. Obiit an. 1058. Exstat de eo epistola ad W. coepiscopum suum, CXLIII, 862.

DROGO, cardinalis episcopus Ostiensis, antea monachus Benedictinus in cœnobii S. Nicasii apud Rhemos. Obiit an. 1138. Sermonem seu potius librum scripsit de Sacramento Dominicæ passionis, librum de creatione et redemptione hominis, etc., CLVI, 1514.

DROGO Crassus dictus et uxor ejus Hodierna Clarævallensi abbatiæ concesserunt quidquid habebant in Gundriæ Hispaniæ finagio an. 1147, CLXXXV, 987.

DROGO, Clarævallensis abbas monet Garnerium de Fontanis dedisse monasterio tertiam partem eorum quæ possidebat in loco *Chaingesium* dicto, et illud donum *Admodiasse* in perpetuum monialibus S. Mariæ de Praslon pro uno modio singulis annis solvendo an. 1234, CLXXXV, 1245

DRUTMARUS CHRISTIANUS monachus Corbeiensis, qui a Druthmaro grammatico differt. Expositionis auctor est in Evangelium sancti Matthæi, quam ad Stabulenses monachos direxit, necnon et in Evang. secundum Lucam an. 850, CVI, 1260.

DUCHESNIUS (Andreas), historiographus regius. Floruit sæc. XVIII : multa scripsit quæ ad historiam ducum et comitum Burgundiæ attinent. Obiit an. 1640. De eo exstant fragmenta quædam sermone Gallico scripta de comitibus Campaniæ, CLXXXV, 1480 *et seqq.*

DUDO, decanus S. Quintini De hujus ortu nihil traditum est ab historicis. Tres scripsit libros de Gestis Nortmannorum ducum, CXLI, 606.

LUCIDIUS. Salmaticensis episc. interfuit consecrationi Compostellanæ ecclesiæ, an. 878. Albeldense chronicon edidit an 880, quod continuavit Vigila Albeldensis monachus, CXXIX 1223.

DUNGALUS reclusus. Sæc. VIII natus in Hibernia, a pueritia in Galliam adductus est ubi liberales artes et astronomiam excoluit. Dum solitariam vitam ageret, ad Carolum Magnum scripsit de duplici eclipsi solari quæ contigisse dicebatur an. 810. Tractatum quoque refellit de cultu imaginum, auctore Claudio Taurinensi. Amplissima versuum collectio eidem tribuitur, CV, 447.

DUNSTANUS (S.), Cantuariens. archiep. Natus est an. 925. Claris ex parentibus prope Glastoniam in Hibernia. Primum episcopus fuit Vorcestriensis, sed an. 978 evectus est ad sedem Cantuar. Obiit an. 988. De eo exstant epistolæ et decretum pro concordia stabilienda inter Angliæ monachos, CXXXVII, 407.

DURANDUS, Troarnensis abbas. Acerrime impugnavit Berengarii hæresim; primum Fiscamnensis monachus, postea abbas factus est Troarnensis monasterii in diœcesi Bajocensi recens fundati a Rogerio Montgomeriensi comite : coævus fuit Fulberti Carnot. Librum scripsit de corpore et sanguine Christi adv. Berengarium. Obiit an. 1088, CXLIX, 1374.

DURANDUS, episc. Claromontanus. Humili prosapia natus quam propriis meritis et decore nobilitavit; an. 1076, successit Willelmo Claromontano episc. e sede deposito ob simoniam. Obiit an. 1075. Ex ejus scriptis superest tantum epistola ad Anselmum Beccensem priorem, CL, 1487.

DYNAMIUS, patricius vir apud Gallos, ex nobili familia natus, quem Venantius Fortunatus Massiliensem vocat eo quod provinciæ huic præfectus fuerat, quo in munere pessime se gessit; sed pœnitentia ductus in monasterium se recepit an. 601. De eo exstant solum duæ epistolæ et Vitæ SS. Marii et Maximi, LXXX, 24.

## E

EADMERUS, monach. cantuar. Natione Anglus. S. Anselmi discipulus et comes inseparabilis fuit. Ad episcopatum Santandrianum electus est an. 1220, sed renuntiavit huic muneri et rediit ad monast. in quo senex obiit an. 1137. Ex eo exstant opera biographica. Liber de excellentia B Virginis Mariæ; liber *De beatitudine cœlestis patriæ et Epistolæ, Historia Novorum*, CLIX, 342.

EANVULT, monach. Anglus ad S. Lullum archiepisc. Mogunt., epistolam misit familiarem in qua precibus ejus se commendat an. 758, XCVI, 839.

EAOF. *Vide* Barnardus.

EARDULFUS, Rofensis episc. ad B. Lullum Mogunt. archiepisc. epistolam misit, quem deprecatur ut in suis precibus memoriam de eo faciat an. 756, XCVI, 835.

EBALUS. Archiepisc. Rhemensis, primum comes Rociacensis, Beatrici nupserat filiæ Rainerii comitis et Hadvidis Roberti Francorum sororis. Defuncto Arnulfo, ad sedem Rhem. evectus est, an. 1021, De illo superest charta. CXLI, 1110.

EBBO seu EBO, archiepisc. Rhemensis, Vulfario successit, an. 816. Interfuit concilio in quo Ludovicus Pius depositus est, an. 833 : sed et ipse infidelitatis erga imperatorem postea accusatus, postquam restitutus est Ludovicus, a sede depositus est. Demum, recuperata libertate Hildesheimensi ecclesiæ præpositus est. Obiit, an. 850. Exstat de eo confessio, Apologeticum, et nonnulli versus. CXVI, 9.

EBERHARDUS, abbas Tegercensis, floruit XI sæc. De eo supersunt epistolæ CXLI, 1507.

EBERHARDUS, Bambergensis episc., cum invidiam archiepiscopi Mogunt. in se concitasset, minasque ille intendisset ei ac ejus ecclesiæ, de gestis queritur apud papam Eugenium III, an. 1147. CLXXX, 1615; CXCVII; 167.

EBERHARDUS, Salzburgensis episc. sæc. XII floruit; ad Rhemens. archiepisc. scripsit, ut sibi mentem aperiret quem papam agnoscendum, Octavianum an Alexandrum. Notat tamen universam Ecclesiam in Alexandrum papam sperare, an. 1159, CXCVI, 1569.

EBERHARDUS, Juvavensis archiepisc. post medium XII sæc. floruit. Ad S. Hildegardem abbatissam scripsit ejus precibus sese commendans. CXCVII, 164.

EBERWINUS, abbas S. Martini Trevirensis. Sæc. XI ineunte floruit. Vitam scripsit sancti Magnerici archiepisc. Trevir., fundatoris monasterii cui præerat et relationem miraculorum sancti Simeonis. CLIV, 1215.

EBLO et GARNERIUS dederunt B. Roberto de Abrissello et Fontis Ebraldi monasterio tantum terræ arabilis quantum 20 boves una die arare possunt atque prata et boscum ad sanctimonialium ædificationem, apud Fontem Arcberium, sæc. XII. CXLIX, 1118.

EBRARDUS, monasterii Watinensis monachus, ejusdem loci canonicus regularis et Olfridi fundatoris discipulus, pertinere videtur ad XII sæc. Chronicon scripsit Watinense CXLIX, 1514.

EBROINUS comes Odæ vel Odonis filius, qui ab Ebroino majore domus distinguitur, pro anima conjugis suæ defunctæ dona plurima confert basilicæ S. Petri in loco Rinharim dicto diœcesi Trajectensi, an. 721 sub S. Willibrordo episc. LXXXVIII, 1277.

EBROINUS, Bituricensis episc. Litteras formatas tradit pro Magnone Senonensi archiepisc. ad Dodobertum presbyterum ut in ejus parochia apud Hercambaldum manere possit, an. 810. CXXIX. 1389.

EBWALDUS, Estanglorum rex cujus insignis pietas elucet per epistolam quam scripsit ad sanctum Bonifacium Germaniæ apostolum, an. 733. LXXXIX, 725.

ECKBERTUS, alias Egbertus, presb. et canonicus Brunnensis, postea monachus et abbas cœnobii Schonaugiensis in diœcesi Trevirensi, floruit circa 1160. Vitam scripsit sanctæ Elisabeth, sermones variaque opuscula non contemnendæ lectionis. CXCV. 9 *et seqq.*

ECKERHARDUS, Sangallensis monachus IX seu X sæc. floruit. Versus quosdam fecit pro Imnone fratre suo abbate. LXXXVII, 29, 66.

EDGARUS, Anglorum rex, Edmundi filius et Edwini regis successor cujus decreta iniqua delevit injuriasque reparavit. S. Dunstanum ab exsilio revocavit, obiit an. 975. De eo exstant constitutiones ecclesiasticæ, canones et diplomata. CXXXVIII. 485.

EDMUNDUS I. Anglorum rex, Edwardi filius et Æthelstani fratris sui successor, regnavit ab an. 941 ad 946 quo cæsus est. De eo exstant leges quædam ecclesiasticæ. CXXXVIII. 479.

EDWARDUS, senior dictus, Anglorum rex, Alfredi Magni filius et successor, Æthelwaldum Danorum regem devicit, Scotos subjecit. Obiit, an. 925. De eo exstant leges ecclesiasticæ. CXXXVIII. 459.

EDWARDUS (S.), rex Anglorum et confessor; filius et successor Edwardi II Scotiam armis recuperavit et Joanem Francorum regem non semel obsedit; leges condidit artesque restauravit; obiit an. 1066. CLI. 1189.

EDWARDUS GRIM, monachus Cantuar. ipse primus Thomæ ab exsilio revertenti obviam fuit, et testis oculatus illius trucidationis. Vitam hujus S. præsulis scripsit. CXC, 1.

EGBERTUS, (S.), Archiepisc. Eboracensis. Floruit ab an 732 ad 767, paulo ante obitum epistolam a Beda recepit super christiani præsulis officio Exstant de eo excerpta e dictis et canonibus SS. Patrum, Dialogus de institutione catholica, et canones de remediis peccatorum. LXXXIX, 378.

EGILMARUS, Osnabrugensis. episc. Querimonias misit ad Stephanum V papam adversus quosdam pacis per-

turbatores qui potestatem usurpare tentabant. CXXIX, 808.

EGINHARDUS et EINHARDUS cognomine sapiens, Carolo Magno defuncto, an. 814, cujus gener fuit, si fides cuidam adhibenda sit traditioni, per multos annos Lotharium Ludovici Pii filium educavit, variasque rexit abbatias; obiit an. 840. Ex ejus scriptis supersunt Vita Caroli Magni, annales, epistolæ et historia translationis BB. Marcellini et Petri et chartæ, CIV, 532.

EGINO, monasterii S. Udalrici abbas, ab an. 1109. Multa sustinuit ab Hermanno episc. quem damnaverant Paschalis, Gelasius et Calixtus PP. eo quod schismatice promotus fuerat ab imp. Henrico IV. Obiit Egino has inter controversias, an. 1119. De eo plures exstant epistolæ ab Udascalco servatæ. CLXX, 855.

EGWINUS, Wigorniensis episc. In diplomate quo varias fundationes a se factas enumerat, ipse meminit quomodo per visiones ad has peragendas inductus est sub regibus Kenredo et Offa an. 714, LXXXIX, 310.

EIGIL, (S.) abbas Fuldensis. Parentibus ingenuis, Noricæ provinciæ ortus. Dei gratia motus secessit in monasterium Fuldense cujus monachus factus est, et deinde abbas, an. 818; obiit an. 822, Vitam scripsit sancti Sturmii primi abbatis Fuldensis. CV, 382.

EINHARDUS presbyter cum quodam Erhardo, bona quæ habebant in vico Wolfmuntingas ad monasterium Adalwini episc. dono contulerunt IX sæc. CXXIX, 922.

EKKEHARDUS, primus abbas monasterii S. Laurentii quod Uraugia dicitur Ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir fuit divinis Scripturis eruditissimus, et nullo coævo scriptore inferior, edidit opuscula sub Conrado III imperatore, an. 1130, diem supremum obiit. De eo superest chronicon. CLIV, 434.

EKKIBERTUS, comes, per vassum suum Dheotpertum multa contulit monasterio S. Salvatoris in quo B. Adalwinus episcopus munus adimplebat abbatis, circa an. 810. CXXIX, 901.

ELDEFONSUS, Hispalensis episcopus. Medio sæc. IX vixit, grassante Maurorum vexatione, 200 circa annis post magnum Ildefonsum Toletanum episcop. Scripsit quamdam revelationem quam ipse viderat. CVI, 882.

ELDEGARDIS, comitissa cum assensu filii sui Walterii et pro anima patris sui Waleranni, villam de Gauberio concedit monasterio S. Petri Carnot. an. 987. Forte eadem comitissa aliam donationem fecit an. 1020 eidem monasterio alodii Calidi Fontis, CIV, 247, 269.

ELEAZAR, apostata qui Judæus factus est ex Christiano; cum Paulo Alvaro de fide certare ausus est in suis epistolis et responsionibus, circa an. 860. CXXI, 482, 513.

ELEUTHERIUS (S.) pap. et martyr Nicopoli oriundus, primum S. Aniceti diaconus fuit, postea presbyter a S. Sotero ordinatus, cujus in locum est suffectus communi omnium voto. Obiit an. 192. Quæ ipsi tribuuntur decreta supposititia sunt, CXXX, 119.

ELEUTHERIUS (S.), Tornacensis episc. et confessor. Tornaci natus an. 456. Theodoro successit in episcopatum, hæreticos cum acerrime impugnavisset, ab ipsis pro fide mortem sustinuit an. 532. Duæ exstant de eo epistolæ, LXV, 59.

ELEUTHERIUS seu LEUTHERIUS, Wintoniensis, episc. S. Aldhelmo presb. et abbati terram quamdam concessit in qua degant, an. 675. Quam donationem confirmavit nova charta an. 680. Causa hujus donationis fuit quod ibi B. Adhelmus a prima infantia eruditus fuerat, LXXXIX, 309.

ELFLEDA, abbatissa de qua exstat epistola ad Adolanam abbatissam, anno et loco incertis, quæ inter S. Bonifacii Moguntini epistolas exstat. (Sæc. VII.), LXXXIX, 803.

ELFRICUS *vide* OELFRICUS.

ELIAS, abbas S. Columbæ Senonensis, et JOANNES scholarum magister Aurelianensium, commissarii deputantur a sede Apostolica ad componendam et confirmandam pacem inter Odonem Parisiensem episc. et abbat. S. Genovefæ super parochia de Monte. Circa an. 1202, CCIV, 1188, 1190.

ELIAS de Coxida monasterii de Dunis ord. Cisterc. abbas VII; a Coxida patria sua nomen sortitus est, in territorio Furnensi in Flandria; omni auctoritate pollebat apud Leopoldum Austriæ ducem. De eo exstant duo sermones. (an. 1203.) CCIV, 991.

ELIAS de Evesham, monachus ineunte sæc. XIII videtur floruisse. Vitam scripsit B. Thomæ Cantuar. et ejus translationis historiam, CXC, 253.

ELIGIUS (S.), Noviomensis episc. Lemovicis e claris parentibus natus est. Primum aurifex et quidem peritissimus placuit regi et optimatibus ejus, sed mox ob eminentem ejus scientiam et sanctimoniam ad Noviomenses infulas evectus est an. 640, quam sedem tenuit ab an. 640 usque 659 quo obiit pridie Kalendas Decembris. De eo exstant homiliæ, LXXXVII, 591.

ELIPANDUS, Tolet anus episc. Felicis Urgelitani discipulus et sequax cujus varios amplexus est errores; itaque simul cum eo condemnatus est. Obiisse ferunt an. 790. XCVI, 847.

ELISABETH magistra in Schonaugia, ab Hildegarde preces flagitat et consolatoria verba, sæc. XII exeunte, CXCVII, 213.

ELISABETH Hungariæ regina Stephani regis filia et Ludovici Magni uxor. Quo mortuo, regnum rexit propter filii minoritatem, multa passa est in carcere detrusa cum filio, postea in aquas ejecta periit an. 1386. De ea exstat epistola ad cives Utinenses ut bene habeant et tractent Andream fratrem ejus apud eos transeuntem, an. 1383, XCIX, 670.

ELLINGERUS, abbas Tegernseensis, floruit circa medium XI sæc. Ex Mabillonio discimus eum fuisse maxime commendabilem scientia et sanctitate. De eo septem exstant epistolæ, CXLI, 1517.

ELPIDIUS RUSTICUS, vixit temporibus Symmachi et Boetii, Anastasio imperante, vir erat stirpe nobili. Ex illo exstat carmen de Christi beneficiis, LXII, 543.

ELPIS, filia Festi senatus principis et uxor Boetii, longe dotibus animi, corporis fortunæque bona superavit; versus scripsit emendatissimos, inter quos Hymnum in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli (an. 525), LXIII, 538.

EMMA, Anglorum regina, Richardi I Normannorum ducis filia et Canuti Magni uxor, de quo exstat epistola ad filios Edwardum et Alfredum, circa an. 1040, CXLI, 1592.

EMMANUEL Porphyrogeneta, Constantinop. imperator. Susceptis Wibaldi litteris quibus eum certiorem faciebat de Friderici imperat. matrimonio, ad eum rescripsit gratulatoriam epistolam an. 1154, CLXXXII, 1458.

EMMO, Senonensis episcop. Quem consuluerat Agon monasterii S. Columbæ abbas super propria auctoritate, ad illum scripsit quod nonnisi a Deo penderet et ab eo monachi. Quod simul variis demonstrat testimoniis, et innumeris subscribi episcopis curavit, an. 659. Exstat de eo alia charta qua privilegia concedit monasterio S. Petri Senonensis eodem anno, LXXXVIII, 1168.

ENCHERIADES qui monoch rdi leges assignavit, quis et unde sit incertum, videtur tamen fuisse monachus XI sæc. De eo tantum exstat fragmentum, CLI, 693.

ENGELBERTUS, prior de valle S. Petri una cum Simone priore de Monte Dei, ab Alexandro III papa missus ad restituendam concordiam inter Henricum Anglor. reg. et Thomam Cantuar. archiepisc. De sua missione rationem præstat (*vide* SIMON prior), CC, 1436.

ENGELMODUS, Suessionensis episc. Versus aliquot dicavit S. Paschasio Radberto, Corbeiensi abbati, e pago Suessionico orto, cui coætaneus erat, CXX, 25.

ENGILBERTUS atque GUNDPERTUS, diaconi, bona sua dederunt monasterio S. Michaelis, sibi tamen usumfructum reservantes quandiu vixerint, an. 852, CXXIX, 920.

ENGILMARUS quidam presb. mancipia septem tradidit ecclesiæ S. Petri. Quam traditionem excepit Salomon Vassus Ambrichonis episc. post an. 860, CXXIX, 921.

ENNODIUS (Magn. Fel.), episcopus Ticinensis (*Pavie*). Nobili genere natus est Arelate, ad sedem episcopalem Ticin. assumptus est an. 510. Obiit an. 521. De eo supersunt epistolarum libri IX, opuscula 10, et carminum libri II.

EODEBERTUS quidam vendidit Rigoberto abbati de Nuntiaco partem hæreditatis quam possidebat in Rumliaco intra pagum Tarvanensem, an. 700, CXXXVI, 1198.

EODEBERTUS qui videtur idem esse ac supra citatus omnem rem suam quam in Rumeliaco possidet vendidit Rigoberto Sithivensi abbati an. 704, LXXXVIII, 1248.

EPHIBIUS, abbas cujusdam monasterii penitus incerti, multa dona per testamentum concessit Viennensi ecclesiæ, Ceoldo tunc episcopo. Item in ejus charta testamentum inseruit sororis suæ Rufinæ an. 696. Huic chartæ subscripserunt plurimi cum titulo senatoris, sed spuria penitus est hæc charta, LXXXVIII, 1234.

EPHRÆM (S.), primum eremita, postea Edessenus diaconus. Etsi scientias humanas non coluerit, ita tamen cœlitus edoctus est ut Arianos, Apollinaristas et Sabellianos fortiter impugnare valuerit. Multa opera ascetica scripsit; inter quæ notanda S. Abrahæ eremitæ quæ translata est e Syriaco sermone, obiit an. 379. LXXIII, 281, 655.

EPIMENIDES, poeta et philosophus Cretensis. Solonis temporibus floruit, ante Ch. 598 an. De eo exstat apud sanctum Ambrosium epistola Solonis. XVII, 1150.

EPIPHANIUS (S.), Salaminæ Cyprorum episc. Sicut

Theophilus Alexand. patriarcha Origenistas insecutus est et ipsum Joannem Chrysostom., quasdam ordinationes indebite peregit Hierosolymis, sed hæc pensantur multis virtutibus et optimis scriptis. De eo exstant epistolæ apud. D. Hieronymum. Obiit an. 403, XXII, 517, 757.

EPIPHANIUS, Thessalonicensis presb. Infamiam eorum denuntiat qui simul hæresim et munus suum servant per pecuniæ copiam, et persecutionem tanquam futuram ubique prædicant; isti ad seditionem plebes excitabant, quod tolerabat Dorotheus episc. testis (an. 520), LXIII, 481.

EPIPHANIUS, Constantinop. patriarcha. Joanni successit, concilio Chalcedon. firmiter adhæsit adversus Eutychianos : ipsum papa Hormisdas delegavit, ut episcopos dissidentes reconciliaret dum hæresi renuntiarent. Obiit an., 535.

EPIPHANIUS, diaconus Catanensis Ecclesiæ in Sicilia, an 787., munus Cubuclesii id est Oratoris ipsi commissum est in concilio VII generali et Nicæno II, cujus conclusiones concinnat. CXXIX, 379 *et passim*.

ERACLIUS, Leodiensis episc. Nobili ortus prosapia, sapientia et eruditione clarus. Antea Bonnæ decanus, Coloniæ Agrippinæ studuerat, et episcopus factus est an., 960. Non semel regni negotia gessit; obiit an. 971. De eo exstat epistola ad Ratherium episc. et relatio miraculi S. Martini. CLIX, 958.

ERACLIUS, Bigorrensis episc. et Bernardus ejusdem regionis comes, monasterium B. Felicis et aliud S. Licerii concesserunt Cluniaco, an. 1064.

ERARDUS de Bressa, post diutinam controversiam et de virorum gravissimorum arbitrio dimisit Theobaldo Campaniæ comiti, et ejus in recta linea hæredibus quidquid sibi vindicabat ex parte Philippæ uxoris suæ in comitatibus Campaniæ et Briæ, an., 1213, CCXVI, 986 *et seqq.*

ERBERTUS de Barro-super-Sequanam, Stephanus Raerius, Aimo Bocardus, Marco de Vignaco, Rolandus de Patrocinio ut et plurimi alii monasterio Claræ-vallensi donaverunt quidquid habebant apud Petrocinium et in ejusdem loci finagio circa an. 1147. CLXXXV, 989 *et seqq.*

ERCHAMBERTUS, Frisingensis episc. sæc. IX, floruit. Nihil de ejus vita traditur. De eo exstat fragmentum ex Breviario regum Francorum. CXVI, 32.

ERCHAMPERTUS. De consensu canonicorum et monachorum S. Emmerammi a quibus pendebat, quasdam commutationes pertractat cum Baturico episc. sæc. IX (ex chartular. S. Emmerammi). CXXIX, 935.

ERCHANFRIDUS, episc. (forte Ratispon.) pers. advocatum Wicramnum de quadam commutatione convenit cum Eparhono viro nobili, et infra cum Hartwigo episcopo. Sæc. IX (ex chartular. Emmerammensi). CXXIX, 934.

ERCHANFRIDUS diac. commutationem operatur cum Appollonio abbate S. Emmerammi sub Ludovico rege Pio dicto. CXXIX, 936.

ERCHEMBERTUS, Cassinesis monachus. Natione Longobardus, omnibus bonis amissis et exsul factus Capuam deductus est Cassinum ingressus iterum ereptus est e monasterio cum suis fratribus ab Atenolfo Capuæ duce, de quo questus est papæ Stephano V. Ipsam cellam quam in Capua regebat amisit. Historiam contexuit Longobardorum a tempore Adelgisi principis, ad an. 889. CXXIX, 743.

ERFO et ZANETO fratres et laici e civitate Foro Julii duo fundant monasteria in honorem B. Mariæ Virg. et S. Petri, in ripam quæ dicitur Salto, quibus plurima dona contulerunt per chartam an. 760. XCIX, 629.

ERFOINUS cum duobus filiis Theotario et Rotario bona quædam donat monasterio S. Galli an. 720. LXXXVIII, 1265.

ERFURWINUS, HILDIRADUS et IRMINEVINUS fratres et cohæredes partem hæreditatis dono contulerunt beato Ludgero Werthiensi abbati, nempe silvam quæ Hoissi dicitur; quod actum est Diapanbeci, an. 805. Carolo Magno imperante. XCIX, 802.

ERICUS et ERMENFRIDUS. Silvam quamdam vendunt Hildigrim episc. juxta fluvium Arno positam. Quod actum est, 817, ante fores ecclesiæ S. Salvatoris Wirtinensis, pro 30 solidis, an. 817. XCIX, 812.

ERINGIUS, seu potius Erwigius post Wamham callide obtinuit Gothorum regnum : novas leges gessit; Toleti concilia convocavit, sed subditis molestus fuit. Toleti obiit an. 687. De eo exstant compellationes ad episcopos. (apud Isidor. Mercat. CXXX, 549, 563.

ERKEMBALDUS, Argentinens. episc A puero humanioribus litteris imbutus est; ad episcopat. promotus est an. 965; ipse postea 17 episcopos consecravit, inter quos Hatto et Rupertus. Elogium a Joanne XIII papa meruit, obiit an. 991 De eo supersunt, Suspirium Erkembaldi, epigramata et leges municipales civitatis Argentin., CXXXVII, 581.

ERLEFRIDUS, abbas S. Bertini. Quasdam emit terras Saroadslusta nuncupatas in pagis Noviomensi et Vermandensio a quodam Darmundo, an. 709. CXXVI, 1199.

ERMANRICUS, Augiensis monachus qui et Ermenricus dicitur Walafridi Strabonis discipulus; post cujus mortem librum scripsit de grammatica et breve opusc. de inceptione Augiensis cœnobii, an. 850. CXVI, 23

ERMENFRIDUS, *vide supra* ERICUS.

ERMENGAUDUS seu ERMENGARDUS, monachus Germanus. sæc. XII exeunte tractatum scripsit contra Albigenses et Waldenses quod opusculum mutilum exstat. CCIV, 1236.

ERMENGARA, monialis, plurima dona contulit monasterio S. Benigni Divionensis quod tunc regebat Bobolinus sub Astorico Lingonensi episc. an. 715. Illud collocat Mabillonius ad an. 737 quo decessit Theodoricus IV et Carolus ei suffectus est. LXXXVIII, 1259.

ERMENTRUDIS, primum Erchembaldi, postea vero Bernardi conjux, an. 1024 geminam villam donavit monasterio S. Petri Carnot. CLV, 255.

ERMINETRUDIS, nobilissima matrona Parisiensis per testamentum multa dona peregit diversis ecclesiis et personis. Carrucam in qua ducebatur a jugatis bobus, dedit basilicæ S. Symphoriani. Subscribitur a Monmolo comite, sculpilione spatario etc. an. 700, quæ charta lacera est et mutila. LXXXVIII, 1245.

ERMOLDUS seu ERMENOLDUS NIGELLUS, sæc. IX, floruit. Gesta Ludovici Pii carmine cecinit ab an. 781 ad 826 De hujus scriptoris vita silent omnes biographi. CV, 552.

ERNALDUS, Bonævallis abbas in territorio Carnotensi. Vir fuit non obscuræ famæ etsi infima origine ortus; coævus fuit S. Bernardi Claræval., obiit an. 1156. Scripsit tractatus de operibus sex dierum, de virtutibus Christi cardinalibus, de laude B. Mariæ Virginis, de donis Spiritus sancti, de VII verbis Christi in cruce, insuper commentarium in Psalmum CXXXII et meditationes. CLXXXIX, 1507.

ERNULFUS, Roffensis episc. Hanc sedem tenuit ab an. 1114 ad 1124. Librum compilavit *De ecclesiæ Roffensis fundatione, dotatione, chartis, placitis, unisque ad eam pertinentibus*, scripsit quoque epistolam de conjugiis incestuosis. CLXIII, 1442.

ERP, Aldrici filius, quamdam hæreditatis suæ partem dono contulit ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis an, 838, Ludovico Pio imperante, XCIX, 812.

ERPA quidam terras vendidit Hildigrim episc. juxta monast. Werthinense jacentes (sæc. IX), XCIX, 810.

ERPO quidam partem hæreditatis suæ tradidit Ecclesiæ S. Stephani Werthinensis, scilicet duos jornales terræ in villa dicta Meinthinne jacentis an. 847, Lothario imperante, XCIX, 806.

ERPO, Halberstadensis decanus, claruit circa 1136. Innocentium II papam certum facit de electione Gerhardi præpositi sancti Joannis in episc. Halberstadensem, CLXXIX, 666.

ERWASISIUS seu ERVEUS et alias Ernestus, Natione Anglus, abbas factus est S. Victoris Parisiensis, quam dignitatem propter disciplinæ relaxationem abdicavit : Epistola de eo exstat ad papæ legatum. (an. 1177.) CXC, 687; CXCVI, 1374.

ETHELBERTUS, Anglorum rex, primus in Anglia Christianus, Bertham uxorem duxit. Novas leges condidit sermone Anglo-saxonico; obiit an. 816. De eo exstant diplomata, quibus variis ecclesiis dona contulit et decretum de rebus Ecclesiæ non abstrahendis, LXXX, 342.

ETHELREDUS, Merciorum rex, exeunte sæc. VII regnavit et ab Ethelredo Anglorum rege qui IX floruit sæc. differt; terras quasdam donavit S. Aldhelmo tunc Meldunensi abbate, an. 681, LXXXIX, 311, 312.

ETHELREDUS seu Æthelredus II, Anglorum rex, sancti Edwardi frater et successor Danos omnes in regno commorantes necari jussit; ipse an. 1013 sceptrum reliquit filio Edwardo. De eo exstant leges et diplomata, CLI, 1165.

ETHELWALDUS, de quo nihil reperitur nisi epistola quam scripsit S. Aldhelmo Scireburn. episc. quem præceptorem suum nuncupat circa 705. Huic adolescenti et discipulo rescripsit Aldhelmus et eum hortatur ut a vitiis ætatis suæ abstineat, LXXXIX, 97.

ETHELWOLDUS (S.), episcopus Vintoniæ suæ patriæ. Sub S. Dunstano Glastoniæ educatus est, et monachus factus est, postea abbas Abbendoniensis unde ad episcopatum est evectus. Librum edidit *De modo vivendi apud monachos ordinis S. Benedicti*. Obiit an. 984, CXXXVII, 78.

EUCHERIUS (S.). Lugdunensis episc. Ex nobili natus prosapia, post acceptam accuratam educationem primum Gallam uxorem duxit; in insulam Leronem juxta Lirinum se recepit cum liberis et uxore ubi anachoreta vixit, filios edocens, dulce cum amicis litterarum commercium agens. Sanctimonia celebris ad episcopatum Lugdunensem evectus est. Obiit an. 454. Epistolas et opuscula reliquit, L, 686.

EUCLIDES, illustris mathematicus quem diu cum alio Megarensi philosopho promiscue habuerunt scriptores. Arithmeticam geometriamque docuit in Alexandria sub Ptolemæo Lagi filio, an. 320 ante Christ. Elementa scripsit in duos libros quos habes e Græco-Latine translatos apud Boetium, LXIII, 1307.

EUDOXIA LICINIA, primum Valentiniani III uxor et deinde ipsius Maximi qui hunc interfecerat; postea in manus Genserici Wandalorum regis se commisit qui apud se captivam retinuit. Sæc. v vixit. De ea exstat apud S. Leonem epistola Græco-Latina ad Theodosium imperat. LIV, 861.

EUGENIUS (S.) Carthaginensis episc. Gente Afer electus est a sua Ecclesia cum consensu Hunerici Vandalorum regis; ab annis 24 Arianorum malitia vacans erat hæc sedes. Luculentam fidei professionem regi obtulit quæ ad silentium hos redegit hæreticos, tamen postea ab eodem rege in Tripolitanum relegatus est et hæretico episcopo commissus qui eum excruciaretur. Albigensem civitatem Galliarum asportatus, obiit an. 485. De eo exstat epistola ad cives suos de custodienda fide catholica, LVIII, 767.

EUGENIUS (S.), episcopus Toletanus sæc. VII floruit. Primum clero Toletano ascriptus fuit, deinde amore solitudinis in monasterium Cæsaraugustanum se recepit unde assumptus est ut infulas indueret episcopales. Librum de Trinitate scripsit, et carmina quædam edidit, LXXXVII, 358.

EUGENIUS II, pontifex Romanus Natione Romanus an. D. 824 successit Paschali papæ I; tres annos sedem occupavit. De eo exstant diplomata, epistolæ et decreta, CV, 642

EUGENIUS III pap., Bernardus appellatus antequam ad summum pontificatum eveheretur, floruit XII sæc. Primum canonicus et vicedominus ecclesiæ Pisanæ fuit, dein S. Bernardi prædicationibus et miraculis permotus sæculo valefaciens in Claramvallem se recepit, monachus vilia monasterii officia implere ardebat; postea abbas electus est monasterii S. Anastasii ad Aquas-Salvias. Adeoque illud strenue rexit ut post obitum Lucii papæ electus sit. Obiit an. 1154, CLXXX, 1009.

EUGYPPIUS, monasterii incerti abbas, gente videtur Afer, Scripturis et litteris valde eruditus, et sanctitate vitæ conspicuus, sub Anastasio imperat. claruit. Divi Augustini operum compendium feliciter collegit, LXII, 549.

EULOGIUS (S.), archiepisc. Toletanus martyr. Nobili stirpe et e patriciis parentibus Cordubæ natus est, et Ecclesiæ servitio mancipatus, multis virtutibus claruit, et vitam glorioso martyrio coronavit, an. 859. De eo exstant Memorialis sanctorum et epistolæ, CXV, 704.

EUMENIUS, origine Græcus, in Gallias Augustodunum se recepit, inde in aula Constantii Chlori Cæsaris magister fuit sacræ memoriæ, illoque munere tanta præstantia functus est ut institutus sit scholarum moderator Æduensis civitatis cum larga annuali pecuniæ summa quam in restituendis scholis impendit; tamen gentilis videtur fuisse, sæc. III floruit. De eo exstant Panegyrici quatuor, VIII, 619.

EUPHEMIA, imperatrix et Justini Aug. uxor, respondet epistolæ Hormisdæ papæ, cujus auctoritatem et solertiam laudat et ipsius precibus se simul et conjugem commendat, an. 519, LXIII, 487.

EUPHRONIUS (S.), Augustodunensis episcopus. De eo nihil compertum habemus. Ipse et Lupus Trecensis episc. scripsere epistolam ad Talasium Andegavensem episc. De vigiliis Natalis Domini, Epiphaniæ et Paschæ, de bigamis, et de iis qui conjugati assumuntur ad ordines, an. 479, LVIII, 64.

EUREMARUS, Hierosolymitanus patriarcha. Sæc. XII floruit ineunte : ad Lambertum Atrebat. scripsit apud quem instructus fuerat ac educatus; ideo dilectionem et omne obsequium se pro eo profiteri palam declarat, CLXII, 677.

EUSEBIUS (S.) papa. Juxta Tillemontium eodem anno 310 obiit quo creatus est S. Pontifex. De eo exstant epistolæ tres et decreta, VII, 1101.

EUSEBIUS PAMPHILUS, episcopus Cæsareensis in Palæstina. E celeberrimis Ecclesiæ episcopis sed multarum turbarum causa fuit. De eo exstat Constantini imperatoris Vita. Obiit an. 338, VIII, 9.

EUSEBIUS, THEOGNIUS, THEODORUS, BERYNTHUS et alii Orientis episcopi qui in Antiocheno concilio Marcellum Ancyranum damnaverant ad Julium papam scribunt et ipsum accusant eo quod in communionem eumdem Marcellum receperat a se depositum, sed eos refellit Julius et increpat in rescripto et ad Athanasii partes ut redeant hortatur, circa 341; VIII, 977.

EUSEBIUS (S.), episcopus Vercellensis. Natione Sardus fuit; primum Ecclesiæ Romanæ lector; postea episcopus factus est; ipse primus monasticam vitam cum clericali professione conjunxit apud occidentales. Aliquanto tempore exsul exstitit ab Ecclesia sua; synodum Alexand. sub S. Athanasio adiit. Denique ad suos reversus obiit circa 370. Codices Evangeliorum accurate collegit, et transcribi curavit. De eo exstant tres epistolæ, XII, 9.

EUSEBIUS, Mediolanensis episc. Legatis Leonis papæ ex Oriente reversis, concilium Mediolani cum episcopis provinciæ celebravit circa an. 452 in quo damnatæ fuerunt hæreses contra Domini Incarnationem, quibus tunc agitabatur orientalis Ecclesia. Hujus concilii acta per epistolam synodicam S. Leoni significavit, LIV, 945.

EUSEBIUS quidam multa de Vita D. Hieronymi tradidit quæ ad Damasum Portuensem episc. postea papam sub Formosi nomine direxit; sed nihil de ejus patria et anno comperitur. Vixit sæc. IX, XXII, 239.

EUSEBIUS Cremonensis, Vitam edidit D. Hieronymi ex antiquo manuscripto Mediolani asservato, ubi quædam e Joanne Beletho excerpta leguntur. Quando hanc ediderit non constat, sed sæc. XV vel XVI ultra rejici nequit, XXII, 235

EUSEBIUS BRUNO, episcopus Andegav. Electus an. 1041, concilio Rhemensi interfuit an. 1049. Prave dicitur judicasse de sacramento altaris et opiniones secutum esse hæresiarchæ Berengarii : obiit an. 1281. De eo exstat epistola ad Berengarium, CXLVII, 12 2.

EUSTACHIUS, abbas monasterii S. Petri Carnot. Per chartam memorat quamdam matronam quæ a primo marito duos habuerat filios, unum ex his obtulisse præfato monasterio et propter eum quadam donavisse prædia. Cæterum de eodem nonnulla alia diplomata exstant. An. 1088), CLV, 348.

EUSTACHIUS II, Bullonius comes et ejus uxor Ida (sancta) tres habuere filios e quibus illustris Godefridus qui primus Hierosolymæ rex proclamatus est. De iis exstat diploma donationis pro Lensiensi Ecclesia an. 1170, CLV, 453.

EUSTACHIUS, Bullonius comes, illustris Godefridi frater, quem ad bellum sacrum secutus est. Inscribitur ejus nomen quibusdam epistolis, CLV, 390.

EUSTACHIUS, S. Petri Carnot. abbas, totius conventus nomine emit ab Hugone Gauscelini de Vernogilo filii medietatem veteris ecclesiæ semirutæ Cruciaci Villæ sitæ XV solid. numinorum an. 1102, CLV, 286.

EUSTATHIUS de Mesnillo, professor et decanus facultatis studiorum Parisiensis, de communi voto episcopi et aliorum hujus facultatis membrorum relationem redegit adversus inveteratum et indignum abusum qui vocabatur *Fatuorum festum*, cujus aboitionem efflagitat an. 1444, CCVII, 1169.

EUSTATHIUS Sebastenus, Theophilus Cartabalensis et Silvanus Tarsensis episcopi, ab iis qui Macedonii hæretici partes tuebantur adversus Arianos ad Liberium pap. legati mittuntur an. 366. Qui fidem Nicænam profiteri simulantes eum deceperunt. Eustathius, modo arianus, modo Macedonii fautor, et si res postulat orthodoxus, nonnisi vilem histrionis personam egit. Exstat de eo et sociis fidei professio, VIII, 1377.

EUSTATHIUS quem virum disertissimum vocat Cassiodorus, floruit circa an. 440, transtulit e Græco sermone in Latinum homilias IX S. Basilii in Hexaemeron, quam versionem propriæ dicavit sorori, LIII, 866.

EUSTOCHIUM (sancta), virgo Deo sacrata cum Paula matre in Bethlehem prope D. Hieronymum se recepit : Ipso duce viam perfectionis æmulavit. De ea et Paula matre exstat Epistola ad Marcellam de laudibus et deliciis eremi. Obiit an. 419, XXII, 483.

EUSTOCHIUS, Turonensis episc. V sæc. florebat; multis interfuit conciliis; una cum Leone Bituricensi et Victorio Cenomanensi episcopis epistolam scripsit ad episcopos tertiæ Lugdunensis qua declarat excommunicatos clericos qui, prætermisso ecclesiastico judicio, sæcularem adierint potestatem, LIII, 1013.

EUSTOCHIUS, Ecclesiæ Romanæ sacerdos. Vitam transtulit sanctæ Pelagiæ, scriptam a Jacobo Ecclesiæ Edessenæ diacono post sæc. VI, LXXIII, 665.

EUTHERIUS Tyanensis episc. Nestorii diœcesis suf-

fraganeus eum in hæresim secutus est. Depositioni Cyrilli et Memnonis subscripsit; Ephesino concilio seu potius latrocinio cum Nestorii fautoribus adfuit. Exstant de eo fragmenta sermonum adversus S. Cyrillum, XLVIII, 1085; L, 593

EUTRANDUS, Toletanus subdiaconus, postea Ticinensis diaconus ut videtur, a patria exsul et a Mauris vexatus; Chronicon Dextri quod in Fuldensi monasterio repererat transcripsit et ad an. usque 630 perduxit et illud exinde usque ad Regismundum Eliberitanum et suum episcopum persecutus est, circa an. 960, LXXX, 633.

EUTROPIUS (S.) episcopus, antea abbas fuit monasterii de cujus nomine silent historici, in Hispania natus est v sæculo. De eo duæ exstant epistolæ a sancto Isidoro Hispalensi laudatæ, una ad Licinianum, altera ad Petrum Hurbicensem episc., LXXX, 9.

EUTROPIUS, presb. Longobard. Exeunte IX sæculo florebat. De eo nihil traditur nisi quod auctor sit libelli de juribus ac privilegiis imperatorum Romanorum in imperio Romano, CXXIX, 961.

EUTYCHES, Constantinop. monachus et abbas. Primum virtute et scientia clarus, e cœnobio suo exiit ut Nestorii impium contunderet doctrinam, sed in contrarium errorem lapsus est, quod cum luctu dicendum, pertinaci animo propriæ adhæsit sententiæ; damnatus est in concil. œcum. Constantinopolitano an. 448 sub Flaviano patriarcha, deinde in concil. generali Chalcedon. an. 451, in quo depositus est Dioscorus Alex. ejus assecla Diu supervixit hæc hæreticorum secta apud Orientales, LIV, 715.

EUTYCHIANUS (S.) pap. Patria Etruscus, papæ Felici successit an. 275. Impugnavit Manichæorum sectam quæ, eo sedente, orta est. De eo exstant nonnullæ epistolæ et decreta, V, 157.

EUTYCHIUS, Constantinopol. episc. Sub Justiniano augusto, concilio ibidem habito an. 553, interfuit adversus Eutychianos. Depositus et in exsilium pulsus, in sedem suam restitutus est, post Justiniani obitum, errore quodam retractato circa mortuorum resurrectionem an. 582. De eo superest epistola ad Vigilium pap., LXIX, 64.

EVAGRIUS, presbyter et forte episcopus Antiochenus, quem memorat D. Hieronymus. Vitam S. Antonii a S. Athanasio Alexand. scriptam e Græco Latine transtulit, quo vero anno floruerit non consentiunt historici, LXXIII, 124.

EVAGRIUS, monachus, circa 420 floruit. Scripsit altercationem Judæi et Theophili Christiani, et sententias ad monachos sui temporis et ad virgines. Nihil reperitur quod distingui possit a præcedente, nec quo constat eumdem esse, XX, 1062, 1165.

EVANTIUS, abbas. Hunc Basnagius et Fabricius animadvertunt distinguendum esse ab alio Viennensi Evantio qui obiit an. 586. Epistolam scripsit contra eos qui sanguinem animalium esse immundum existimant; videtur in ipsa epistola hunc fuisse Hispanum Toletanumque archidiaconum (sæc. VIII), LXXXVIII, 719.

EVARISTUS (S.), pap. et mart. Anacleto successit. Ipse primus Urbem dividit in varias parochias. Obiit an. 112 sub Trajani persecutione. Illi tribuuntur ab Isidoro Mercatore nonnulla decreta et epistolæ, sed totum mere suppositicium, CXXX, 81.

EVERVINUS seu ERVINUS, monasterii Steinfeldensis præpositus et postea abbas, ad sanctum Bernardum Clarævallens. scripsit de hæreticis sui temporis, CLXXXII, 676; CLXXXV, 390.

EVILO, comes de Salz et ejus uxor Regina dederunt abbati de Alba Ripa quidquid habebant in eodem territorio an. 1135, temporibus Wilenci Lingon. episc., CLXXXV, 1433, 1434.

EVODIUS, episc. Upsalensis in Africa, V sæc. floruit. Librum scripsit de miraculis S. Stephani quem asportavit Orosius in Occidentem quique laudatur a S. Augustino in XII lib. *De civitate Dei*. Quidam eidem tribuunt librum de fide, XXXI, 1253.

EVREMARUS, Cæsariensis archiepisc., fratribus canonicis S. Sepulchri bona quædam contulit ut pauperum egestati subvenire queant, an. 1129, CLV, 1168.

EWRWINUS, dono concessit ecclesiæ S. Salvatoris in pago Ruriegoa duos jornales terræ super fluvio Ruræ in loco qui dicitur With: quod actum est in Werthinensi monasterio an. 847, Lothario imperante, XCIX, 806.

EZELO, Cluniacensis monachus, paulo post Hugonis abbatis obitum Vitam hujus sancti scripsit, ex qua exstant excerpta. XII sæc. floruit, CLIX, 909.

## F

FABIANUS (S.), pap. et mart. natione Romanus, S. Anteri in locum suffectus est. Plurimas exstruxit ecclesias et oratoria in variis Romæ cœmeteriis; episcopos ordinavit quos misit in Gallias: martyr obiit in Decii persecutione an. 250. Exstant decreta falso ei attributa. CXXX, 151.

FACUNDUS, Hermianensis episc. In Bysacena Africæ provincia, post Basilii consulatum claruit, Justiniano aug. De eo meminit Cassiodorus, quem hæreticorum destructorem nuncupat; scripsit lib. XII pro defensione trium capitulorum, unum adv. Marcionem et epistolam de fide catholica (An. 547.) LXXVII, 520.

FALCO, clericus, partem hæreditatis donavit Dominico abbati S. Bartholomæi pro ecclesia S. Georgii. (absque anni mentione, inter diplom. Longob.). LXXXVII, 1441.

FALCO Beneventanus, primum notarius et scriba palatii quem ob constantem fidelitatem in his tempestatibus Innocentius II tutatus est. Rogante abbate Petro chronicon scripsit in quo de rebus sui temporis tract. CLXXIII. 1145.

FALTONIA (Valeria Proba) Adelfii proconsulis uxor, poeta. Ex Virgilio centonem de mundi fabrica et de Evangeliis contexuit: florebat circa an. 400. XIX, 801.

FARDULFUS, Saudionysianus abbas, genere fuit Longobardus. Capta Papia in Franciam adductus est a Carolo Magno cui et charus effectus est, et a quo mox S. Dionysii monasterio est præpositus. Obiisse creditur an. 806. De eo exstant metrica opuscula XCIX, 822.

FARICIUS, ut videtur monachus sæc. VIII, gente Britannus, cujus vita a nemine revelatur. Ipse nobis vitam tradidit S. Adhelmi, LXXXIX, 63.

FARO (S.), episcopus Meldensis, a Burgundis editus parentibus, primam ejus vitæ partem in aula regis Theodeberti III egit; postea, sedente sorore mundo valedicens in clerum ingressus est; an. 626 factus est episc., obiit autem an. 672. De eo exstant chartæ. LXXXVII, 1132.

FAROALDUS, Spoletanus dux, religiosissimus vir multa Farfensi monasterio donavit, in territorio Sabinensi sito, ut videtur per epistolam quam papæ Joanni VI scripsit VIII. sæc. CL, 1506.

FARSITUS Hugo *Vide* Hugo.

FASTIDIOSUS presbyt. Arianus de quo exstat inter epistolas S. Fulgentii Ruspensis sermo qui erroris venenum continet, nihil de ipso reperimus, LXV, 375.

FASTIDIUS Britannus episc. Claruit tempore Cyrilli Alexand. ac Theodori Ancyrani, Pelagii conterranei sui hæresim secutus est. De eo exstat liber de vita christiana. L, 379.

FASTREDUS, Clarævallensis abbas. Ex nobili prosapia natus, XII sæc. floruit. a puero peritis magistris traditus est; monachus, postea abbas Clarævallensis monasterii factus est: ex eo duas tantum epistolas habemus. Obiit an. 1163. CLXXXVIII, 1657.

FAUSTINUS (S.), presbyter seu episcop., sæc. V vixit. Sed de eo nullum exstat monumentum, differt enim ab eo quem refert Gennadius qui nedum fuerit sanctus, Luciferianis manifeste adhæsit. De præsenti Faustino exstat homilia in Domini passionem. LIX, 407.

FAUSTINUS, presb. Partes egit Luciferianorum, juxta Gennadium libros VII scripsit adversus Arianos quos ad reginam Flaccillam direxit (an. 384) XIII, 29.

FAUSTUS Manichæus, IV exeunte sæc. floruit. De illius vita nihil nobis traditum legitur; librum scripsit adversus fidem catholicam quem refutavit S. Augustinus. XX, 79.

FAUSTUS (S.), Rhegiensis episcopus in Gallia primum monachus factus est in monasterio Lirinensi. Pelagianorum hæresim impugnavit, sed a fide aliquandiu declinavit, mox conversus in Ecclesiæ communione sancte piequa obiit, an. 485. LVIII, 775.

FELICITAS (Sancta). Africana mulier quæ adhuc catechumena jussu Hilariani proconsulis, cum Perpetua, Saturo et aliis comprehensa martyrii coronam adepta est an. 203. Creditur ad actorum redactionem concurrisse. III. 17, 46.

FELIX, JADER et POLIANUS episcopi Africani cum multis presbyteris Christianisque ad metalla in Siguensi provincia damnati, ad S. Cypriani epistolas respondent, summas ipsi gratias agentes pro subsidiis sibi ab eo missis. (An. 258.) IV, 423.

FELIX I. (S.), papa et martyr. Patria Romanus, S. Dionysio successit an. 269. Sub ejus pontificatu orta est hæresis Pauli Samosateni, quam condemnari procuravit, sed sæviente sub Aureliano persecutione martyr occubuit an. 274. De eo quatuor supersunt epistolæ. C, 135.

FELIX Aptungitanus in Africa episcopus; ipse Cæciliani ordinavit episcopum Carthag. Postea accusatus est tradidisse sacras Scripturas dum flagraret persecutio. Quo-

modo autem sese purgaverit vide ejus acta. (an. 505.) VIII, 715.

FELIX II (S.), papa. Natione Romanus, ab Arianis suffectus est in locum exsulantis et relegati Liberii. Sed mox ipse adversus Arianos sævit excommunicando Constantium, Ursacium, Valentem et ipsorum asseclas et sic ex schismatico legitimus Ecclesiæ universalis pontifex haberi cœpit et ob eminentes virtutes inter sanctos ascribi. Obiit an. 365. Supersunt de eo epistolæ et decreta. XIII, 9.

FELIX III (S.), papa. Natione Romanus, Felicis exinde presbyteri filius, an. 483 summus factus est Pontifex ; anathematizavit impium Zenonem et ejus errores. Obiit an. 492. De eo exstant epistolæ et decreta. LVIII, 890.

FELIX IV papa. Natione Samnis, ad sedem Romanæ Ecclesiæ pervenit, favente Theodorico Gothorum rege, an. 526, et papæ Joanni I successit. Obiit an. 530 Tres illi tribuuntur epistolæ, sed duæ priores apocryphæ videntur. LXV, 9.

FELIX diaconus papæ legatus, *vide* GERMANUS.

FELIX, Messanensis Ecclesiæ in Sicilia episcopus, Eucarpo successit. Obiit circa 590. De eo exstat epistola ad Gregorium de matrimonio inter consanguineos. LXXVII, 4329.

FELIX, Lemovicensis episc., Simplicii successor, misit Paternum abbatem ad concilium Cabilonense circa 644. De eo exstat epistola ad S. Desiderium Cadurcensem episc. LXXXVIII, 266.

FELIX Narbonensis episc. Querelas de quodam laico seu clerico ecclesiæ Cadurcensis misit ad S. Desiderium, qui, ad hujus injuriæ reparationem, reum remisit ut de eo quid vellet ipse faceret : sed, calumniarum veneno, per biennium inter eos viguit discordia ; demum pœnituit hujus rei fe icem, et a Desiderio veniam petiit. (An. 648.) LXXXVII, 266.

FELIX, Lucensis episc. monasterio S. Frigdiani confirmavit quæ a Faulone ei donata fuerant et ipse nova dona adjecit an. 685. Quam chartam confirmavit Cumbertus, Longobardorum rex an. 700. LXXXVII, 1347.

FELIX, Ravennatensis episc. electus est an. 707. Sermones sancti Petri Chrysologi in unum coegit volumen. Eloquentia simul et pietate clarus obiit an. 717. LXXXIX, 358.

FELIX. Toletanus episc S. Juliani coætaneus et successor in episcopatu : Ecclesiam Toletanam 7 annos gubernavit, et an. circiter 700 obiit. Sancti Juliani prædecessoris vitam seu potius elogium conscripsit, XCVI, 443.

FELIX quidam presb. cellam sitam in loco Rocasham dicto in pago Flandrensi, donavit monasterio Sithivensi, cui tunc præerat Nantharius abbas, circa an. 705. De eodem exstat alia emptionis charta, CXXXVI, 1207, 1211. *Vide* chartam probabiliter de eodem; LXXXVIII, 1504.

FELIX. Urgellensis in Hispania episc. Hæreticus vir divinitatem Christi perimens, pluribus in conciliis condemnatus est, depositus et Lugdunum relegatus, ubi pœnitens demum retractationem dedit Juxta quosdam impœniteus obiit circa an. 818, XCVI, 848.

FERENTIANUS, episcopus in Italia, Innocentium III pap. consulit super causa matrimonii cujusdam qui mulieri nondum nubili fidem promiserat, et cui postmodum alia fuerat desponsata, an. 1200, CCXIV, 23.

FERNANDUS II, Hispaniarum rex, Alphonsi VII filius et successor; obiit an. 1187. Ad Alexandrum III pap. epistolam scripsit qua dominium agnoscit S. Pontificis an. 1172. CC, 1369.

FERRANDUS FULGENTIUS, Carthaginensis Ecclesiæ diaconus et S. Fulgentii episc. propinquus, floruit circa 530. Prudentia et consilio eminuit. Ex illius scriptis supersunt epistolæ et opuscula, LXVII, 878.

FERREOLUS (S.). Uceticensis episc. Monasterium nominis sui condidit an. 558, et monachis regulam dedit quam Lucretio Dicensi episc. dicavit LXVI, 959.

FESTUS (Sextus Pompeius). Grammaticus IV sæc., Varii Flacci illustris grammatici libros epitomavit, quos postea Paulus diaconus in compendium redegit ; ita ut pene causa fuerit cur omnino deperierit hoc opus, cujus fragmenta tantum supersunt, XCV, 1605.

FIDIS vicecomitissa Narbonensis. Ecclesiam S. Petri de Sermur in diœcesi Ruthenensi et totum montem qui de Poieth dicitur monasterio dedit Moissiacensi quod a Cluniaco pendet, an. 1077, CLIX, 967.

FIRMATUS, S. Leobini canonicus domum et vineas donavit monast. S. Petri Carnot. an. 1049, CLV, 322.

FIRMILIANUS, episc. Cæsareæ Cappadociæ. Floruit III sæc. Coævus S. Cypriani, cujus sententiæ adhæsit de rebaptizandis hæreticis adversus sanctum Stephanum pap. Sed, ut Cyprianus, in verborum vehementia charitatem nec abjuravit. De eo exstat epistola ad Cyprianum, III, 1153.

FIRMINUS. *Vide* CYPRIANUS.

FLAVIANUS (S.), archiepisc. et patr. Constantinop. Eutychetem anathematizavit Concilabulo Ephesino in quo impius Dioscorus Alexand. eum ita plagis et ictibus contudit ut triduo postea obierit an. 449, LIV, 723, 743.

FLODOARDUS sive FRODOARDUS, canonicus Rhemensis, Sparnaco oppido ad Matronam, vulgo dicto *Epernay*, natus est anno 894. Floruit sub regibus Ludovico Transmarino et Lothario. Historiam Rhemensem contexuit, non pauca carmina tradidit, annales et alia opuscula. Obiit an. 966, CXXXV, 9.

FLODOINUS quædam dedit prædia in rivulo Hesepesita episcopo Hildigrim in Germania (sæc. IX), XCIX, 813.

FLORENTIUS, magister officiorum in aula Constantii imperat. qui in exsilium Dalmatiam missus est a Juliano imperat. Epistolam scripsit an. 359 Lucifero Calaritano ipsum interrogans an auctor esset libri adv. Constantium in qua huic impio principi titulum tribuit *Æternitatis*, sed ipsi intrepide respondit Lucifer, XIII, 935.

FLORENTIUS Wigorniensis, historicus auctor XII sæc. Hujus datur fragmentum Chronici ab an. 1081 ad 1117, CXLVII, 793.

FLORIANUS, monasterii Romani abbas, de quo silent historiographi. Attamen ex epistola quæ de eo exstat ad Nicetium episc. discimus discipulum fuisse Ennodii Ticinensis episc. Aliunde videtur legendum *Remani* abbas, loco *Romani* quo intelligendum esset abbatem fuisse S. Remigii Rhemensis, LXXII, 918.

FLORUS, Lugdunensis diaconus, quem quidam multo antiquiorem faciunt, tantam famam eruditionis et peritiæ obtinuit ut ipsi commissa fuerit refutatio libri Joannis Scoti *De prædestinatione*. Plura commentaria exaravit, carmina et epistolam ad imperatricem Judith. Obiit an. 860, CXIX, 9.

FOLBERTUS quidam vir illustris possessiones suas in Campania monasterio Sithivensi dedit, Carolo Magno regnante, an. 811, CXXXVI, 1219.

FOLCBERTUS seu potius FOLEBRAT, ut fert instrumentum, concambium transegit cum Ludgero abbate Werthidensi an, 805, XCIX, 818.

FOLCHARDUS, monasterii Sithivensis primum monachus, florebat circa 1080. Vir pro ætate sua eruditus, a Guillelmo Conquestore Tornacensi abbatiæ præpositus est; plurimas Vitas scripsit. CXLVII, 1083.

FOLCHARDUS, abbas Laubiensis in diœcesi Cameracensi, Arnaldo successit an. 1094 ; in hoc monasterio pristinam disciplinam restituit Obiit an. 1107. De eo exstat epistola ad Henricum imperat. CLVII, 482.

FOLCRADA, soror germana Hemmingi quondam exactoris, vendidit beato Ludgero abbati pro competenti pretio agrum quemdam ad Crucem juxta fluvium Arnapa situm. (Absque anni mentione), sæc. IX. XCIX, 806.

FOLCUINUS, Laubiensis abbas. Nobili genere natus in Lotharingia, a puero monasticam vitam egit in S. Bertini monasterio. Adhuc juvenis abbas factus est, et post sapientem gubernationem obiit an. 990. Chronicon Laubiense scripsit homiliasque nonnullas, CXXXVII, 520.

FOLLIETO (Hugo de). *Vide* HUGO.

FOLMARUS, præpositus Trieffenstensis seu Petræ stillantis in Franconia, temporibus Alex. III pap. vixit ; per epistolas, tractatus et libros disseminare non timuit, in Bavaria præsertim, varios errores adversus B. corporis et sanguinis Domini sacramentum. Hunc statim multi refutavere, CXCIV, 1481.

FOLQUINUS, Maurinorum episc., Fridegisi successor, qui, officii negligens, omnia in ruinam ruere sinerat. Igitur curavit Folquinus ut cuncta restitueret et sub eo floruit Sithiense monasterium, ut constat ex illius Charta an. 817, CXXXVI, 1223.

FOLQUINUS, monachus Sambertinianus. E nobili familia Lotharingiæ ortus, monachus factus et postea a suo abbate diaconus ordinatus, ante senectutem decessit, sæc. X. De eo habemus Chartularium sancti Bertini, Epitaphium Folquini ejus cognati, et aliud Chartularium ad varia spectans monasteria, CXXXVI, 1182.

FORMOSUS pap. Origine Ostiensis, vir religione et morum integritate conspicuus, electione tumultuaria, pontificatum cum ipso æmulante Sergio diacono, pontifex creatus est. Obiit an. 896. De eo supersunt epistolæ et privilegia, CXXIX, 822.

FORTUNATUS (Venantius Honorius), Pictaviensis episc. Tarvisini in Italia natus, Ravennæ educatus est. In scientiis et liberalibus artibus peritus factus in Gallias venit ut sancti Martini tumulum inviseret. Mox Pictavum adiit, ubi in clerum susceptus postea episcopus electus est an. 599. Obiit an. 609. De eo supersunt plurimæ

vitæ sanctorum, Miscellanea et versus non spernendi, LXXXVIII, 19

FORTUNATUS, Lucensis presb. et filius ejus æque presb. sua donant prædia monasterio S. Petri Lucensis quo uterque recesserat, cum consensu, tum episcopi sui Telespersani, tum Walperti ducis an. 713, LXXXVIII, 1351.

FRANCISCUS A PUTEO, Carthusiensis ord. prior generalis. Circa 1514 florebat; vitam conscripsit S. Patris Benedicti, quam haud multo post Petrus Blomenvenna Carthusiæ Coloniensis alumnus multo auctiorem fecit, CLII, 18, 491.

FRANCISCUS CAMENUS. *Vide* CAMENUS.

FRANCISCUS CARREUS. *Vide* CARREUS.

FRANCO, scholasticus, vir religione et litterarum scientia nominatus, floruit XI sæc. Quanti valuerit scriptis probavit primum ex libro de quadratura circuli, ex tractatibus de computo, de musica mensurabili, etc. Obiit an. 1083, CXLIII, 1374.

FRANCO, primum monachus, deinde abbas effectus Afflighemensis. Floruit XII ineunte sæc. Dum esset monachus ad prædecessorem suum Fulgentium abbatem scripsit XII libros de gratia seu beneficentia Dei, CLXVI, 718.

FRECULFUS Lexoviensis episc. antea monachus et abbas Fuldensis ordin. S. Bened. Obiit an. 850. Scripsit duos libros Chronicorum, , CVI, 915.

FREDEGARIUS, scholasticus dictus, e Burgundia ortus; floruit sæc. VII. Epitomen dedit historiæ Gregorii Turon. simul et continuationem. Documenta historica maximi momenti servavit. Sed de illius vita nulla exstant vestigia, LXXI, 695, 697.

FREDEGISUS, monasterii S. Martini Turonensis abbas. Caroli Magni ætate et Ludovici Pii floruit; Alcuinum magistrum habuit. Leges Carolinas et Caroli successoris collegit. De eo exstat epistola de nihilo et tenebris. Obiit an. 834, CIV, 159; CV, 751.

FREDEGUNDIS, primum amasia postea uxor Chilperici regis. Cum Brunichilde Austrasiæ regina multa odia exercuit, nefanda perpetravit scelera. Chilperico mortuo, filii sui tutrix, regni gessit gubernacula. Quædam de ea dicta habentur ad Chilpericum, an. 597, CXXXIX, 695, 696.

FREDERICUS, Salvator dictus, vir illustris et ejus uxor Hersendis monasterio Claræval. donaverunt quidquid habebant in finagio Gundriæ Hispaniæ non longe ab illa abbatia an. 1147, CLXXXV, 987.

FREDERICUS, monasterii S. Godehardi abbas. Wibaldo Corbeiensi abb. scripsit se vidisse decessorem ejus Henricum, qui depositus fuerat, et a reconciliatione non omnino esse alienum; unde Wibaldum hortatur ad concordiam, an. 1148, CLXXXIX, 1210.

FREDERICUS, Siciliæ rex, privilegium libertatis molendinorum concessit domibus canonicorum S. Sepulcri quæ exstant per totum regnum suum, an. 1210. Idem comitatum Fundani cessit Innocentio III papæ, an. 1212, CLV, 1251.

FREDERICUS, Vallis Dei præpositus, XII sæc. florebat: sese commendavit per epistolam precibus sanctæ Hildegardis abbatissæ S. Ruperti, CXCVI, 305.

FRETELLUS, archidiaconus ineunte XI sæc. florebat. Librum scripsit de locis sanctis quem dicavit Raymundo Tolosano comiti. Cujus Ecclesiæ archidiaconus fuerit nescimus, CLV, 1038.

FRIDEGODUS, monachus, ordinis S. Bened. et diaconus, magnam consecutus est eruditionem. Vitam S. Audoeni Rothomag. episc. scripsit et S. Wilfridi Eboracensis archiepisc. Obiit an. 963, CXXXIII, 978.

FRIDERICUS, Tullensium comes et uxor ejus Hawidis ratum habent donum cujusdam mensuræ salis quotannis tribuendæ monasterio Tullensi, constitutum a Matthæo Lotharingiæ duce, an. 1142, CLXXXV, 1412.

FRIDERICUS, Coloniensis archiepisc. De quo nihil traditur a biographis. De eo exstant epistola et nonnulla diplomata, an. 1151, CLXVI, 1350.

FRIDERICUS *Barba Ruffa* dictus, Conradum III avunculum comitatus est in Palæstinam. Inde reversus imperator factus est an. 1152. Iterum Hierosolymam profectus, in quodam Ciliciæ flumine periit, an. 1190. De eo plures exstant epistolæ et diplomata variis in voluminibus sparsa, CLXXX, 1636, 1638. Consule insuper, CLXXXV, 1457, 1753; CLXXXVIII, 1641; CLXXXIX, 1070, 1409, 1425; CXC, 1058; CXCVII, 186; CC, 55; CCXII, 327.

FRIDERICUS, Salisburgensis archiepisc. Plurimas direxit epistolas ad Rudolphum Germaniæ imperat. multaque perpessus est ab Ottocaro quodam nequissimo duce, XCVIII, 742, *passim*.

FRIDRICUS, Hildibertus et Alperctus dono tradunt ecclesiis S. Salvatoris, S. Mariæ et S. Petri, in pago Ripoariorum et in loco Verithina nuncupato super Ruru fluvio, terras quasdam, an. 819. Ludovico Pio imperante, XCIX, 804.

FRIGULUS, cujus scriptis seu verbis sæpe utitur Smaragdus, omnino incertus est, adeo ut quidam num exstiterit in dubium revocent. Quæ quamvis ita sint, ex verborum contextu referendus est ad tempora quæ obscura et inculta fuere, CII, 1119.

FROGERIUS BARBA, multa dedit Fontis Ebraldi monasterio, ad sustentationem duarum ejus filiarum, quæ monasticam ibidem vitam erant amplexæ sæculo XII ineunte, CLXII, 1115.

FROLLANDUS, Silvanectensis episc. Electus est an. 1043. Concilio Rhemensi a Leone papa IX habito interfuit. Obiit an. 1065. De eo exstat epistola ad Berengarium, CXLIII, 1370.

FROMUNDUS de Novestolo pro anima filii sui, qui fuerat occisus, dimidium eorum quæ possidebat in Bremio dedit D. Roberto de Arbrissello pro monasterio suo Fontis Ebraldi, ineunte sæc. XII, CLXII, 1107.

FROTHARIUS, Tullensis episc. Antea abbas S. Apri, an. 815. Ex hac vita migravit circa an. 837. De eo exstant epistolæ 25 tum ad imperatorem Ludovic. Pium, tum ad imperatricem Juditham, tum ad diversos, CVI, 864

FROUMUNDUS, cœnobita Tegernseensis XI floruit sæc. De eo nihil novimus nisi nonnulla carmina et epistolas, CXLI, 1283

FROWINUS, abbas. De eo nihil certo constat nisi quod primum monachus, postea abbas factus est cœnobii Einsidlensis et deinde abbatiæ Montis Angelorum. Scripsit ad Adelbertum monach. libros VIII de libero arbitrio, an. 1131, CLXXIX, 1801.

FRUCTUOSUS (S.), Bracarensis episc. Ortus regio sanguine Gothorum, spreto mundi fastu vitam monasticam amplexus est. Inde ad pastorale munus assumptus est in loco Potamei qui sponte episcopatui renuntiaverat; virtutibus et miraculis insignitus est, per totam Hispaniam clarissimus; obiit an. 670. De eo exstant regula monachorum, alia regula communis dicta, et nonnulla carmina, LXXXVII, 1088.

FULBERTUS (S.), episc. Carnot. Humili loco natus X sæc. tum doctrina tum singulari virtute claruit. Primum scholæ magister Carnot. plurimos discipulos habuit inter quos Berengarium; episcopus electus est an. 1007. Meritis et bonis operibus plenus ad Deum transiit an. 1029. De eo supersunt epistolæ, varii tractatus, sermones, hymni, laus vitæ monasticæ, et diplomata, CXLI, 163.

FULCANDUS, dona quædam concessit monasterio S. Petri Carnot. an. 1080, CLV, 531.

FULCHERIUS, possessor abbatiæ S. Leobini in suburbio Carnot., quam tenere declarat a largitate Odonis comitis; quamdam portiunculam terrarum hujusce abbatiæ concessit Sigemundo presb. pro censu annuatim solvendo, an. 981, CLV, 232.

FULCHERIUS, Carnot. presb. Robertum Nortmanniæ ducem secutus est in Palæstinam. Balduini regis factus capellanus. Historiam scripsit expeditionis Hierosolymitanæ ab an 1095 ad 1124. Obiit an. 1127, CLV, 823.

FULCHERIUS, Hierosolymit. patriarcha et Amalricus ecclesiæ Resurrectionis prior monent omnes fratres ne quascunque eleemosynas negligant et ut nullum detrimentum afferant rebus congregationis (absque rubrica), CLV, 1259.

FULCHREDUS de S. Leodegario, sæc. XII, donum concessit D. Roberto de Arbrissello et sanctimonialibus Fontis Ebraldi ad construendum hospitium, CLXII, 1109.

FULCO, Rhemensis archiepisc. Vir nobilis et officiis palatii assuetus, primum monachus fuit in cœnobio S. Bertini, cujus et postea abbas electus est; sed Hincmaro defuncto in sedem Rhemens. evectus est. Jam a 17 annis sedebat cum lanceis perfossus interiit an. 900. Ex illo habes duas epistolas, CXXXI, 9.

FULCO III, Niger dictus, Andegavorum comes, bis iter fecit Hierosolymam: Odonem Blesensem bis expugnavit. Obiit an. 1039. De eo exstat epistola ad Robertum Francorum regem, CXLI, 938.

Vide etiam quæ fecit pro manasterio S. Nicolai Andegavensis an. 1032 et pro cœnobio Fontis Ebraldi, CLV, 481; CLXII, 1097.

FULCO, abbas Corbeiensis, cognomine Magnus, forte propter animi firmitatem quam exhibuit in tenendis abbatiæ suæ juribus quam tunc vexabat alter Fulco Ambianensis episc. An. 1048 concilio interfuit Rhemensi cui præerat Leo IX papa. Obiit an. 1095. Chronicon scripsit Corbeiense, et epistolam ad Alexandrum II papam. CL, 1451

FULCO IV, Andegavensis comes, pugnavit adv. Guillelmum Aquitanum et fratrem suum Gaufridum quem captivum tenuit quandiu vixit. Uxor ejus Bertrada a Philippo Francor. rege rapta est. De eo exstat diploma pro ecclesia S. Mauricii Andegavensis an. 1096. Obiit an. 1109, CLV, 479.

FULCO, Hierosolymæ rex III, antea Andegavensis comes, vicit Anglorum regem : in Palæstinam profectus, successit Balduino II. Obiit an. 1142. De eo plura exstant diplomata, CLV, 1123.

FULCOIUS, subdiaconus celeberrimus poeta XI sæc. Bellovaci e nobili prosapia ortus est. In schola Rhemensi sub illustri Hermanno litteris studuit et poesim præsertim coluit. Factus subdiaconus noluit ad altiores gradus evehi ne libertatem amitteret. Obiit an. 1083, relinquens innumera carmina quæ ejus animi fecunditatem demonstrant, sed in quibus patet ignorantia et contemptus regularum poeticæ, CL, 1551.

FULCOIUS FESSARDUS, cum unam e filiabus Deo vovisset, monasterio Fontis Ebraldi dono concessit terram in Borno sitam quatuor bobus arantibus sufficientem, ineunte XII sæc., CLXIII, 1115.

FULGENTIUS (Fabius Claudius), Ruspensis in Africa episcopus. In Byzacena natus est an. 468 religiosis parentibus. Ille cum a fide declinasset, lectione operum sancti Augustini illuminatus se Deo consecravit et monachus factus est. Romam adiit, unde reversus ad sedem Ruspensem evectus est, sed a Tractemundo Wandalorum rege exsulatus sub Hilderico revocatus est; obiit an. 533. De eo supersunt opera tum polemica tum dogmatica, insuper sermones et epistolæ, LXV, 105.

FULGENTIUS, Affligheimensis abbas, claruit circa an. 1125. Fratrem Franconem per epistolam rogavit et per sanctissimæ obedientiæ vinculum ei jussit ut tractatum de Dei gratia scriberet, CLXVI, 717.

## G

GAIDOALDUS, medicus Desiderii Langobardorum regis, fundavit extra muros civitatis Pistoriensis ecclesiam et monasterium S. Bartholomæi, et per novam chartam illa dotavit, sæc. VIII, LXXXVII, 1432.

GALBERTUS, Brugensis episcopus, XII sæc. floruit. Primum notarius fuit urbis suæ publicus. Vitam et martyrium scripsit B. Caroli Flandriæ comitis, eorum quæ retulit ipse testis oculatus, CLXVI, 874.

GALCRANNUS, Mellenti comes, et dominus castri Gornay, Claræval. monachis concessit liberum exitum et transitum rerum suarum de loco in alium locum, et immunitatem ab omni pedagio, an. 1143-1157, CLXXXV, 1753.

GALERIUS MAXIMIANUS, imperator Romanus qui præ mentis dementia et ferocitate a Lactantio dictus est *Mala Bestia*; post cruentissimas adversus Christianos persecutiones, ipse, cœlitus percussus, horrida putredine consumitur, et in extremis facti eum pœnituit et uti Deum deprecarentur pro se jussit edicto an. 311, VII, 249.

GALLA PLACIDIA. *Vide* PLACIDIA.

GALLUS (S.), abbas et confessor, S. Columbani discipulus fuit. Gravi febre correptus apud Alemannos, ubi sanitati restitutus est construendæ cellæ operam dedit quæ postea celeberrimum facta est sui nominis monasterium. De eo exstat sermo Constantiæ habitus. An. 646, LXXXVII, 9.

GALLUS (S.) episc. Claromont. Antea archidiaconus Arati episc. sacellum ædificavit in honorem sancti Amabilis quo sacrum ejus corpus transtulit. De eo superest epistola ad sanctum Desiderium Cadurcensem. Obiit an. 554, LXXXVII, 265.

Ad an. 554, ut merito vult biographus (Michaud editore), non autem ad 650 reponendus est obitus sancti Galli Claromont. episc., ut fere omnes falso transcripsere alii biographi post Bollandistas, qui mendose sancto Quintiano Desiderium quemdam successorem dederunt loco sancti Galli, cujus transitum ideo rejecerunt ad an. 650, contra expresse dicta a Gregorio Turonensi episc. et ipsius sancti Galli nepote (LXXI, 1031); neque animadvertentes sancti Galli obitum ad prædictum an. 650 referri non posse, cum idem Gregorius Turon., quem puerum susceperat Gallus patruus ejus educandum, e vita pro certo migraverit, an. 595. Merito igitur ad annum 554 statuitur mors sancti Galli et ad eadem tempora circiter referendi sunt illi quorum epistolæ coævos fuisse S. Galli commonstrant, uti sanctus Desiderius Cadurcensis, Palladius Antissiod., Constantius Albigens., Abbo Metensis, etc.

GALO, Parisiensis episc. Bellovaci e nobili familia natus est; primum discipulus et successor fuit Ivonis Carnotensis in abbatia S. Quintini; eum in Poloniam legatum misit Paschalis II, ad quosdam abusus reformandos; unde reversus Fulconi successor datus est in episcopatu Paris. Obiit an. 1116. Ex illo exstat epistola ad Lambertum Atrebat. et diploma, CLXII, 722.

GALTERIUS SAVEYR, Meldensis episc. Bemero successit, an. 1052; consecrationi Philippi regis interfuit; obiit an. 1082. De eo datur epistola ad Bartholomæum Turon. episc., CXLVII, 1214.

GALTERIUS qui se cancellarium dicit, etsi promiscue sumatur cum alio Galterio Tarvannensi canonico, a quo tamen differre constat ex styli diversitate. Verba quædam Gallum esse testantur; bella Antiochena narravit, quorum ipse oculatus testis fuit. An. 1119, CLV, 995.

GALTERIUS, Cæsareæ dominus, Eustachii Granerii filius, canonicis S. Sepulcri dedit casalem quemdam et terras adjacentes quæ tum crucibus tum petris in terram defixis limitabantur, an. 1115, CLV, 1169.

GALTERIUS CHESNELLUS, monachis Cluniac. qui remanent apud S. Dionysium in Novigento castro de Pertico, ecclesiam donavit S. Petri Cetonensis, cui et alia quædam adjecit (absque anni nota), sæc. XII, CLIX, 983.

GALTERUS ab Insulis, Magalonensis episc., Roberti præpositi consanguineus, episcopus electus est et legatus apostol. an. 1103; in divinis Litteris valde exercitatus famam magnam eruditionis obtinuit. Obiit an. 1119. De illo supersunt solum epistola ad Robertum præpositum Versulanum, et diploma, CLVII, 707.

GALTERUS, Lingonensis episc. XII sæc. floruit. Fundavit chartusiam Luviniacensem, plurimaque dona contulit sive donata confirmavit monachis Albæ Ripæ ord. Cisterc. circa 1179, an. quo obiit juxta ejus epitaphium, CLXXXV, 1436.

GALTERUS, miles Montisbarri et uxor Ermengardis omnia donavere monasterio Fonteneti quæ possidebant in foresta quæ contigit huic abbatiæ usque ad viam magnam quæ ducit ad S. Jacobum an. 1215, CLXXXV, 1473.

GALUANUS de Chamillaco sanctimonialibus Fontis Ebraldi concessit decimam molduræ sex molendinorum, sæc. XII Ludovico VI regnante, CLXII, 1117.

GAMMO, vir illustris et ejus conjux Adalgudis Lemausensi monasterio a se condito multa dona contulerunt, et in conventu nobilium confirmanda curaverunt an. 697, LXXXVIII, 1235.

GARCIAS, monachus S. Michaelis Cuxacensis, floruit XI sæc. Ex ejus scriptis superest epistola ad Olivam Ausonensem episc. de initiis monasterii Cuxacensis et de reliquiis ibi reconditis, CXLI, 1443.

GARLANDIA (Joannes de). *Vide* JOANNES.

GARNERIUS abbas, cujus vita et patria plane incertæ sunt; creditur floruisse sæc. VIII, cum legatus missus sit a Pippino rege ad Astolfum regem Langobardorum qui Stephano III minabatur insidias, XCVI, 1570.

GARNERIUS et ejus frater EBLO ecclesiæ S. Mariæ Fontis Ebraldi et D. Roberto de Arbrissello dederunt tantum terræ arabilis quantum viginti boves arare possunt, et insuper prata, boscum, etc. ad usum et sustentationem sanctimonialium (Sæc. XII.), CLXII, 1118.

GARNERIUS, episcopus Lingonens., Simonis de Rupeforti frater, primum monachus Longivadi, postea Albæ Ripæ et Claræval. nonus abbas. Manassi successit circa an. 1195. De eo exstant sermones 40 in festa Domini et sanctorum. Obiit an 1198, CCV, 555.

GARNERIUS de Fontanis plurima dona contulit monialibus S. Mariæ de Praslon an. 1250, CLXXXV, 1424.

GARNERUS, canonicus regul. S. Victoris Paris, XI sæc. floruit. librum scripsit cui titulus : *Gregorianum*, in quo collegit S. Scripturæ explanationes ex operibus S. Gregorii desumptas, CXCVI, 9.

GARSIRIUS de Macheco monasterio Fontis Ebraldi et D. Roberto de Arbrissello quasdam concessit consuetudines; suum donum fecit super altari S. Benedicti in capella infirmorum, sub Ludovico VI rege, CLXII, 1114.

GASTO, comes Bigorrensis et vicecomes Benearn. sicut et alii qui Raymundum Tolosæ comitem secuti fuere in hæresim, abjuravit et se in manus Petri Aragonum regis commisit, confitens simul se obediturum S. Ecclesiæ Romanæ, an. 1213, CCXVI 848.

GAUCHERIUS, Claræval. monachus, sæc. XII epistolam quæ odorem pulcherrimæ dilectionis redolet ad quemdam Templi militem in locis sanctis degentem scripsit, CXCVI, 1616.

GAUDENTIUS (S.), Brixiensis episc. Philastrio successit, quo onere se indignum profitebatur; legationem suscepit ad imperat. Arcadium pro S. Joanne Chrysostomo an. 405. De eo exstant sermones et Carmen ad laudem S. Philastrii, XX, 791.

GAUFREDUS FULCHREDUS. *Vide* FULCHREDUS.

GAUFREDUS MALATERRA, monachus ord. S. Benedi gente Normannus in Apuliam se contulit. Historiam siculam scripsit. an. 1099, CXLIX, 1087.

GAUFREDUS, Normanniæ dux et Andegavensis comes *Plantageneta* dictus, obiit an. 1151. De eo exstant epistolæ nonnullæ ad Sugerium, CLXXXVI, 1351.

GAUFREDUS, Burdegalensis archiepisc.; exstat ad Sugerium epistola, CLXXXVI, 1359, 1369.

GAUFRIDUS, miles et Hugonis Cluniac. abb. frater, ecclesiam de Marciniaco huic dono contulit et ejus monasterio in Augustodunensi pago, an. 1080, CLIX, 969.

GAUFRIDUS, Carnot. Ecclesiæ episc. Eustachio abbati S. Petri concessit altare de Bruerolis an. 1084, et an. 1086 eidem concessit monasterio libertatem quinque ecclesiarum in Pertico, CLV, 362.

GAUFRIDUS cognomine Niger, monachus et procurator monast. S. Petri Carnot. sub abbate Eustachio, refert Willelmum quasdam pravas suppressisse consuetudines an. 1088, CLV, 550.

GAUFRIDUS, Catalaunensis episc. Primum abbas fuit S. Medardi Suessionensis, episcopus electus est an. 1131, loco S. Bernardi qui ante eum electus recusavit; fundationem monasterii Calidi Fontis confirmavit Laurentio S. Vitoni abbati, Senonensi concilio interfuit adv. Petrum Abælardum. Obiit an. 1142. De eo exstant epistolæ et diplomata, CLXXIII, 1394.

GAUFRIDUS de Ranconia Sugerio scripsit sibi traditam fuisse a rege terram Pictaviensem, cum mandato ut redditus illius juxta regis beneplacitum distribueret, an. 1147, CLXXXVI, 1384.

GAUFRIDUS Felenia pratum Beroldi dictum fratribus Clarævall. donavit in finagio villæ circa 1147, CLXXXV, 992.

GAUFRIDUS Grossus dictus, monachus Tironiensis magistrum habuit venerab. Bernardum abbatiæ Tironiensis fundatorem; vitam hujus conscripsit et Gaufrido Carnotensi episcopo dedicavit, an. 1148, CLXXII, 1361.

GAUFRIDUS, major communiæ S. Richarii, Sugerium rogat ut Petrum Bituricensem monachum abbatem electum ad se mittere non differat, an. 1149, CLXXXVI, 1363.

GAUFRIDUS, Bernardi discipulus et notarius, post Guerricum Igniacens. abbas factus, postea Fastredo Clarævallensi abbati successit. Libros duos de vita Bernardi et sermonem de eodem habuit circa 1166, CLXXXIV, 435.

Vide insuper CLXXXV, 321, 395, 573.

GAUFRIDUS, Thesaurarius domus Templi, litteras accepit a papa Innocentio III super negotio D. Erardi de Brena et Philippæ Henrici comitis Trecensis filiæ quas remisit patriarchæ Hierosolymit. et episc. Tyrensi an. 1213, CCXVI, 975.

GAUSFRIDUS, monachus provisor monasterii S. Petri Carnot. testatur quod Girardus et Paganus quasdam terras concesserunt eidem monasterio an. 1077, CLV, 291.

GAUSLINUS, Bituricensis episc., Hugonis Capeti Galliarum regis nothus, sub Abbone Floriacensi abbate multum profecit tum in litteris tum in virtutum studiis; Floriaci abbas factus est et postea episcopus electus non absque difficultate eo quod spurius erat. Ex eo supersunt epistolæ duæ et sermo de S. Martiali. Obiit an. 1029, CLXI, 759.

GAUTERIUS de Clichone et Seria uxor filiam suam Robergam in monasterium Fontis Ebraldi suscipi consentiunt et D. Roberto priori donant molendinum suum de Ponzaio, ineunte XII. sæc., CLXII, 1106.

GAUTERIUS de Montesorello D. Roberto de Arbrisello et Fontis Ebraldi monasterio concessit vigeriam suam et consuetudines totius terræ quam possident moniales; ineunte XII. sæc. Per aliam chartam eisdem dedit piscationem, CLXII, 1109.

GAUTHERIUS, dominus de Sobernone et ejus frater Garnerius confirmant donationem factam ab Haimone Humberti de Moelen filio monachis de Buxeria, a. 1188. Ipse autem huic donationi alia dona adjecit, CLXXXV, 1421, 1422.

GAUTHERIUS, Æduensis episc. notum facit quod Oliverius de Grimione probavit et confirmavit fratribus Ecclesiæ Fontenetensis omnes donationes quas pater suus ipsis olim concesserat, et insuper addidit terram Montarlant dictam, a. 1191, CLXXXV, 1472.

GEBHARDUS, archiepisc. Salisburg., floruit XI sæc. Episcopus factus totus fuit in causa defendenda S. Sedis et in confutandis schismaticis. Ejus tantum superest epistola ad Hermannum Metensem episc. Quando obierit non constat, CXLVIII, 847.

GEBUINUS, archiepisc. Lugdun. Hugonis III comitis Divionens. filius, antea Lingonensis archidiaconus. Obiit an. 1082. De eo exstat epistola ad Rodulfum Turonensem CXLVII, 1210.

GELASIUS I (S.) pap. Natione Afer, ex Valerio patre ortus, Felici II successit a. 492. Sub ejus pontificatu primo apparuerunt Romæ sectatores Manichæi quos mox deportari jussit; et eorum libros ante fores basilicæ S. Mariæ comburi. Ex eo pontifice exstant epistolæ et decreta. Obiit an. 495, LIX, 9.

GELASIUS II pap., antea Joannes dictus. Patria Campanus, e genere nobili natus, in monasterio Casinensi sub Oderisio abbate bonis litteris et moribus fuit enutritus. Paschalis II eum cardinalem diaconum instituit titulo S. Mariæ. Roma expulsus ab Henrico imperatore, in Galliam se recepit, et an. 1119 in monasterio Cluniac. obiit. De eo exstant epistolæ et privilegia, CXLIII, 474.

GEMMULUS, diaconus apostolicæ sedis sub Zacharia pap. ad S. Bonifacium episc. Mogunt. scripsit, illi exponens quidquid fecisset propter eum et quomodo damnatus fuerit impius Aldbertus, LXXXIX, 753.

GENNADIUS, Massiliensis presb. Gente Gallus, claruit an. 495, ut ipse declarat in fine Catalogi quem contexuit et ad Gelasium papam misit: quidam olim eum Semipelagianismi accusaverunt, sed generaliter recentiores a tali accusatione eum eximunt, quod nullum in scriptis erroris vestigium adest. Librum scripsit de ecclesiasticis dogmatibus, et alium de scriptoribus ecclesiasticis, LVIII, 980.

GERALDUS, Ostiensis episc. Cardinalis et S. Sedis legatus per Wasconiam transiens, cum in Hispaniam tenderet sub Alexand. II papa, monasterium visitavit S. Montis a Bernardo comite et Ermengarde uxore conditum, sub Cluniaco commissum, in quo præfatus comes et ejus uxor habitum sumpserant Deo perfecte servientes, an. 1073, quod Geraldus eorum precibus privilegiis ditavit, CLIX, 963.

GERALDUS (S.), Corbeiensis abbas. Honestis parentibus ortus, a puero cœnobii Corbeiæ traditus est erudiendus, cujus monasterii abbas postea factus est: abbatiam Silvæ Majoris an. 1080 fundavit. Gestis miraculisque claruit, obdormivit in Domino an. 1095. Vitam scripsit S. Adalardi Corbeiensis abbatis; libros II de ejusdem miraculis, et chartam, CXLVII, 1003.

GERALDUS, episc. Cadurcensis, XII sæc. exeunte floruit. Epistolam scripsit ad Fridericum imperat. qua ab eodem petit ut e carcere duro eum liberari jubeat, CCV, 923.

GERARDUS, S. Medardi Suessionensis decanus, X sæc. florebat. Incerta sunt pleraque quæ de eo leguntur. De eo superest Prologus in Vitam S. Romani episc., oratione soluta, CXXXVIII, 171.

GERARDUS I, Camerac. episc. Arnoldi seu Arnulfi toparchæ de Florinis filius, patria Leodiensis, floruit XI. sæc. Litteris sub Gerberto Rhemis studuit; demum ad infulas pontificias evectus est a. 1013. Scripsit acta synodi Atrebat. adv. Manichæos et nonnullas epistolas, CXLII, 1267.

GERARDUS II, Camerac. episc. Antea monachus et præpositus in monasterio S. Vedasti, sub Adolpho abbate, unde abbas transiit ad S. Lietbertum. Obiit a. 1092. De illo supersunt chartæ, CL, 1380.

GERARDUS cui tribuitur Vita S. Udalrici qui vixit X sæc. Omnino incertus est; neque patriam, neque annum alicubi legimus, CXXXV, 1001.

GERARDUS seu GIRARDUS presb., natione Gallus et Ecclesiæ Compostellanæ canonicus, unus e scriptoribus qui historiam Compostellanam contexuere, CLXX, 875.

GERARDUS, Engolismensis episc. de Blavia (Blaye) oriundus, vir pro ætate celebris, quem alii laudibus, vituperationibus alii sunt prosecuti. Etsi humili ortus loco, labore, ingenio et vitæ probitate in episc. electus est, anno 1117; concilio Romano, cui præerat Paschalis II, interfuit, obiitque an. 1136, CLXXII, 1311.

GERARDUS, monachus Clarævall. cum Gaufrido et aliis fratribus ejusdem ord. S. Bernardi contemporaneis, de ejus miraculis scripsit, testis oculatus, CLXXV 385.

GERARDUS Itherii, Grandimontensis prior septimus. Obiit an. 1198. Auctor est Vitæ S. Stephani de Mureto, CCIV, 1177.

GERBERTUS, advocatus monasterii S. Emmerammi, de mandato Asperti episc. Otniæ puellam tradit contra nemusculum ad Reinna situm, quod Otnia ille monasterio S. Emmerammi donavit, IX. sæc., CXXIX, 958.

GERBERTUS. *Vide* SYLVESTER II papa.

GERFRIDUS, episcopus et quidam Frithuardus concambium tractant inter se an. 835, Ludovico Pio imp., XCIX, 807.

GEROHUS (Ven.), Reichersperg. præpositus ordinis canonic. reg. S. Augustini, antea Scholarum Augustæ magister; tempore floruit Chunradi Salzburg. episcopi: obiit a. 1169. Librum scripsit de Gloria et honore Filii hominis, librum epistolarem ad Innocent. II, Tractatus adversus Simoniacos, expositionem libri Psalmorum, etc., CXCIII, 480.

GERMANUS et JOANNES episcopi, BLANDUS presb. FELIX et DIOSCORUS diaconi, a papa Hormisda legati missi sunt in Orientem ob turbas a schismaticis et Eutychianis concitas. Ipsi per epistolam suggesserunt quid egerint, nomina impiorum Acacii, Anastasii et Zenonis a diptychis esse erasa nec jam in sacris recitata, multos quoque episcopos ad fidem orthodoxam redire, etc., an. 519, LXIII, 445 *et passim.*

GERMANUS (S.), Parisiensis episc., Augustoduni natus est a claris parentibus; a S. Agrippino diaconus et presbyter factus est; ita vitæ sanctimonia et miraculorum potentia claruit ut Eusebio in sede episcopali Parisiensi omnium voto suffectus sit. Obiit an. 576. Illius exstant epistola ad reginam Brunichildem, privilegium, brevis expositio antiquæ Gallicanæ Ecclesiæ, LXXII, 54.

GERMINIUS, Sirmiensis electus est episcop. loco Photini qui propter hæresim damnatus fuerat et postea depositus in synodo Mediol. an. 347 ad 349. Ille autem ad Arianos declinavit cum Valente et Ursacio, a quibus specie tantum discessit, ut videtur ex epistolis quibus fidei professionem præstat circa an. 365, X, 717, 719; XIII, 575.

GERSONIUS (Joan.) doctor facultatis Theolog. illustris et cancellarius universitatis Parisiensis, Pisanum concilium adiit. postmodum Constantiense an. 1409, ubi conciliorum generalium summam defendit auctoritatem. Obiit an. 1429, CLXXXV, 634.

GERTRUDIS, quondam Hilduini conjux monasterio S. Petri Gesiaci cellam dedit quam habebat in Aiga curte in territorio Carnotensi an. 1062, CLV, 317.

GERTRUDIS ((Sancta), abbatissa monasterii Elpediani in comitatu Mansfeldensi, obiit an. 1333. Illius exstat liber revelationum in quo mirum præstat de S. Bernardo testimonium, CLXXXV, 638.

GERVASIUS, archidiaconus Remensis, Hugonis comitis filius et Melesindæ cum sedem Remensem invadere tentasset excommunicatione percussus est a Paschali papa II. Illius exstat epistola ad Paschalem pap. Hunc ne confundas cum Gervasio sequente qui an. 1067 floruit, CLXIII, 461.

GERVASIUS, Remensis archiepisc. Apud castrum Ledi natus ab Hamelino et Hildirade de Bellismo sorore Avesgundi Cenomanensis episc. cui primum successit an. 1056. Ad Remens. sedem evectus est an. 1055. Obiit an. 1067. Hujus exstant diplomata et epistolæ, CXLIII, 1403.

GERWINUS, Ambianensis episc. Thecam auream, cum sibi comparavisset ad recondendas S. martyris Fusciani reliquias, ad solemnitatem per epistolam invitat Lambertum Atrebat. episc. circa 1118, CLXII, 647.

GEZO, Dertonensis abbas, qui x sæc. florebat, Augustano concilio interfuit an. 950. Insigne monasterium fundavit Dertonæ sub titulo S. Martiani martyris. Librum scripsit de corpore et sanguine Christi, CXXXVIII, 371.

GILBERTUS, Elnonensis monachus XI exeunte sæc. floruit. Decanus factus est S. Andreæ ecclesiæ quæ una est e tribus ecclesiis quibus constabat monasterium Elnonense, seu S. Amandi; vir apprime eruditus fuit, sed illius superest tantum historia miraculorum sancti Amandi, CL, 1436.

GILBERTUS, Hospitalis congregationis in Hierosolymis magister, Ludovico Juniori Francorum regi scripsit ut sibi liceret punire quosdam malefactores qui domum cujusdam probi viri concremaverant. Deest anni mentio (sæc. XII), CLV, 1264, 1270.

GILBERTUS, Episc. Lunicensis in Hibernia, ubi synodum celebravit an. 1110, pro definiendis episcopatuum limitibus; primus factus est legatus totius Hiberniæ: morbis consumptus obiit an. 1139. hujus exstant libellus de statu Ecclesiæ in Hibernia, epistolæ duæ quarum una ad episcopos et presbyteros Hiberniæ, altera, ad S. Anselmum Cantuar. dirigitur, CLIX, 995.

GILBERTUS FOLIOT, Londinensis episc. Eximius ille vir primum Glocestriæ monasterii factus est abbas, unde episcopus electus est Herefordiensis et tandem ad sedem Londinensem promotus: plurimas reliquit epistolas. Arguitur S. Thomæ Cantuariensis causam deseruisse, Obiit an. 1168, CXC, 740.

GILDAS, Sapiens dictus, gente Britannus, Hildulfum magistrum habuit, ordinibus initiatus monasterium Bannochorense ingressus est. Librum quem intitulavit *Querulum* scripsit, in quo excidii Britanniæ causas evolvit et maxime clerum increpat. Obiit circa an. 570, CLXIX, 328.

GILDUINUS, vicecomes Carnot. et uxor ejus Emmelina consuetudines (census quoddam genus) concedunt monasterio S. Petri Carnot. an. 1046, CIV, 301.

GILDUINUS, abbas S. Victoris Paris., se Guillelmo de Campellis socium adjunxit cui postea suffectus est et abbas primus dictus est. Duas ejus habemus epistolas. Obiit an. 1155, CXCVI, 1366.

GILDUINUS, monasterii Aquicinensis abbas; quo munere sponte dimisso in solitudine quietem quæsivit, et cum iterum expeteretur a monachis, et ab ipso Lamberto episcopo, ut excusatum illum haberent propter corporis varias infirmitates scripsit, XII ineunte sæc., CLXII, 688.

GILLAS, Hervei Safrarum domini vidua memoratur quod maritus cum ex transmarinis partibus rediret obiit, et ideo filium suum Guidonem deputat ad Campaniæ comitem ut ipsi homagium præstet cui tenebatur quondam maritus ejus, an. 1249, CLXXXV, 1433.

GILLEBERTUS de Hoilandia, Cisterciensis ordinis abbas. Origine Anglus, doctrina et pietate adeo claruit ut *Magnus* et *Theologus* cognomine vocatus sit. Cistercii obiit an. 1168. Varia scripta theologica et moralia tradidit, CLXXXIV, 11.

GILO Parisiensis. De eo nihil certi constat, nisi quod floruerit temporibus primæ expeditionis Hierosolymitanæ, cujus Historiam metrice scripsit, CLV, 941.

GILO, Cluniacensis monachus, quædam addidit Vitæ S. Hugonis abbatis cujus auctor Ezelo. Floruit XII sæc., paulo post S. Hugonem, CLIX, 909.

GILO, cardinalis, antea monachus ordinis S. Benedicti Natus est juxta Antissiodorum; curriculum studiorum emensus, in Cluniacensi monasterio Deo se consecravit, unde papa Calixtus II eum assumpsit ad Tusculanas insulas. Obiit an. 1142. Vitam scripsit S. Hugonis Cluniacensis et carmen de via Hierosolymitana, CLXXIII, 1385.

GILO, Rainaldi de Villa filius, Claræ-valli donavit pratum Coipratum dictum juxta ripam Albæ, et confirmavit quidquid eidem abbatiæ dederat pater ejus in finagio Gundreæ Hispaniæ, an. 1147, CLXXXV, 992.

GIRALDUS Compostellanus, Didaco Compostellanæ sedis episc. II familiaris, Historiam sui temporis contexuit, cujus exstat fragmentum: sub rege Aldephonso VI floruit, sæc. XI, CLI, 267.

GIRALDUS de Terrazo, S. Petri Solemniacensis abbas, ad Wibaldum Corbeiensem abb. scripsit, eum hortans ut gratias S. Remaclo agat pro Solemniacensibus eo quod a tribulationibus eos eripuerit an. 1149, CLXXXIX, 1267.

GIRARDUS PUCELLE (magister), in concilio Turonensi an. 1163 celebrato sub Alexand. III, hæresim et schisma Octaviani et Guidonis Cremonensis abjuravit et papæ fidelitatem promisit, CXC, 391.

GIRARDUS de Perona et GAUCHERIUS seu Calcherius cellerarius, Claræ-vallenses monachi ad Nicolaum abbatem scripserunt, ipsum consulentes super votum, sæc. XII, CXCVI, 1648; CCI, 474.

GIRARDUS de Castellione Eschaloii Dominus et filius ejus Milo Fratribus S. Mariæ Fonteneti dederunt quidquid habebant infra terminos Puteoli Franci, juxta concessionem Theobaudi de Saliva (absque anni nota), sæc XII, CLXXXV, 1465.

GIRARDUS de Podio Brunello et uxor Aldeardis concesserunt D. Roberto de Arbrissello et monialibus Fontis Ebraldi pratum Longum dictum et terram quæ est juxta idem pratum. De quo exstat et alia donatio molendini de Mortono, CLXII, 1110, 1111.

GIRBERTUS de Montbarro et ejus filius Tecelinus dederunt Ecclesiæ S. Mariæ de Fonteneto pratum *Deo dati* dictum (absque anni nota), sæc. XII, CLXXXV, 1462.

GISLEBERTUS PORRETANUS, Pictaviensis episcopus, XI sæc. natus, natione Gallus studio philosophiæ ab adolescentia incubuit; primum factus est canonicus S. Hilarii Majoris; anno vero 1142 ad episcopatum sublimatus est: multa edocuit quæ refutanda plurimi censuerunt, CLXXXVIII, 1247.

GISLEBERTUS CRISPINUS, Westmonasteriensis abbas, patria videtur Normannus; in cœnobio Beccensi cum S. Anselmo vixit, ejus lectiones audiens; inde Romam perrexit et librum de disputatione cum Judæo composuit. Obiit an. 1117, CLIX, 1006.

GISLEBERTUS, monachus ordinis Eremitarum, floruit XII sæc.; scripsit ad Petrum S. Joannis Pictaviensis ejusdem ordinis monachum, CLXXXIX, 362.

GISLUINUS quidam partem hæreditatis dedit ecclesiæ S. Salvatoris quæ constructa fuit in pago Riporum, quæ donatio recepta est in monasterio Werthinensi absque anni mentione, sæc. IX, XCIX, 816.

GISULFUS II, Langobardorum dux, Grimoaldi II filius, ducatu quo privatus fuerat ab avunculo potitus est an. 742, multa dona peregit monasterio Cassinensi an. 768. LXXXVII, 1392.

GLABER RODULFUS, *vide* RODULFUS.

GLIRIGEOTI, ducissa, cum Guido de Bonavalle unum e suis, Joannem de Alludia convincere vellet de homicidio, ad Theobaldum comitem Blesensem et fratrem suum confugit et ut interveniat deprecatur, an. 1200, CCVII, 476.

GLYCERIUS, imperator Romanus, purpura indutus est a Gundobaldo rege Burgundorum. Sed Leo Orientis imperat. eum captum, apud Salonam relegavit, ubi obiit a. 480. De eo exstat edictum adversus ordinationes simoniacas, LXXII, 111.

GODEFRIDUS, monachus Stabulensis ord. S. Bened., vir in sacris Litteris eruditus, triumphum scripsit sancti Remacli de Malmundariensi cœnobio, ipse testis oculatus, circa an., 1080, CXLIX, 287.

GODEFRIDUS, Drogonis filius et Burgundiæ dux, concessit ecclesiæ S. Arnulfi Metensis quæcumque habebat in villa de Flaviniaco an. 691. Hæc Charta spuria reputatur, LXXXVIII, 1222.

GODEFRIDUS, Alemanniæ dux, an. 708 donationem subscripsit in gratiam Magulfi presb et monachi S. Galli. Quod actum est Canstadtii ad Nekkarum in Wirtemberg. civitate, LXXXVIII, 1253.

GODEFRIDUS (S.), Ambianensis episc., antea Novigenti abbas in pago Laudunensi. Post electionem, Remis consecratus est a Manasse metropolitano; inde Ambianos rediit nudis pedibus et sic in ecclesiam ingressus est S. Firmini. An. 1115 defunctus est. Epistolas et diplomata reliquit, CLXII, 735.

GODEFRIDUS Bullonius, primus Hierosolymorum rex, ab Eustachio Lotharingiæ comite et a sancta Ida natus e primis crucem sumpsit, exercitum magnum coegit et cum fratribus in Palæstinam profectus est; multa præclare gessit et Hierosolyma capta electus est rex ab aliis Crucesignatorum ducibus. Obiit an., 1100. Codicem redegit usuum et consuetudinum quibus regeretur novum il ud regnum, scripsitque varias epistolas et diplomata, CLV, 309.

GODEFRIDUS, Lingonensis episc., donationem Warnerii de Sobernone Clarævallensi monasterio confirmavit an. 1158. De eodem exstant et aliæ chartæ et donationes, CLXXXV, 1409, 1418, 1466, 1476.

GODEFRIDUS, Lucensis fundator, *vide* AURINANDUS.

GODEFRIDUS, abbas S. Victoris Parisiensis. Gente Gallus, primum in Academia Parisiensi sacrarum litterarum magister fuit sub abbate Ervisio; vitam sanctiorem elegit inter canonicos S Victoris. Obiit an. 1194. Sermones XIX et nonnulla carmina ex eo supersunt, CXCVI, 1418.

GODEFRIDUS de Sagniaco donavit S. Mariæ de Fonteneto omnes terras quas habebat intra fines Aringiarum absque anni nota, sæc. XII, CLXXXV, 1462, 1463.

GODEFRIDUS de Castellione, uxor ejus Gertrudis et filii Hugo et Nivardus omnes suas in terris et nemoribus opes donavere monasterio Fontenetensi, teste D. Bernardo Clarævallens. sæc. XII, CLXXXV, 1465.

GODEFRIDUS, Trajectensis episcopus. Exeunte sæc. XI floruit. B. Hildegardi scribit et suum erga eam affectum exprimit, CXCVII, 176.

GODEFRIDUS, cognomine Viterbiens. a loco nativitatis, capellanus ac secretarius fuit imperatorum Conradi III, Frederici I, et Henrici IV. Chronicon scripsit universale ab Adamo ad an. 1186. Opus 20 libris partitum quod Urbano III dedicavit, et aliud opusculum cui titulus: *Speculum regum*, CXCVIII, 871.

GODEFRIDUS, monachus et sanctæ Hildegardis biographus cujus vitæ librum primum tantum scripsit. an. 1200. CXCVII, 91.

GODEFRIDUS, abbas monasterii S. Eucharii in suburbio Trevirorum quod rexit ab an., 1181 ad 1210. Guiberto Gemblacensi scripsit cui sua promisit suffragia, CCXI, 1305.

GODEFRIDUS, monachus Clarævall. circa 1256. Ab abbate suo Stephano in Italiam missus est ut monasteria visitaret et ea notaret quæ videret; hæc relatio exstat, CLXXXV, 1769.

GODEHARDUS (S.), episc. Hildesheim. In villa Bittenbach in diœcesi Pataviensi, a Christianis parentibus natus est. Anno ætatis suæ 30 monachus factus est, inde ad episcopatum electus est. Obiit an. 1038. Scripsit epistolas et Chronicon Hildesheimense, CXLI, 1159.

GODESCALKUS, de cujus vita et origine plane silent historici, sæc. XI, floruit. Sequentias varias scripsit, CXLI, 1324.

GODESCHALKUS, auctor Chronici tum episcoporum, tum abbatum Leodiensium. Videtur fuisse monachus Gemblacensis, ut Anselmus et ipse Sigebertus, et floruisse ineunte sæculo XII, CLX. 627.

GOFFRIDUS MARTELLUS, Andegavensis comes, monasterium S. Trinitatis Vendocinensis fundavit et sub tutela sua servavit an., 1150, CLVII, 35.

GOFFRIDUS, Abbas Vindocinensis et S. Priscæ cardinalis. Patria Andegavus, nobili genere natus, a puero in Vindocinensi monasterio educatus est. Novitius adhuc et vix diaconus ejusdem cœnobii electus est abbas. Strenuus Ecclesiæ Romanæ defensor, ter Romam adiit, sed demum ab adversariis papæ detentus, obiit an., 1152. Epistolas, varia opuscula et sermones multos reliquit, CLVII, 9.

GONDEMARUS, Gothorum rex, thronum conscendit an. 610 : Toleti obiit an. 612. De eo superest decretum de Ecclesia Toletana, LXXX, 180.

GONTHERUS, Spirensis episc. floruit, sæc. XII, S. Hildegardi de monte S. Roberti in Pingis abbatissæ scripsit ut ejus precibus se commendaret. CXCVII, 171.

GORGA (Petrus), multas donationes fecit Hugoni Gratianopolitano episc., sæc. XII, CLXVI, 1574.

GOSBERTUS, de Curamonte cum filio suo Gunberto donaverunt monasterio Sithivensi quidquid possidebant in pago Bononiensi super fluvium Ediviniam an. 831. Per aliam chartam an. 828 jam dederant basilicam S. Salvatoris, CXXXVI, 1270, 1272.

GOSBERTUS, de quo nihil certi constat. Illius exstat acrostichum carmen ad Guillelmum Blesensem comitem, CXXIX. 1147.

GOSCELINUS seu GOTSELINUS, Cantuar. monachus Patria Morinensis : S. Bertini monachus primum fuit, deinde ob eximias animi dotes abbas factus est. Vitas sanctorum Angliæ plures scripsit. Obiit an. 1100, CLV, 9, *et seqq.*

GOSCELINUS, Belvacensis decanus, florebat XII sæc.; ad Radulfum Remens. archiepisc. scripsit de domibus canonicorum a sæcularibus non possidendis, CLXIII, 1421.

GOSLENUS, Carnot., episc., florebat temporibus Sugerii S. Dionysii abbatis, apud quem se excusat quod ab eo invitatus ad S. Patroni solemnitatem adire non possit ob adventum inopinatum D. episcopi Antissiod., an. 1145, CLXXXVI, 1399.

GOSLESIUS Suessionensis, *vide* JOSLINUS.

GOTHERUS, decanus capituli Tornac. scribit ad Lambertum Atrebat. episc. ut scripto terminetur controversia sui capituli cum monachis S. Martini, sæc. XII, CLXII, 697.

GOTHMANNUS in Syria constitutus et possessor, quasdam terras vendit canonicis S. Sepulcri, an. 1161, CLV, 1200.

GOTTESCHALCUS, Orbacensis monachus ordin. S. Bened. in diœcesi Suession., errores quosdam circa prædestinationem professus, motus excitavit in Gallia; plurimis conciliis citatus, condemnatus et excommunicatione percussus in carcerem trusus est; tandem professioni orthodoxæ nomen dedit, an. 860, CXXI, 346.

GOYLA sive GOYLANA, Bonuasi cujusdam uxor, plurima dona contulit ecclesiæ S. Benigni Divionensis post ejus et mariti sui obitum possidenda, an. 734, sub Theoderico rege, LXXXVIII, 1287.

GOZECHINUS, scholasticus, natione Germanus, Leodii aliquandiu litteras docuit, ubi inter discipulos habuit Valcherum quemdam valde sibi charum ad quem longam scripsit epistolam, an. 1059, CXLIII, 907.

GOZPERTUS, abbas Tegernseensis, XI incunte sæc. floruit. Nonnullas reliquit epistolas pietate plenas, CXXXIX, 350.

GRADONICUS (Augustinus), Aquileiensis patriarcha. De eo exstat charta concessionis pedi pastoralis capitulo Utinensi, an. 1629, XCIX, 682.

GRATIANUS (Flavius), Occidentis imperator. E Sirmio in Pannonia ortus, Cæsar factus an. 367, patri Valentiniano successit an. 378. Trucidatus est an. 383. De eo exstant decreta quædam et epistolæ, XI, 1181; XIII, 583; XVI, 875.

GRATIANUS de Clusio, monachus S. Felicis Bononiensis ord. S. Ben. Vir eruditione insignis, celeberrimum exaravit opus quod intitulavit : *Decretum* seu *concordantia discordantium canonum*, in quo insudavit 24 annos. Obiit an. 1152, CLXXXVII, 9.

GRATIANUS, subdiaconus Romanus et papæ notarius

Alexandri III, sæc. XII florebat; a quo duplex exstat epistola de morte beati Thomæ Cantuar., CXC, 985.

GRATUS, episc. Carthag. Schismaticorum animum continuit et plurimos adduxit ut Ecclesiæ potestati obedirent, legibus Constantini fretus, an. 349, Concilio præfuit Carthag. et canones adversus Donatistas decrevit, VIII, 774.

GREGORIUS (S.), Turon. episc. Claris ex parentibus, Celtico Galliarum tractu in Arvernia natus est, apud S. Gallum Claromontanum episc. et ejus patruum educatus est; deinde in manus venit piissimi viri Aviti; ita crevit illius eruditionis et sanctitatis fama ut ad sedem Turonensem evectus sit. Historiam ecclesiasticam Francorum conscripsit et vitas veterum Galliæ apostolorum. Obiit an. 595, LXXI, 9.

GREGORIUS I (S.) papa, Magnus merito dictus, Ecclesiæ doctor. Natione Romanus, Gordiani et Silviæ filius, de spectabili senatorum familia. Primum monachus factus est, demum pontifex creatus, an. 590. Ad fidem adduxit Britannos et Gothos ex Arianismo retraxit. Ex illo habemus libros Moralium in Job, Pastoralem, et innumeras epistolas quæ tot variis videntur tractatus. Obiit an. 604, LXXV-LXXIX.

GREGORIUS II (S.) papa. Natione Romanus, primum monachus ord. S. Bened. electus est, an. 715, obiitque an. 731. De eo exstant epistolæ et decreta, LXXXIX, 454.

GREGORIUS III (S.) papa. Natione Syrus, antea cardinalis presbyt. imperante Leone III pontifex factus est, an. 731. Obiit autem an. 741. De illo supersunt epistolæ et excerpta de diversis criminibus remediisque afferendis, LXXXIX, 533.

GREGORIUS IV papa. Natione Romanus, sedit ab an. 828 ad 844. Valentino successit. De eo epistolas habes, CVI, 842.

GREGORIUS V papa. Ex Alemannia ortus, antea Bruno dicebatur et monasticam vitam in Ord. S. Ben. professus, a plebe cleroque Romano creatus est, an. 996, ob largas quas effundebat eleemosynas : dictus est *Gregorius minor*, ut a Gregorio Magno distingueretur. Obiit an. 999. De eo exstant epistolæ et privilegia, CXXXVII, 899.

GREGORIUS VI papa. Gente Romanus, antea Joannes Gratianus dictus, monachus Benedictinus, vir sanctitate conspicuus subrogatus est Benedicto, an. 1045, sed anno sequenti a quibusdam factiosis simoniæ accusatus sponte dignitatem abdicavit. De eo exstant epistolæ et privilegia, CXLII, 569.

GREGORIUS VII (S.) pap. Primum Cluniac. monachus sub Hildebrandi nomine, natione Tuscus, et fabri ferrarii filius quem apud se assumpserat Gregorius VI. Pontifex creatus est, an. 1073. Firmam disciplinam Ecclesiæ restituit et multas tribulationes subiit in toto sui regiminis decursu. Obiit an. 1085. Innumeras scripsit epistolas et privilegia CXLVIII, 9.

GREGORIUS presb. Rom. et cardinalis. Sub Gregorii VII pontificatu floruit, e vivis decessit sub Urbano papa II, an. 1119. De eo exstat collectio canonum, CLXIII, 751.

GREGORIUS, Ecclesiæ Romanæ legatus, sæc. XII, florebat, nonnullas epistolas scripsit ad abbatem Aquicinctensem et ad Angelramnum Ambianensem episc., CLXVI, 851.

GREGORIUS, Petri Casinensis diaconi patruus, audito quod suus nepos e monasterio ab invidis monachis ejectus fuerat, simul quod ille et pater in quadam egestate viverent, ad eos scripsit ut apud se venirent et mensæ suæ sedere non hæsitarent, an. 1128, CLXXIII, 465.

GREGORIUS VIII pap. Urbano III successit, an. 1187. Antea nomine Albertus vocabatur, Beneventi natus, Ecclesiæ Romanæ cancellarius, vir æque eruditus ac religiosus. Obiit an. 1187. De eo tres exstant epistolæ, CCII, 1535.

GREGORIUS de Monte longo, patriarc. Aquileiens. Coram notabilibus suæ provinciæ statuit de potestate et jure archidiaconatus Aquileiensis et quædam definivit super ecclesia S. Vorlici de Utino, an. 1263, XCIX, 647.

GREGORIUS, Sabinensis a patria dictus, monachus Farfensis. An. incerto floruit. Præfationes addidit hujus cœnobii chartario. CL, 1299.

GREGORIUS IX papa (Hugolinus), Honorio III successit, an. 1227, cum Frederico imperat. multas difficiles causas habuit, libros decretalium quinque edidit, sed in Patrologia hucusque tantum exstat epistola de canonizatione S. Brunonis episc. Herbipolensis, CXLII, 34.

GRIM (Eduardus) monachus Cantuar. Primus Thomæ ab exsilio redeunti obviam fuit et ejus fidelis comes etiam cum colloqueretur cum sceleratis qui eum necaturi erant. S. Thomæ vitam conscripsit, an. 1175, CXC, 1.

GRIMALDUS, Sangallensis abbas. De eo pauca tradunt historici; sæculo IX vixit, librum scripsit sacramentorum, et epistolam ad Regimbertum scholæ magistrum in monasterio S. Galli, CXXI, 796.

GRIMAUDUS de Montibus et ejus fratres Pippinus, Rainaldus, Berengarius et Goffridus cum possiderent eclusam in Gaina sitam, contradicente Hersendi Fontis Ebraldi abbatissa, quam ipsa domui suæ concesserat ad preces Petri Pictaviensis huic terræ renuntiaverunt in utilitatem ejusdem monasterii, Ludovic. VI super Francos regnante, CLXII, 1103.

GRIMLAICUS, sacerdos et, ut videtur, monachus IX sæc. Regulam instituit pro reclusis, id est, pro S. viris qui ob perfectioris vitæ amorem se libere in cella subterranea et undique murata includebant, CIII, 573.

GRIMOALDUS, Pippini senioris filius et successor in palatii magisterio sub Sigeberto II; quo defuncto, filium Childebertum in regnum constituere tentavit, sed Clodoveo II cedere coactus est. Obiit an. 656. Exstat de eo charta qua villam Germiniacam dedit monasteriis Stabulensi et Malmundariensi an. 650, LXXXVII, 325.

GUAIFERIUS, Cassinens. monachus. Patria Salernitanus, multa edidit carmina; soluta oratione vitam scripsit S. Secundini Trojani episcopi necnon et vitam S. Lucii papæ et martyr. an. 1084, CXLVII, 1282.

GUALFREDUS, Ratehausi civis Pisani filius, in loco Palatiolo dicto territorii Lucensis monasterium condidit sub invocatione S. Petri an. 754, sub rege Aistulfo, LXXXVII, 1384.

GUALTERUS. Cabilonensis episc. Florebat an. 1118. Ad Paschalem II pap. scripsit de recessu monachorum Molismens., CCXIII, 448.

GUALTERUS, Tarwanensis canonicus regularis et archidiaconus. Florebat circa 1120, cum alio quodam cancellario non confundendus. Vitam scripsit sancti Caroli Boni Flandriæ comitis, CLXVI, 875.

GUALTERUS, Ravennatensis archiepisc. an. 1130, litteras accepit a Norberto Magdeburgensi archiepisc. in quibus documenta quædam exquirebat de novi papæ electione in locum Honorii III suffecti quem monet Gualterus Innocentium II verum esse sancti Petri successorem, Petrum Leonis autem tentasse sub Anacleti nomine S. Sedem invadere, CLXXIX, 38.

GUALTERUS, totius Galilææ princeps dona prædecessoris sui Willelmi de Buris ad Ecclesiam S. Sepulcri an. 1165 confirmat, CLV, 1217.

GUALTERUS, Cluniacensis monachus. De quo silent biographi, et GUALTERUS abbatiæ S. Martini sive Majoris monasterii abbas Compendii natus exeunte XI sæc. Hic posterior potius quam ille auctor fuit libelli de B. Mariæ miraculis, CLXXIII, 1379.

GUALTERUS, prior S. Victoris Parisiensis. Auctor est libri quatuor Labyrinthorum qui juxta Mabillonium fuere Abælardus, Petrus Lombardus, Petrus Pictaviensis et Gilbertus Porretanus, 1180, CXIX, 1127.

GUALTERUS de Castellione, magister dictus, Insulanus præpositusque canonicorum Tornacensium. Floruit exeunte XII sæc. Auctor poematis epici *Alexandreidis* in lib. X et tractatus sive Dialogi Mag. Gualteri Tornac. et Balduini Valentinian. adv. Judæos, CCIX, 419.

GUARINUS de castro Dorcas, Aldrici filius et miles, donavit monasterio S. Petri Carnot. cui præerat abbas Arnulfus villam quæ vocatur Pinus an. 1031, CLV, 271.

GUARINUS, comes Rosnacensis territorii monachus factus est et ecclesiam S. Margaretæ Cluniac. dedit et alia quædam dona contulit fratribus Dervensis monasterii quo ipse sese receperat an. 1082, CLIX, 970.

GUARINUS, Ambian. episc. notum facit quod Bernardus de Balliolo miles strenuus, cum animadvertisset se injuste detinere altaria quædam, illa, de uxoris suæ consensu, restituit monasterio Cluniacensi, an. 1138, CLXXXIX, 1065.

GUARINUS, monasterii Montis Thabor abbas, cum consensu Letardi Nazareni episc. et Lancelini prioris renuntiat possessioni quorumdam casalium propter nimiam distantiam; et hæc concessit Petro priori S. Sepulchri an. 1175, CLV, 1230.

GUARINUS, abbas S. Victoris. Post Ervisii abdicationem, præsente Richardo priore in abbatem consecratus est a Mauricio Parisiensi antistite; XII sæc. floruit; multam curam adhibuit ad damna resarcienda. Obiit an. 1192, CXCVI, 1175.

GUDELINA, regina, Theodati uxor post Amalasunthæ mortem. Plures scripsit epistolas ad pacem obtinendam, tum Theodoræ imperatrici, tum Justiniano, circa an. 536, LXIX, 812 *et seqq.*

GUDINUS, Luxoviens, ut videtur, monachus, de cujus vita et anno nihil constat. Carminis auctor est cui titulus

*Gudini Planctus* super morte Constantii monachi, CLI, 636.

GUENILO, Senonensis episc. De eo nihil ad nos traditum est, nisi quod duas epistolas scripserit, unam fidelibus suæ diœcesis, qua ipsis commendat quemdam peregrinum, alteram ad Nicolaum pap. an. 860, CXIX, 581, 608.

GUENRICUS, Trevirensis scholasticus qui XI sæc. floruit. Ad pap. Nicolaum II scripsit sub nomine S. Ulrici, de sacerdotum nuptiis, CXLIII, 1361.

GUERRICUS (B.), Igniacens. abbas. Primum canonicus Tornac. et scholæ magister, inde monachus Cisterciensis et S. Bernardi discipulus, demum factus abbas Igniac. in diœcesi Remensi, sermones multos reliquit et nonnullas spirituales epistolas. Obiit an. 1157, CLXXXVIII, 983.

GUIARDUS de Juvencurt et fratres ejus Philippus et Ariebaldus monasterio Claræ-vallensi partem alodii quam possidebant donaverunt an. 1147, CLXXXV, 987.

GUIBERTUS, abbas S. Mariæ de Novigento. Gente Gallus, ex oppido Belvacensi ortus, splendore natalium posthabito monachus factus est in Floriacensi seu S. Germani cœnobio, inde a monachis S. Mariæ de Novigento in territorio Laudunensi electus abbas. Defunctus est an. 1124. Scripta tum moralia, tum dogmatica reliquit, CLVI, 9.

GUIBERTUS, Gemblacensis (*Gembl'ours*) et postea Florinensis abbas, Martinus cognomine. Circa an. 1194 abbas creatus Gemblac., unde transiit ad Villare cœnobium; postea Turones petiit, demum prior rediit Gemblacum, ubi senex obiit an. 1208. De eo exstant epistolæ non paucæ, CCXI, 1280.

GUICHARDUS, archiepisc. Lugdun., alias Wicardus et Vicardus. Primo monachus ordinis Cisterciensis, inde abbas Pontiniacensis, episcop. electus est an. 1164 adversus Drogonem, ut patet ex epistola Drogonis et canonicorum Lugdun. Scripsit antiqua documenta Lugdunensis Ecclesiæ, CXCIX, 1086.

GUIDO, episc. Podiensis, Fulconis Boni Andium comitis filius, antea abbas Cormaricensis monast. Obiit an. 996. De eo supersunt statuta et tres chartæ, CXXXVII, 855.

GUIDO Aretinus (D'Arezzo), S. Crucis Avellanæ monachus deinde abbas, ord. S. Bened., a Benedicto VIII pap. Romam accersitus est propter cantus insigne studium. Obiit an. 1034. De eo exstant opera musica, CXLI, 375.

GUIDO de Castellione, Rhemensis archiepisc. electus est an. 1033; defunctus et sepultus ad S. Rhemigium an. 1053. Ejus nonnulla exstant diplomata, CXLII, 1400.

GUIDO, Ambian., inunctioni Philippi Francorum regis interfuit an. 1059. Litteras coluit sub Enguerranno in abbatia S. Riquerii. Obiit an. 1074. Ejus exstat Breve Chronicon monasterii S. Riquerii, CXVI, 1503.

GUIDO de Rupe et Richardus frater ejus teloneum remiserunt quod accipiebant in naves quæ ad Rothomagum per Sequanam transeunt et redeunt an. 1080, CLV, 316.

GUIDO, Farfensis abbas, ad S. Bened. in ducatu Spoletino an. 1039 electus. Librum scripsit de usu et ordine statutis in suo monasterio. Obiit an. 1098, CL, 1191.

GUIDO, Viennensis in Germania archiepisc. Concil. convocavit et Henricum V imp. eo quod investituras usurpasset excommunicavit, de quo Paschalem II pap. monet. per epistolam an. 1112, CLXIII, 465.

GUIDO, Molismensis abbas ord. S. Bened. De consensu totius conventus monachis Claræval. concessit quidquid possidebat in loco Hais dicto pro censu annuo XII denariorum an. 1131. CLXXXV, 979.

GUIDO, summus S. Sedis cancellarius et cardinalis. Ad eum scripserunt monachi Stabulenses super Wibaldi abbatis sui electione in abb. Corbeiens Ad Wibaldum ipse scripsit et suæ electionis confirmationem tradidit an. 1147. Alia ejusdem ad eumdem exstat epistola, CLXXXIX, 1147, 1162.

GUIDO de Sobernone comes, uxor ejus Ermengardis et nepos Oddo de Mirabello terras quasdam cesserunt monasterio monialium S. Mariæ an. 1149, CLXXXV, 1119.

GUIDO, Cariloci abbas. De eo nihil fere certi constat; floruit XII sæc. Abbas abbatiæ Cariloci in Burgundia super Sequanam sitæ ordinis Benedict. non autem Cisterciens. fuit. Guido, cui duas epist. scripsit S. Bernardus, auctor est tractatus de correctione cantus ordinis Cisterciensis, quem quidam tribuerunt ipsi Bernardo, CLXXXI, 1720.

GUIDO, Pontiniacensis abbas, XII sæc. florebat. Litteris Sugerio commendat causam Thesaurarii Antissiodorensis. CLXXXVI, 1413.

GUIDO, archiepisc. Senonensis. Ad papam Gregorium VII scribit ut purgetur Laudunensis episc. de criminibus ipsi objectis, an. 1180, CCII, 1565.

GUIDO de Sauz et uxor ejus Elisabeth fundaverunt ecclesiam collegiatam de Sauz an. 1197, CLXXXV, 1437, 1438.

GUIDO, Alverniæ comes, apud Innocent. III pro fratre suo intercedit, qui, etsi Claromontanus episc., se turbis conjunxerat Coterellorum et Basclorum, cum quibus incendia et vastationes ubique exercebat et in terris etiam fratris sui an. 1198, CCXIV, 460.

GUIDO, Pontivorum comes, apud Abbatisvillam videre sperans Ludovicum principem regis filium, instat apud Lambertum Atrebat. episc. ut secum veniat et veniam illius non neget. Vixit XII sæc., CLXII, 664.

GUIDO, Claræ-vallensis abbas, postea Prænestinus episc. et cardinalis, demum archiepiscopus Remensis factus est. Floruit ab an. 1190 ad 1210. De eo plures chartæ surpersunt, CLXXXV, 1415; CLXXXIX, 1447.

GUIDO, Cabilonensis episc. testatur dominam Beatricem domni Guillelmi de Sauz recognovisse coram se cepisse et tenere omnia quæ habebat apud Andenay, ab Hugone Burgundiæ duce pro 20 libris Viennensium an. 1265, CLXXXV, 1454.

GUIDO de Dampetra, Flandrensis comes. Cum rege Philippo Bello rem habuit, contra quem cum Anglorum rege, fœdus iniit; sed captus et Compendiensi castello inclusus est, ubi obiit an. 1305. De eo exstant epistolæ ad regem Anglorum et Robertum filium ejus, CLXXXV, 1853, 1861.

GUIGO I, prior Carthusianus cognomine de Castro. Natione Gallus, patria Delphinus, e Valentiæ territorio ortus, quintus prior Carthusiæ Majoris a S. Brunone, et D. Bernardo charissimus. Plura scripsit immortalitate digna, ut epistolas, meditationes, consuetudines et præcipue. Vitam S. Hugonis Gratianopolit. episc. Obiit an. 1137, CLIII, 591.

GUIGO II, prior generalis Carthusiæ Majoris. De hujus patria nil traditum est; munus abdicavit an. 1176, et defunctus est an. 1188. De eo exstant varii tractatus, Scala paradisi, liber de quadripartito exercitio cellæ, CLIII, 785.

GUILENCUS sive WILENCUS, episcopus factus est Lingonensis an. 1125 et Josecranni successor. Memorat quomodo condita sit abbatia Morimundensis ab an. 1114 a D. Odalrico de Acrimonte, deinde enumerat abbatias quæ exinde exstructæ sunt a monachis Morimund. usque ad an. 1126, CLXXXV, 1441.

GUILLELMUS, Cabilonensis monachus. De eo nihil scimus nisi quod narrationem reliquerit de fulgurita ecclesia sui monasterii an. 865, CXXXIV, 1017.

GUILLELMUS V Aquitaniæ dux, Guillelmi IV Pictavorum comitis filius in innocentia morum virtutibusque eminuit; plurima fundavit monasteria, e vita migravit an. 1030. Illius habemus epistolas et chartam, CXLI, 823.

GUILLELMUS (S.), abbas S. Germani a Pratis. Genere nobilis, sed nobilior sanctitate; primum Luciacensis monachus in Italia, et Cluniacensis in Gallia, deinde prior S. Saturnini de Portis ad Rhodanum, diœcesis Uceticensis (vulgo le pont S. Esprit), postea Divionensis abbas S. Benigni, et tandem S. Germani a Pratis Parisiis ex jussu Roberti regis. De eo superest epistola seu charta ad fratres S. Germani a Pratis, CXLI, 834.

GUILLELMUS Apulus. De ejus professione nihil refertur; auctor habetur carminis in quo laudantur gesta Normannorum in Sicilia, Apulia et Calabria, CXLIX, 1019.

GUILLELMUS, abbas S. Arnulfi Metensis, Gregorio VII papæ (Hildebrando) familiaris fuit qui eum ad abbatiam S. Remigii multo digniorem extollere voluit, sed renuit vir ille plane modestus. An. 1090. Exstant ex illo epistolæ et oratio in festo S. Augustini recitandæ, CL, 871.

GUILLELMUS, Rothomagensis archiepisc. Ineunte XII sæc. vixit temporibus Lamberti Atrebatensis episc., ad quem duas epistolas scripsit quosdam ei commendans, CLXII 650, 683.

GUILLELMUS, Petragoricensis episc. et canonicorum S. Frontonis abbas, locum quemdam ad habitandum concessit B. Roberto de Arbrissello pro sanctimonialibus Fontis Ebraldi an. 1120. CLXII, 1195. CLXVI, 851.

GUILLELMUS Bizuntinus archiep. eccles. de Alta Petra quondam religione destitutam Pontio Cluniac. abbati donavit ut monachis incolendam traderet an. 1120 CLXVI, 847.

GUILLELMUS de Campellis, Catalaunensis episc. E Campellis diœcesis Parisiensis in Bria ortus, sub Anselmo litteris operam dedit, deinde archidiaconus Parisiensis factus est et demum ad episcopat. Catalaun. evectus, obiit an. 1121. Chartam et opuscula quædam scripsit. CLXIII, 1037.

GUILLELMUS, de Birontio et uxor ejus Alpaidis multa donaverunt Roberto de Arbrissello et ejus monasterio Fontis Ebraldi, XII ineunte sæc. CLXII, 1110.

GUILLELMUS de Mausiaco, regis senescalcus, Hierosolymam profecturus ad Sugerium scripsit, quem amicum vocat circa an. 1147 CLXXXVI, 1357.

GUILLELMUS, Guarescous de Cowleng, monasterio Claræval. donavit quidquid habebat in Petrecinii finagio, absque ulla restrictione an. 1147, CLXXXV. 989.

GUILLELMUS S. Theodorici abbas juxta Rhemos factus est an. 1120; sed in gratiam S. Bernardi amici sui in cœnobium Igniacense ingressus est : obiit an. 1153. Multa eximia scripta reliquit. CLXXX, 185.

Vide insuper CLXXXIV, 365, CLXXXV, 221, 225.

GUILLELMUS, S. Dionysii Parisiensis monachus. Temporibus Sugerii magistri sui et abbatis vixit, cujus et vitam descripsit in tres libros, et carmen cum epistola encyclica super ejusdem obitu tradidit. CLXXXVI, 1193.

GUILLELMUS DANDINA, monachus Grandimontensis, florebat post medium sæc xii. Vitam dedit B. Hugonis de Lacerta S. Stephani hujus ordinis fundatoris discipuli, et Itinerarium reliquiarum S. Ursulæ, CCIV, 1181.

GUILLELMUS, quartus Troyanus episc. in gratiam Guillelmi prioris canonicorum S. Sepulchri simul et fratris sui libertatem concessit ecclesiæ in Troya fundatæ et ad illud capitulum pertinentis an. 1172. CLVI, 1252.

GUILLELMUS de Trahinaco, prior Grandimont. sextus, Lemovicensi diœcesi ortus. Jejuniis, vigiliis et orationibus intentus prioratum feliciter gessit. Epistolas scripsit. An. 1174. CCIV, 1176.

GUILLELMUS, archiepisc. Tyrensis in Syria. Nobili genere natus, primum archidiaconus fuit Ecclesiæ Tyrensis, deinde ad archiepisc. evectus est; eximium opus scripsit cui titulus : Historia rerum gestarum in partibus transmarinis, an. 1183. CCI, 201.

GUILLELMUS II, Siciliæ rex, Bonus dictus, Guillelmi Mali filius et successor, floruit ab an. 1166 ad 1189. De eo exstat epistola ad Henricum II Anglorum regem. qua dolere dicit de tribulationibus quas ille patiebatur ob filiorum rebellionem, CXC, 1062.

GUILLELMUS, marchio, filius marchionis Pelavicini, cum rebellasset adversus Romanam Ecclesiam rediit et juravit stare mandatis Ecclesiæ et papæ, quod actum est in urbe Regiensi et sub porticu ecclesiæ S. Jacobi de cura Dei an. 1205. Aliam peregit donationem Mutinensi episcopo. CCXV, 695, 696.

GUILLELMUS, Flaviniacensis abbas, ad Stephanum priorem Vallis S. Mariæ de Talanto et Simonem Majorem Domus S. Antonii Citensis testamentum misit domnæ Blanchæ de Sobernone an. 1271, vetere sermone Gallico, CLXXXV, 1475.

GUILLELMUS, dominus Salionis et Domicellus et ejus uxor Margarita canonicis S. Mariæ Salionis dedit septem cartalia saiis quotannis solvenda die festo Omnium sanctorum an. 1284. Sermone Gallico sæculi xii scripta est hæc charta. CLXXXV, 1439.

GUILLELMUS FLAMMENG, primum canonicus Lingonensis, inde presbyter Montleriensis, demum ordinem Claræval. ingressus est : poesim excoluit et sanctorum Vitas scripsit. De eo exstat sermone Gallico vita S. Bernardi et epitaphium ejusdem matris. Floruit ineunte sæc. xvi. CLXXXV. 1403.

GUILLERMUS de Monte Acuto, dominus de Moalein et uxor ejus Jacquetta promittunt solvere annuatim sex bladi sextarios ad mensuram pagi Sabernonis in sua grangia de Moalein, juxta intentionem Hervirii quondam Sombernonis domini an. 1255. CLXXXV. 1428.

GUITMUNDUS, archiepisc. Aversanus et cardinalis. Ante monachus ord. S. Benedicti in cœnobio S. Leufredi in Nortmannia an. 1090. Ex illo exstant libri tres *De corporis et sanguinis Domini veritate in Eucharistia, Confessio de SS. Trinitate et humanitate Christi, Epistola ad Erfastum, et oratio ad Guillelmum regem.* CXLIX, 1426.

GUNDECHARUS, Eichstetensis episc. alias dicitur Gunzo. Ex Ragimhero et Irmingarde natus est an. 1019. Ab infantia enutritus et doctus est Echstadii, deinde canonicus fuit, capellanus Agnetis imperatricis, denique episcopus electus est an. 1047 : obiit an. 1073. Ejus exstat liber *Pontificalis*. CXLVI, 979.

GUNDULFUS. Roffensis episc. Diœcesi Rothomag. in territorio Velcasino natus apud Rothomagum litteris studuit, ecclesiæ S Mariæ clericus factus; deinde Beccensi in monasterio vestem induit monachalem; demum electus est episc. an. 1076 : Obiit autem an. 1108. De eo duæ exstant epistolæ CLIX. 835.

GUNDWINUS et ADELBOLDUS, Hildigrim episc. prædia quædam vendiderunt an. 784, regnante Carolo Magno. XCIX, 809.

GUNTHARDUS et ALTIWINUS. Altfrido episc. vendiderunt quidquid habebant de Silva Witerowald pro libris tribus : quod actum est in Werthinensi monasterio an. 848, XCIX, 813.

GUNTHARIUS, episc. Coloniensis. Ambitione abreptus in causa Lotharii regis Lotharingiæ et Thietbergæ uxoris suæ legitimæ Nicolai papæ sententiam impugnavit, unde depositus est et excommunicatus ille prævaricator Ecclesiæ præsul, qui postea pœnitens in Italia obiit an. 1073. De eo exstant diabolica advers. Nicolaum pap. capitula, et retractatio data Adriano II. CXXI, 378.

GUNTHERUS, Cisterciensis monachus et poeta primum scholasticus, postea monachus in Basileensi monasterio circa 1200. De eo exstant liber sive tractatus de oratione, jejunio et Eleemosyna et poema de rebus et gestis imperat. Frederici, CCXII, 95.

GUNZO, diaconus Novariensis et grammaticus. Nihil de hujus vita certi constat. De eo nonnullæ exstant epistolæ. CXXXVI, 1279.

GURHEDENUS, Kemperlegiensis monachus, controversiam refert quæ olim exstitit inter monachos S. Crucis Kemperleg. et Herveum Rotonens abbat. quæ judicio Paschalis II dirimenda commissa est (sæc. xii), CLXXII, 1327.

GUTHURNUS, Anglo-Danorum rex, cui ad fidem converso Athelstani nomen ab Alfredo impositum est (vide Athelstanus). CXXXVIII, 455.

GWNIL BOOSDOTHER, canonicus S. Willelmi de Paraclito bona non pauca dedit consentiente fratre suo Boossoni (sine temporis nota). CCIX, 869.

## H

HADOINDUS (S.), Cenomanensis episcopus. Natione Francus sive Gallus et e nobili prosapia ortus, Bertichramno successit. Defunctus est a. 638. Ex illo exstat testamentum, CLXXX, 566.

HAIMINIUS, monachus et abbas S. Vedasti Atrebat. Antea discipulus Alcuini, ipse deinceps discipulos habuit inter quos Chilonem quem liberales edocuit artes; obiit a. 834. De eo exstant duæ epistolæ et sermo in Natali S. Vedasti, CV, 756.

HAIMO, clericus Laudunensis, a Guidone Laudunensi decano et Catalaunensi episcopo adductus est et paulo post archidiaconus factus. Ipse post Bartholomæum Guidonis successorem consecratus est circa a. 1152. De eo habetur epistola ad sanctum Bernardum, CLXXXII, 691.

HAITO, *vide* AHITO.

HALDOINUS, quondam abbas Altivillarensis in agro Rhemensi. Nonnullos versus composuit ad laudem S. Remigii, ut in ejus tumulum apponerentur post translationem quæ facta est metu Normannorum in præfatum monasterium an. 849, CXXIX, 1033.

HALINARDUS, Lugdunensis archiepisc. E nobili domo Burgundiæ ortus apprime litteris eruditus, primum monachus factus est in S. Benigni Divionensi cœnobio. Obiit an. 1052. Ex illo exstant nonnullæ epistolæ, CXLII, 1334.

HALITGARIUS, Cameracensis episc. electus est a. 817; conventui Parisiensi de cultu sacrarum imaginum adfuit. Obiit an. 831. Ex illo exstant libri v de vitiis et virtutibus et de ordine pœnitentium, CV, 650.

HARDRADUS, monasterii de Loningaheim abbas aquedam emit Waldeberto pro 200 solidis quidquid possidebat in Lonningaheim an. 776, CXXXVI, 1212.

HARIULFUS, Aldenburgensis abbas. A puero S. Richerii monasterium ingressus est ubi vota monastica egit sub Gervino II abbate an. 1075. Postea ob meritorum suorum famam a fratribus Aldenburg. abbas electus an. 1105; quod munus servavit ad an. usque 1142, quo obiit. Chronicon scripsit monasterii S. Richerii, et insuper Vitas sancti Maldegisili et B. Gervini cui successerat, CLXXIV, 1211.

HARMOTUS, Sangall. abbas. E claro Burgundiæ ducum sanguine ortus; ab adolescentia habitum monachalem induit in cœnobio S. Galli; inde Fuldense petiit monast. auditurus illustrem Rabanum Maurum : postea ad suum reversus monasterium ibi 30 annos reclusus permansit an. 884. Plurima scripsit quæ ad nos non pervenerunt, CXXVI, 990.

HARTMANNUS, S. Galli monachus, temporibus Grimaldi abbatis, floruit an. 850 : unus est e biographis S. Wideradæ; idem scripsit versus quosdam, CXVI, 23.

HATO, Trecensis episc. Rogante S. Bernardo Claræval. abb. concessit Guidoni abbati et monachis Arremarensibus vetus atrium de Clareio et capellam quæ ibi exstat, ea conditione ut presbyter Clareii nihil accipiat, an. 1145, CLXXXV, 985, 1919.

HAWARDUS, partem proprietatis quam habebat ad Tegarendorf per manum Armimari cognati dono contulit monasterio S. Emmerammi, sæc. ix, CXXIX, 940.

HAYMO, Halberstatensis episc. Natione Tento, Alcuini primum discipulus, deinde Rabani Mauri, qui eum amicum habuit. Ex monacho Fuldensi factus tertius abbas Hersfeldensis, et demum Halberstat. episc., obiit a. 813. Ex illo habemus commentaria biblica, homilias et Miscellanea, CXVI-CXVIII.

HAYMO de Marmania, monasterio Fonteneti in quod ingressurus erat et cujus Willelmus abbas erat, prius quamdam donavit terram juxta Saigniacum sitam (absque anni nota). Idem prædium dedit pro fundatione abbatiæ Septem Fontium ord. Cisterc. an. 1156, CLXXXV, 1462, 1479.

HAYMO de Asyreio, major communiæ Divionensis testatur dominum Milonem de Fontanis burgensem Divionensem, et Joannem ejus filium vendidisse et tradidisse Alaidi Burgundiæ ducissæ domum et tenementum quod habebant apud Divionem supra ripam Susionis an. 1237, CLXXXV, 1456.

HEBERNUS, archiepisc. Turon. Floruit medio sæc. IX; prius abbas fuit Majoris Monasterii. Scripsit historiam miraculorum S. Martini post corporis ejusdem translationem, CXXIX, 1035.

HEDDO, Stradburg. episc., dona confirmat monasterio S. Arnulfi Augiensi collata a Rottardo ejusdem fundatore, et ipsi privilegia concedit an. 748, LXXXVIII, 1314, 1318.

HEDENUS alias HETANUS, Gosberti Thuringiæ ducis filius, una cum Theodadra conjuge dona quædam concessit S. Willibrordo Traject. archiepisc. an. 704 et 716, LXXXIX, 535, 548.

HEDILO, Noviomens. episc. Ad Didonem Laudun. episc. scripsit pro Arnegiso presb. ut in ejus parochiam migrare ipsique subjici liceat an. 892. De eodem exstat epistola ad Rodulfum Laudun. episc. pro Rotgero diacono, an. 902, CXXIX, 1394.

HELDERICUS, monasterii S. Simeonis Trevirensis præpositus, XII sæc. floruit. Scripsit sanctæ Hildegardæ, cujus precibus sese commendavit, CXCVII, 312.

HELENA Augusta, Constantini Magni mater, pietate insignis, multas condidit ecclesias, in Loca sancta peregrinavit, crucem Salvatoris invenit, pauperibus largas erogavit eleemosynas, et octogenaria e vita recessit circa 325. De ea exstat epistola ad Constantinum filium, VIII, 60, 527.

HELGAUDUS, monachus. Natione Gallus, in abbatia S. Benedicti super Ligerim, sive in Floriacensi monasterio juxta alios, tempore quo Goscelinus abbas suffectus est in locum docti Abbonis, e vivis migravit an. 1048. Vitam scripsit beati Roberti, Francorum regis, CXLII, 1263.

HELINANDUS, Frigidi Montis monachus, e nobili genere in Flandria natus, in Gallia, quo aufugerat pater ejus, claruit et vitam monasticam amplexus est in monast. Frigidi Montis ordinis Cisterc. Sermones eleganter scripsit, librum de bono regimine principis, epistolam ad Galterum et chronicon. Obiit circa 1219, CCXII, 477.

HELINGERUS, abbas S. Disibodi. Vixit exeunte XII sæc. Seipsum accusat apud S. Hildegardem Montis S. Roberti abbatissam, et conqueritur de labante in suo monasterio disciplina, CXCVII, 204.

HELLADIUS, Tarsensis episc. Nestorium in hæresi secutus est. Ipse et Eutherius epistolam miserunt ad S. Xistum papam, sperantes sibi propitium fore, adversus Cyrillum Alexandrin. deblaterantes, et de concilio Ephesino veritatem corrumpentes, an. 450, L, 593.

HELMBRATTUS, Regimberti filius, amisso proprio filio Ledbrato, partem notabilem hæreditatis suæ dono tradidit Ecclesiæ S. Salvatoris Wertinensis, Ludovico Pio regnante (sæc. IX), XCIX, 808, 812.

HELOISSA, Fulberti Parisiensis canonici neptis, primum amasia postea conjux Abælardi præceptoris sui fuit, ex quo vindictam atrocem sumpsit Fulbertus. Exinde velum sumpsit Heloissa et Parthenonis Paraclitensis quod condiderat Abælardus prima fuit abbatissa. Perita fuit in linguis, et artes liberales coluit : obiit a. 1164. De ea exstant epistolæ ad Abælardum, CLXXVIII, 181, 191.

HELPERICUS, monachus Sangallensis factus an. 980. Auctor est libri de computo ecclesiastico. CXXXVII, 17.

HEMMINGUS, monachus et presb. Wigorniensis, Gente Anglus claruit exeunte XI sæc. Libros V scripsit de Wigorniensi Ecclesia, de dotatione, privilegiis et possessionibus, CL, 1490,

HENRICHEZIUS (Chrysostomus), ordinis Cist. monac. Obiit an. 1632. Auctor est plurimorum scriptorum ad historiam ordinis sui pertinentium. De eo exstat fragmentum super matre sancti Bernardi, CLXXXV, 1402.

HENRICUS, Berngeri filius, bona quædam tradidit Ecclesiæ S. Salvatoris in pago Riporum sitæ; an. 855, XCIX, 810.

HENRICUS I, Othonis filius, Conrado I imperatori successit; Danos, Slavos, Hungaros etc. devicit; varia diplomata et constitutiones emisit. Obiit an. 936, XCVIII, 609, 625.

HENRICUS, Parmensis episc., XI sæc. floruit. De ejus vita nihil nobis constat.. Sermonem scripsit de Domini Paschate, CXXXIX, 1530.

HENRICUS II (S.) Augustus, Germaniæ imperat., natus ex Henrico duce an. 972, imper. proclamatus an. 1002, et an. 1024 defunctus est. Ex illo supersunt leges, constitutiones et diplomata ecclesiastica, CXL, 9.

HENRICUS III, Germaniæ imp., Conradi II frater et successor, papæ Gregorio VI restitit, cum Bohemis et Hungaris bellum gessit. Obiit an. 1056. Quædam de eo exstant diplomata, CXLII, 53; CLIX, 951; CL.

HENRICUS I, Roberti filius et successor in Francia. Sub ejus regno fames et bella plebem decimaverunt; obiit an. 1060. De eo exstant diplomata quædam, CLI, 1025.

HENRICUS et ejus frater MORINUS, militiæ addicti, primum ambitione abrepti lucrum sumebant ex pravis consuetudinibus ab eis impositis in locum S. Georgii; sed deinde admonitione et precibus Eustachii abbatis devicti prædictas abolevere consuetudines an. 1086, CLV, 362.

HENRICUS, Pomposianus clericus. De eo nobis nihil traditur apud biographos. Sæculo XI floruit; superest epistola ad Stephanum philosophiæ magistrum, CL, 1346.

HENRICUS Burgundiæ dux, Roberti filius, Hugoni I successit. An. 1098 Portugaliæ regnum adeptus est; Gregorio monasterii S. Sequani abbati quædam concessit ut celebraretur singulis annis anniversarium obitus patris sui, an. 1003, CLXXXV, 1402.

HENRICUS IV, Germaniæ imperator, filius Agnetis et Henrici III cui successit, inter multas difficultates coronam obtinuit, denique a filio Henrico devictus huic sceptrum relinquere coactus est, et Leodii misere obiit an. 1106. Adversus papam rebellis statuerat antipapam Clementem quem imposuerat universis suis subditis. Supersunt de eo nonnullæ epistolæ ad sanctum Hugonem Cluniac., CLIX, 932 passim.

HENRICUS, Bajocensis episcopus, canonicis Ecclesiæ suæ concessit domos Conani quondam thesaurarii sui perpetuo possidendas pro censu annuo sex librar. Andegav. an. 1108. Per aliam chartam eidem capitulo dedit decimam silvæ de Nuilleio et de Racineto, CCVII, 1157, 1159.

HENRICUS V, Germaniæ imp., qui a Guidone Viennensi archiep. excommunicatus fuerat et a papa Paschali correptus, ad prædictum Guidonem rescripsit ut ecclesiastici omnes suæ provinciæ regalia et feuda sua Cæsari resignent et ut decimis in Ecclesia contenti vivant, circa 1112, CLXIII, 467.

Henricus, Lucensis episc. Huic scripserat Norbertus Magdeburg. archiep. super electione Honorii papæ successoris; eum monet Henricus Petrum Leonis tentavisse usurpare summum pontificium Anacleti nomine, et turbas et cædes provocasse, omnes autem orthodoxos fideles et episcopos de Tuscia, Longobardia et ultramontanis partibus, solum Innocent. II profiteri et clamare legitime electum an. 1130, CLXXIX, 40.

HENRICUS, Senonensis archiepisc. Ad Stephanum Parisiensem episc. scripsit, ipsum invitans ut ad Pruvinum veniat ad causam interdicti super archidiaconum suum explicandum, et ut illud, si possibile sit, perimat, an. 1132, CLXXIII, 1411.

HENRICUS I, Anglorum rex, tertius Willelmi Conquestoris filius, fratri suo Willelmo Rufo successit an. 1100; bellum habuit cum Francorum rege et comitibus Andegav : obiit an. 1137. Nonnullæ epistolæ de eo supersunt, CLIX, 235 et passim.

HENRICUS, archidiaconus Huntingdonensis, antea canonicus Lincoln. De eo habemus Anglorum historiam in VIII libris (sæc. XII), CXCV, 797.

HENRICUS Salteriensis, natione Hibernus, monachus fuit ord. Cister. Libellum scripsit *De Purgatorio sancti Patricii* quod dedicavit ad Henricum de Sartis an. 1140, CLXXX, 971.

HENRICUS, Vintoniensis episc. Ex. Anglia in Franciam profugus, Sugerium rogat ut nuntium mittat ad Sibyllam Flandriæ comitissam salvum conductum pro se petiturum. De eo exstat ad eumdem epistola qua regis Angliæ negotia commendat. (an. 1147), CLXXXVI, 1432, 1434.

HENRICUS, monachus Stabulensis, qui Romam missus fuerat ut a S. Pontifice confirmationem obtineret electionis Wibaldi in abbatem Corbeiensem. Rationem reddit eorum quæ egit apud papam, an. 1147, CLXXXIX, 1145, 1365 et seqq.

HENRICUS, Namurcensis comes. Cum causam quamdam haberet cum Virdunensi archidiacono, Eugenio papæ scripsit se paratum esse ea servare quæ Treviris in curia papæ ordinata fuerant, timens ne ipse et res suæ interdicto subjicerentur, an. 1148, CLXXX, 1622.

HENRICUS, Ludovici regis frater et Claræ vallensis monachus factus, cum in episcopum Belvac. expeteretur, Sugerio scripsit, eum hortans ut alius eligeretur, circa 1148 (*vide infra Henricus ad an.* 1175) CLXXXVI, 1374.

HENRICUS, archiepisc. Mogunt. Wibaldo Corbeiensi abbati rationem reddit eorum quæ gesserat in Erfordiensi concilio 1149, CLXXXIX, 1214; CXCVII, 156.

HENRICUS. Mindensis episcopus, olim S. Mauritii abbas ad Wibaldum abbat. Corbeiens, scripsit an. 1149, quem consulit de lite quæ dividebat episcopos Paderbornensem et Monasteriensem, CLXXXIX, 1219 et passim.

HENRICUS, Romanorum rex et Conradi III filius. De patris sui consensu habenas sumpsit imperii, dum ille iter fecit Hierosolymitanum an. 1148. De eo exstant nonnullæ epistolæ ad Eugenium III pap., CLXXX, 1618.

HENRICUS, filius Theobaldi Blesensis comitis, Sugerio scripsit, et quasi amicum rogat ut Meldas veniat propter Ansericum Montis Regalis, hominem suum, quem in bello ceperat Rainaldus Pomponiensis an. 1150, CLXXXVI, 1385.

HENRICUS, regiæ curiæ notarius, Wibaldum Corbeiensem abbat. certum facit se exposuisse regi litteras et quædam adjecisse, quibus responderat rex se multum dolere de injuria ei illata, et paratum esse confirmare omnia quæ monasterio Corbeiensi contulit an. 1150, CLXXXIX, 1296.

HENRICUS, Leodiensis episc., ad Eugenium III scripsit petens ut electionem Arnoldi Coloniensis episc. cui concursum præbuerat, confirmet an. 1151, CLXXX, 1631.

Vide ejusdem epistolam aliam ad Wibaldum qua queritur de quibusdam, CLXXXIX, 1353.

HENRICUS, Trecensis episc., sæc. XII florebat; ad S. Bernardum scripsit super abbatia de Bulencuria, ubi lapsu temporum perierat disciplina, et de abbatis et canonicorum consensu hoc ipsum donavit monasterium ordinis Cisterc. ipsi Bernardo reformandum. Huic epistolæ subjungitur charta donationis, an. 1152, CLXXXII, 693.

HENRICUS, comes de Salmes, tanta fide prosecutus est venerabilem Wibaldum Corbeiens. abb., ut suas omnes controversias ejus arbitrio terminandas commiserit an. 1153, CLXXXIX, 1434.

HENRICUS, Claræ vallensis abbas., an. 1163 ad Stephanum Anglorum regem epistolam scripsit de elevatione corporis B. Bernardi, ad eum mittens unum de digitis S. Abbatis. Idem videtur ac Henricus de Castro Marsiaco, ut infra, CLXXXV, 627.

HENRICUS, Æduensis episc. De eo exstant chartæ an. 1165, CLXXXV, 1467, 1469.

HENRICUS, Trecensis comes, confirmavit an. 1168 omnes donationes prædecessorum suorum fratribus abbatiæ Claræ vall. factas, et quasdam novas ipse peregit, CLXXXV, 1750.

HENRICUS, abbas monasterii S. Salvatoris Villælupensis, cum assensu totius capituli monachis Carthusiæ concessit locum quemdam qui vulgo Ligetum dicitur circa an. 1173, CCVII, 1162.

HENRICUS, archidiaconus Salzburgens. Ejecto Adelberto Salisburg. archiepisc. hoc munus suscepit administrandum. Historiam scripsit calamitatum Ecclesiæ Salisburgensis, an. 1174, CXCVI, 1539.

HENRICUS I, Remensis archiepisc. Nobili prosapia natus, frater ipsius Ludovici VII regis, obiit an. 1175, de illo exstant epistolæ et diplomata (vide supra Henricus ad an. 1148), CXCVI, 1559.

HENRICUS de Castro Marsiaco, cardinalis et Albanensis episcopus factus est ab Alexandro III ex abbate Claræ vall. Concilio Lateran. adfuit. Ex nobili genere natus, ad Claræ vall. monasterium puer convolavit, et sub Roberto abbate eruditus, obiit an. 1186. De eo exstant plurimæ epistolæ et tractatus de *Peregrinante Civitate Dei*, CCIV, 211.

HENRICUS II, Anglorum rex, Gaufridi Plantagenetæ filius, Stephano successit an. 1154. Per sicarios cædi jussit S. Thomam Cantuar. archiep.; obiit an. 1189. De eo variæ exstant epistolæ et diplomata, CLXXXVI, 1063.

Vide insuper CXC, 395 *et passim*; CC, 1383; CCVII, 1160.

HENRICUS Septimellensis, poeta. Ex Etruria oriundus et e pago Florentino, claruit exeunte XII sæc. Genus suum fatetur ipse agreste esse et tenue; litteris operam dedit Bononiæ; adeo pauper fuisse proditur ut cum papyrus ipsi deesset versus suos in veteri pellicio describere cogeretur; poeta pro ætate celebris fuit. De eo exstat mirum carmen elegiacum *De diversitate fortunæ*, CCIV, 841.

HENRICUS Croylandiæ, in Anglia abbas. Ineunte sæc. XIII florebat. Epistolam ad Stephanum Cantuar. archiep misit super vita D. Thomæ Cantuar., CXC, 257.

HENRICUS, Wintoniensis episc. et apostolicæ sedis legatus, XII sæc. vixit. Priori et conventui S. Mariæ Wigorniensis queritur quod nondum miserit S. Petri denarium, cum alii omnes jam solverint, et interdictionem ab officiis minatur, nisi inter quindecim dies hæc solverit, CXC, 1041.

HENRICUS de Bevez, sedis incertæ episcopus exeunte XII sæc floruit; S. Hildegardis Montis S. Roberti abbatissæ preces et litteras postulat, CXCVII, 180.

HENRICUS, decanus capituli S. Pauli Londiniensis, Gilbertum episc. Romam pergentem commendat, XII sæc., CC, 1412.

HENRICUS, Stratfordiensis monasterii abbas, D. Thomæ Cantuar. coævus fuit. De eo exstant epistolæ duæ, CXC, 686; CC, 1441.

HENRICUS, Hungariæ rex, ineunte sæc. XIII vixit. Ad Innocent. III pap. conscripsit contra quosdam qui constitutiones ab apostolicæ sedis legato promulgatas non admiserant an. 1204, CCXVII, 289.

HENRICUS, Balduini Constantinopolitani imperatoris filius, Innocentio III papæ narrat quomodo debellatus et captus fuerit pater suus an. 1205, CCXVII, 292.

HENRICUS, imperat. frater, an. 1205 Innocent. III pap. per nuntios monet Balduinum Constantinopl. imperat. captum fuisse a Bulgaris, CCXV, 706.

HENRICUS, S. Dionysii abbas et Odo Parisiensis episc., cum inter se disceptarent super ecclesia de Argentolio ad amicabilem compositionem venerunt an. 1207, CCXII, 88.

HENRICUS de Hassia, e Germania ortus, Parisiis theologiam et philosophiam docuit, *nominales* secutus: sed postea ordinem professus est Carthusianorum. In tractatu ad Jacobum Eberbacensem abbat. fortiter invehitur in S. Bernardi calumniatores. Obiit circa 1397, CLXXXV, 633.

HENRICUS, Portugalliæ comes. *Vide* RAYMUNDUS Gallæciæ.

HERACLIDES, qui videtur floruisse Palladii temporibus et in iisdem locis, varia Syriæ, Ægypti, et Italiæ monasteria invisit, ubique colligens quæ notanda sibi videbantur. De quo itinere librum composuit sub *Paradisi Heraclidis* titulo quem Lauso Cappadociæ præfecto dicavit, LXXIV, 243.

HERACLITUS, philosophus ex Epheso ortus, an. 560 ante Ch. floruit. Cum a quibusdam sese existimaret injuste læsum, in luctu perpetuo vixit et homines exsecrans. Ipsi tribuitur epistola ad Darium Persarum regem, XVII, 1154.

HERACLIUS, vir quidam illustris et S. Aviti amicissimus, ægrotans a podagra in lectulo epistolam ab Avito cum accepisset, illi statim responsum fecit circa 494. LIX, 288.

HERARDUS, archiepisc. Turonensis, eximiis ab infantia ornatus est dotibus; ad episcopatum evectus an. 855, pie sedem suam rexit usque ad an. 871 quo defunctus est. Ex illo exstant capitula collecta ex capitularibus regum Francorum, et commonitorium ad Wenilonem Senonensem archiepisc. CXXI, 762.

HERBERTUS, miles de Galardone castro sub Huberto abbate S. Petri Carnot. ad meliorem frugem conversus multa dona eidem contulit monasterio an. 1080. CLV, 345.

HERBERTUS, abbas monasterii SS. Joseph et Habacuc, quamdam commutationem pertractat cum Hugone de Ibelino Ramathemi domino an. 1160, CLV, 1162.

HERBERTUS, cœnobii Morensis abbas, postea factus est archiepisc. Turrium in Sardinia circa 1180. Libros tres de Bernardi miraculis scripsit. CLXXXV, 369, 453.

HERBERTUS de Boscham, S. Thomæ Cantuar notarius cui intimis ex præcordiis adhærebat, cujus vitam scripsit. et librum *Melorum*, an. 1180. CXC, 1069.

HERCHEMFREDA, nobilissima e Gallia matrona, illustri Salvio nupta filios tres habuerat quos secum assumpsit rex Dagobertus: natu major Rusticus Cadurcensis episc. cæsus est, cui frater ejus in eadem sede successit Desiderius. De ea exstant epistolæ ad filium suum Desiderium an. 640. LXXXVII, 224.

HERECA, nomen mutuatum veteris amici S. Lulli Moguntini archiepisc., ad quem scripsit de sua in abbatem electione ei antiquam familiaritatem commemorans cum adhuc in Anglia degeret an. 756, XCVI, 838.

HERIBERTUS de Campania et ejus uxor Megesinda cum filiis simul tradunt partem bonorum suorum D. Hilduino Pithivensi abbati an. 867. CXXXVII, 1240.

HERIBERTUS, Eichstettensis episc., de quo pauca novimus, episcopus consecratus est an. 1021, et 21 annis rexit suam Ecclesiam : obiit an. 1042. Ejus exstant hymni. CXLI, 1370.

HERIBERTUS, monachus, ut videtur, Petragoricensis, epistolam scripsit quam et ad omnes christianos direxit, ipsis denuntians quosdam hæreticos qui hanc Galliarum partem infestabant an. 1150, CLXXXI, 1721.

HERICUS, Antissiodor. monachus, ord. S. Bened., IX sæc. floruit. Scripsit Vitam S. Germani Antissiodor. metrice scriptam regi Carolo Crasso dicatam, CXXIX, 1130.

HERIGERUS seu HARIGERUS, Lobiensis abbas, ordinis S. Bened. Gesta scripsit episcoporum Tungrensium, Traject. et Leodic. et insuper Vitas S. Berlindis. sanctorum Londoaldi et Ursmari abbatum (an. 1007), CXXXV, 955.

HERIMANNUS episc. Metensis. E claris parentibus in Saxonia natus, Hannonis archiepisc. Coloniens. discipulus, episcopus factus est an. 1073 et an. 1090 defunctus est. Ex illo duæ chartæ exstant, quarum una pro Cluniac. monasterio, CL, 1178.

HERIMANNUS, Wircenburg. comes, testimonium perhibet de electione Wibaldi in abbatem Corbeiensem, an. 1146, CLXXXIX, 1141, 1166.

HERLEMBALDUS (S.) martyr. E claro genere ortus, vir factus est consilio prudens et armis strenuus, clarior autem fide et constantia qua mortem pertulit pro Christi religione. De quo exstant acta. (An. 1066.) CXLIII, 1434.

HERMANNUS CONTRACTUS, sic dictus ob membrorum debilitatem, patrem habuit Wolfandum comitem Veringensem, et Hiltrudem matrem. Clarus pro ætate poeta fuit, historicus eruditus, musicus insignis, philosophiæ, theologiæ et mathematicæ magister : obiit an. 1054. De illo exstant Chronicon, liber de mensura astrolabii, duo alii de utilitate astrolabii; opuscula musica; sequentia de B. Virgine Maria; Carmen de conflictu ovis et lini, CXLIII, 9.

HERMANNUS, ex Judæo Christianus, patria Coloniensis e tribu Levi, ab Egberto Monasteriensi episc. conversus, multa sustinuit ab aliis Judæis ; librum scripsit de sua conversione (an. 1134), CLXX, 803.

HERMANNUS de Arbona, Constantiensis episcopus ad Rhenum. De eo exstat epistola ad Wilbaldum Corbeiens. abbat. ut Henricum consanguineum a Welfone detentum imperatoris auctoritate libertate donari procuret an. 1150, CLXXXIX, 1281.

HERMANNUS, Augustensis episc., Ottoni Bamberg. episc. scripsit, ipsum certiorem faciens de urbe sua episcopali direpta et clericis a Lothario rege atrociter necatis, ineunte XII sæc., CLXXIII, 1354.

HERMANNUS, abbas S. Martini Tornac. ord. S. Bened. Novem post annos regiminis munus suum in manus episcopi resignavit et iter Hierosolymitanum aggressus est. Librum de Domini incarnatione scripsit, libros III. de miraculis S. Mariæ Parisiensis et narrationem de restauratione abbatiæ S. Martini Tornacensis ( an. 1137 ), CLXXX, 9.

HERRADIS, Hohenburg. abbatissa insignis et doctissima monialis. Latine librum scripsit cui titulus : *Hortus deliciarum* quem virginibus montis S. Odiliæ dicavit et insuper nonnulla carmina. Obiit an. 1195, CXCIV, 1537.

HERTAWIGUS, Bremensis archiepisc. Ad B. Hildegardem abbatissam scripsit, ipsi nuntians sororis suæ Richardis obitum, cujus animam eidem commendat; post medium XII sæc., CXCVII. 161.

HERVÆUS, Remensis archiepisc. Nepos erat Hucbaldi comitis, et ex aula regum ad episc. transiit. Obiit an. 922. De eo exstat epistola ad archiepisc. Rothomag, CXXXII. 659.

HERVÆUS, monachus Burgidolensis, vir tam vita quam doctrina venerabilis : 50 annis in monast. exactis, obiit an. 1149. De eo exstant commentaria in Isaiam et Epistolas S. Pauli, CLXXXI, 10.

HERVARDUS, Leodiensis archidiaconus, initio sæc. XIII floruit. Epistolam scripsit ad canonicum quemdam Laudunensem super Guiberto Gemblac. de scribenda vita S. Martini. CCXI, 1283.

HERVEUS, S. Mariæ Parisiensis decanus, testatur Robertum Willelmi de Gausanvilla filium concessisse capitulo Paris. quidquid a Patre suo receperat an. 1189, CCV, 911.

HERVEUS, Clericus ecclesiæ Cantuariensis, XII sæc. vixit; ad S. Thomam Cant. archiepisc. et exsulem in Gallia scripsit, de statu diœcesis suæ eum certiorem faciens. CXC, 694, 697.

HERVEUS de Sombernone dominus, et ejus frater GAUTERIUS, multa dona fecerunt monasterio de Buxeria in Burgundia an. 1217 1220, CLXXXV, 1424.

HERVINUS, cœnobii Steinwaldensis abbas, descripsit varia S. Bernardi miracula quorum testis fuerat oculatus, aut saltem coævus, sæc. XII, CLXXXV, 870.

HESSO, scholasticus qui de pace inter Calixtum II pap. et Henricum V imperat. inita commentariolum scripsit cujus ipse testis oculatus fuit. (an. 1122) CLXIII, 1081.

HESYCHIUS, Salonitanus in Dalmatia episc. quasdam D. Augustino posuit quæstiones de fine sæc., quibus respondit S. Doctor, an. 419. XXXIII, 901.

HETERIUS, Uxamensis episcopus. Antea monachus in quodam Asturiæ monasterio simul cum Beato Hispano presbyt., adversus Felicem et Elipandum litteris et sermonibus catholicam veritatem viriliter docuit, (An. 790.) De eo habemus epistolas et sermones qui zelum et pietatem redolent, XCVI, 848.

HEYMO, presb. S. Michaelis Bamberg. monachus, juxta alios canonicus S. Jacobi extra muros ejusdem civitatis, floruisse videtur an. 1595. Annales conscripsit Bamberg. quas perduxit ad sua usque tempora, CLXXIII, 1363.

HIDDO quidam Heriwini filius, et uxor ejus Madalgarda dederunt majorem partem hæreditatis suæ B. Ludgero, Werthin. abb. et Mimigardefordensi episcopo, IX ineunte sæculo, Carolo Magno imperante, XCIX, 803.

HIERONYMUS (S.), presbyter Romanus et S. Ecclesiæ Doctor, vir zelo indefesso et prægrandi ingenio præditus, Stridone natus in Dalmatia, aliquando voluptati indulsit adolescens, sed Dei gratia victus solitudinem Bethleemiticam petiit, austeritatem vitæ sectaturus, Eruditioni maximæ studium Hebraicæ linguæ adjecit, et Scripturis emendandis et explanandis summam adhibuit curam et duros labores. Immensa reliquit opera inter quæ notantur epistolæ, libri contra Jovinianum, Vitæ Pauli et Hilarionis, commentaria, et Bibliotheca divina. Obiit an. 420, XXII-XXX.

HIERONYMUS Radiolensis, floruit circa 1480. Vitam S. Joannis Gualberti auct. Andrea Januensi Italice transtulit, CXLVI, 715, 811.

HILARIANUS (Q. Julius), sæcul. IV desinente claruit. Duos libellos scripsit, in quibus tempus notavit quo illos confecit; primus de mundi duratione, secundus de die et mense Paschatis tractat, XIII, 1094.

HILARIUS (S.), episcopus Pictaviensis et Ecclesiæ Doctor. Ex ipsamet Pictavia ortus et ex claris parentibus, sed adhuc ethnicis, in litteris ediscendis enituit et pietatem jam sectatus baptismum suscepit. Postea adeo commendabilis factus est ut evectus sit ad episcopatum propriæ urbis, licet matrimonii lege irretitus. Adversus Semiarianos, Anomœosque Verbi consubstantialitatem asseruit. Libros doctissimos scripsit de Trinitate, et Scripturæ libros quosdam exposuit, aliaque opuscula polemica peperit. Obiit an. 368. IX-X.

HILARIUS, diaconus Ecclesiæ Romanæ, patriam habuit Sardiniam. Contra Ecclesiæ præceptum baptismum iterandum prædicavit cuilibet hæretico vel peccatis polluto qui ad religionem converteretur. Ipsi tribuuntur commentarium in Epistolas sancti Pauli, et quæstiones Veteris et Novi Testamenti. Obiit circa an. 398, XVIII, 65.

HILARIUS, Syracusanus laicus, D. Augustino conscripsit ut de quibusdam quæstionibus consuleret, cui respondit S. Doctor an. 414, XXXIII, 673.

HILARIUS alter, origine Gallus et Narbonensis, intelligitur ex epistola ab eo scripta D. Augustino qua, uti Prosper, eum consulit de prædestinatione, an. 428, XXXIII, 1007.

HILARIUS (S.), Arelat. episc., natione Gallus, claro genere natus et educatus liberaliter ; hortante Honesto, sæculo valedixit; anno vero 429, ad regimen Ecclesiæ Arelat. assumptus est. Obiit an. 449. De eo exstat Vita S. Honorati, epistola ad S. Eucherium, sermo de miraculis S. Genesii et nonnulla carmina, L, 1213.

HILARIUS (S.), papa. Natione Sardus, legatione functus est adhuc diaconus in concilio Ephesino; postea S. Leoni Magno in sedem Romanam successit. Decreta confirmavit quæ olim lata fuerant adversus Arianos, Nestorianos et Eutychianos. Obiit an. 467. De eo supersunt epistolæ XI et decreta II, LVIII, 9.

HILARIUS, natione Anglus, et Abælardi discipulus, una cum Berengario floruit. Carmen elegiacum composuit, CLXXVIII, 1851.

HILDEBERTUS (ven.), Turon. archiep., piis sed mediocris patrimonii parentibus ortus, e Laverdini castro in territorio Vendocinensi an. 1057. A puero disciplinis et bonis artibus traditus est sub Berengario magistro; deinde Cluniac monachus factus est et postmodum episc. Cenoman Demum ad sedem translatus Turon. an. 1107, obiit an. 1135. De eo exstant epistolæ, car-

mina, sermones, opera biographica, moralia et exegetica, CLXXI, 9.

HILDEBRANDUS. *Vide* GREGORIUS VII.

HILDEBRANDUS Junior, XII sæc. floruit. De ejus vita nihil traditum est a biographis. Genuinus auctor est opusculi cui titulus : *Libellus de contemplatione*, et commentariorum in Matthæum quæ Gregorio VII tribuuntur, eo quod nomen primo Hildebrandi habuerit, an. 1150, CLXXXI, 1691.

HILDEFONSUS (S.), Toletanus episc. Ex nobili genere ortus est Toleti, et Eugenii prædecessoris sui nepos, sub Isidoro Hispalensi litteris studuit. Inde vitam monasticam amplexus est, et ordines suscepit, demum avunculi defuncti in locum suffectus est. Obiit an. 669. Plurima scripsit, præcipue de virginitate et cultu B. Mariæ Virginis, XCVI, 329.

HILDEGARDIS, quondam uxor militis cujusdam Gaufridi nomine, nonnulla bona monasterio S. Petri Carnot. donavit pro puero derelicto, quem ibi collocaverat an. 1080, CLV, 344.

HILDEGARDIS (sancta), cœnobii Montis S. Ruperti seu Roberti in Pingis abbatissa mira celebritate facta est, ut oraculum Ecclesiæ. Libros tres tentationum et visionum dedit, deinde librum divinorum operum, solutiones 38 quæstionum, Regulæ S. Benedicti explanationem, Physica. An. 1179, CXCVII, 9.

HILDEGARIUS, Carnot. canonicus. Temporibus S. Fulberti floruit, cujus discipulum esse ipse fatetur. De eo exstant nonnullæ epistolæ ad diversos et præsertim ad B. Fulbertum, an. 1020, CXLI, 211, 266.

HILDEGRIMUS quidam juxta vetus chartularium monasterii S. Remigii Remensis huic monasterio nepotem suum adhuc in teneris obtulit ut ibi perpetuo maneret an. 869, CL, 601.

HILDEMARUS, monachus ex Romania ortus, cum Leutgario Mediolanum vocatus est sæculo IX, et Regulæ S. Benedicti scripsit expositionem; e vita decessit, juxta Dupinium, an. 840. De eo exstat epistola ad Ursum Beneventan. præsulem De recta loquendi ratione, CVI, 394.

HILDEPRANDUS (Flavius), Langobardorum rex, in civitate Placentina ecclesiam fundavit in honorem SS. Antonii et Victoris, quam regendam tradidit Thomæ hujus loci episcopo an. 768, LXXXVII, 1397.

HILDIGARDIS, proprietatem tradidit Ambrichoni Paderbornensi episc. et simul S. Emmerammi abbati quam possidebat ad Menzinpach (absque anni mentione), sæc. IX, CXXIX, 920.

HILDIRADUS quidam partem hæreditatis concessit Ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis, cui præerat beatus Ludgerus an. 807, XCIX, 807.

HILDO quidam et ejus conjux Maldalgarda tradunt S. Ludgero Mimigardefordensi episc. partem hæreditatis suæ an. 812, Carolo Magno imperante, XCIX, 803.

HILDUINUS, abbas. Vicissim rexit abbatias S. Dionysii, S. Medardi Suessionensis et S. Germani a Pratis in quibus restauravit monasticam disciplinam: vir fuit moribus et ingenio conspicuus. Vitam scripsit S. Dionysii. Obiit an. 840, CVI, 9.

HILDUINUS, vicecomes, pravæ renuntiat consuetudini quam olim usurpaverat detrimento monasterii S. Petri Carnot. an. 1080, CLV, 309.

HILTINUS, Trevirorum archiepiscopus. Sæc. XII florebat. Ad S. Hildegardem scripsit eam rogans ut de cella vinaria guttas nonnullas ad ipsum stillare permittat, CXCVII, 166.

HINCMARUS, Remensis archiepisc. Nobili apud Gallos prosapia ortus a pueritia in cœnobio S. Dionysii sub Hilduino abbate educatus est; non mediocrem apud Ludovicum imperatorem obtinuit gratiam, demum ad archiepisc. Rem. sublatus est an. 845. Normannis Galliam invadentibus, sumptis S. Remigii reliquiis in loca silvestria confugit trans Matronam, in villam Sparnaco dictam. Vitam clausit an. 882. De eo exstant epistolæ, opuscula theologica, capitula, et explanatio in ferculum Salomonis.

HINCMARUS, Laudunensis episc., *Junior* dictus ut ab avunculo Remensi distinguatur apud quem susceptus a pueritia et educatus fuerat. Vix ætatem canonibus præfixam obtinuerat, cum ad sedem Laudun. evectus est. Sed mox Carolo Calvo displicuit et ipsi avunculo a quibus depositus et postea redintegratus est. Opuscula et epistolæ, præsertim in his jurgiis de eo exstant an. 878, CXXIV, 968.

HIPPOLYTUS (S.), Portus Romani episc., exsul missus est cum S. Maximo abbate, multaque passus martyr demum occubuit. De eo quædam exstant testimonia Græco Latine conscripta an. 666, CXXX, 561.

HIRPINGUS quidam, a B. Ludgero accepto pretio vineam vendidit in ripa fluvii Melembach sitam an. 803, Carolo Magno imper., XCIX, 801.

HISIMO, Ambroniacensis abbas, cum disceptaret cum domno Petro Cluniac. abbate super locum de Prins, rem detulit, arbitrio D. Hiliarii abbatis S. Justi, an. 1152.

HLUDWINUS, quidam partem hæreditatis suæ monasterio Werthinensi et B. Ludgero abbati donavit, an. 793, XCIX, 797.

HOELI D'HA, totius Walliæ princeps regnavit sæc. X. Leges quædam de eo exstant et ecclesiasticæ constitutiones; obiit circ. an. 940, CXXXVIII, 471.

HONESTIS (Petrus de). *Vide* PETRUS.

HONORATUS (Antoninus). *Vide* ANTONINUS.

HONORIUS Augustus (Flavius) super Occidentem imperavit ab an. 395 ad 423. Roma pulsus est ab Alarico Gothorum rege. De eo multa scripta exstant, tum epistolæ, tum decreta, XI, 1192 *et passim*.

*Vide* insuper XVIII, 398, 401, 402, 403; XX, 767.

HONORIUS I papa. Natione Campanus, Petronii consulis filius, Bonifacio V successit an. 626, et sedem tenuit usque ad an. 638, quo defunctus est. Ex illo supersunt epistolæ, LXXX, 466.

HONORIUS II pap., antea Lambertus dictus, patria Bononiensis, quem Paschalis papa II episcopum Veletrensem et deinde cardinalem creaverat, ad sedem pervenit an. 1124. Obiit an. 1130. Habemus ab illo epistolas et privilegia, CLXVI, 1214.

HONORIUS III papa, Innocentii III successor, obiit an. 1227; quasdam compositiones confirmat in Ecclesiis Græciæ, his in temporibus ob rerum mutationem necessarias, CCXVI, 968, 982.

HONORIUS, Augustodunensis in Burgundia, XII sæc. floruit presb. et scholasticus, qui Solitarii quoque cognomen gessit. Opera multa tum didascalica, tum historica, tum exegetica, tum dogmatica necnon et moralia scripsit; obiit circa an. 1145, CLXXII, 9.

HORMISDAS, pap. Ex civitate Frutiniana ortus in Campania papæ Symmacho successit an. 514, et in omnibus quæ gessit se strenuum exhibuit. De eo supersunt epistolæ et decreta non pauca. Obiit an. 523, LXIII, 363.

HORSTIUS (Jacob. Merlo), presb. Ecclesiæ S. Mariæ Coloniensis, natus in pago Horst, unde dictus est Horstius; obiit an. 1644. Plurima opera scripsit ascetica, in quadam parænesi ad sectarios clare contexuit D. Bernardi elogium, CLXXXV, 639.

HRODULFUS. Wibaldi cujusdam filius, B. Ludgero Werthinensis monasterii abbati tradidit partem hæreditatis suæ quam ipsi vendiderat ad Ecclesiæ S. Salvatoris fundationem an. 806, Carolo Magno regnante, XCIX, 801.

HROSTEINUS comes, hæreditatis suæ partem dono contulit ecclesiæ S. Salvatoris in pago Ripariorum sitæ : quod actum est in Werthinensi monasterio sub Ludovico Pio an. 815, XCIX, 803.

HROTSWITHA, seu ROSWITHA, virgo et monialis Gandersheimensis in Germania, exeunte sæc. X (an. 999) floruit. Poesim et artes liberales coluit, opera dramatica et religiosa scripsit et carmina non pauca, CXXXVII, 759.

HUBERTUS, abbas S. Petri Carnot. et Landrici successor, floruit XI sæc. exeunte (an. 1080). Chartas quasdam reliquit de terris quibusdam sui monasterii legitimam possessionem comprobantes, CLV, 280.

HUBERTUS (S.) Andaginensis monachus seu Andegavensis. Satis obscurum est quidquid ad hunc spectat. Monasterium nominis sui exstitit in Arduennarum Silva, ubi perierat disciplina, cum Hubertus sive Hubertinus, sua cura operaque omnia reparavit et in pristinum fervorem restituit, sæc. VII, CLIV, 1338.

HUBERTUS, Cantuariensem sedem obtinuit circa an. 1200. De eo exstat epistola ad decanum Saresber., qua canonicum quemdam eximit a lege residentiæ, et multis de causis clericos ab ea posse eximi docet, CCVII, 473.

HUCBALDUS, monachus S. Amandi, natus est circa an. 860 Avunculo suo Milone defuncto scholam sumpsit, in prædicto cœnobio institutam. Magnæ enim eruditionis vir fuit. Obiit an. 930. Multa de eo scripta, et præsertim versus habemus, CXXXII, 815.

HUGO sacerdos Metensis, Drogonis Burgundiæ ducis filius, Arnulfi, Pippini et Godefridi frater, dona quædam contulit ecclesiæ SS. Apostolorum an. 715, regnante Dagoberto III, LXXXVIII, 1262.

HUGO monasterio Hohenaugiensis bona quædam donavit quæ a patre Bleono tenebat in eadem insula, an. 748, LXXXVIII, 1513.

HUGO CAPETUS, Francorum rex, primus stirpis suæ, Hugonis Magni filius, defuncto Ludovico V proclamatus

est an. 987, et sequenti an. Robertum filium suum coronari jussit. Obiit an. 996. De eo exstat diploma an. 994 a Roberto subscriptum, CXLI, 945.

HUGO, Lingon. episcopus. Britoglii (Breteuil), in Bellovaci finibus natus, et antea Carnotensis episc. A pio rege Roberto ad episcop. evectus an. 1031. Depositus est an. 1049, ob flagitiosæ vitæ crimina. Pœnitentia ductus in monasterio obiit an. 1051. Ex eo superest tractatus de corpore et sanguine Christi adv. Berengarium, CXLII, 1322.

HUGO, Vesuntinus archiepisc., chartam scripsit qua multa dabat ad restaurationem capituli S. Stephani quam confirmavit papa Leo IX an. 1049. Ossa SS. martyrum, Ferrioli et Ferrucii e quodam monasterio ad metropolitanam ecclesiam S. Joannis contulit, ut fert alia ejusdem charta. Obiit an. 1055, LXXX, 421, 426

HUGO, Vicecomes Nivernensis, manumittit servum Letaldum et ejus uxorem Amalbergam et Ranulfum fratrem in gratiam S. Petri monasterii Carnot. an. 1061, CLV, 315.

HUGO II, episc. Nivernens., vicecomitis Nivernensis et Elisabethæ filius, antea canonicus Antissiodor., electus est episcopus, an. 1013. Obiit autem an. 1065, Roma ubi concilio adfuerat cum rediret. Exstat de eo epistola ad Bartholom. Turon. archiepisc., CXLIII, 1365.

HUGO, *Brustans Salicem* dictus, qui uxorem et filios habuerat, ex Castro Medante ortus, omnibus bonis suis datis, comam et barbam totondit et in monasterium S. Petri Carnot. ingressus est sub Landrico abbate, an., 1069. CLV, 320.

HUGO I, episc. Trecens., floruit XI sæc. Plurimis interfuit conciliis. Aliunde nihil de eo certi constat, nisi quod epistolam scripserit ad Bartholom. Turon. archiepisc. Obiit circa an. 1074, CXLVI, 1435.

HUGO (Stephanus), presb. diœcesis Ruthenensis, jus quoddam possidebat in ecclesiam de Semur quam vicecomitissa Fidis dederat B. Hugoni Cluniac. et monasterio Moissiac. Hanc donationem confirmat an 1077, CLIX, 968.

HUGO, cognomine *Pirarius* et uxor ejus Ledgardis fatentur ejus a se acceptum in Droconis curte non esse legitimum, et huic renuntiare declarant an. 1080, CLX, 316.

HUGO, Silvanectensis episc. Ad preces Hugonis comitis de Crispeio confirmat, an. 1095, donationem monasterii S. Arnulfi Crispeiensis, quam olim Simon comes pater ejus fecerat in gratiam monasterii Cluniac., an. 1076, CLIX, 974.

HUGO, Trecensis comes, primus fundator abbatiæ Clarævallensis, Constantiam uxorem duxit; Simon Berrensis comes filius ejus fuit, an. 1097, CLXXXV, 1419, 1460, 1477, 1535.

*Vide infra* Hugo Campaniæ comes.

HUGO, Edessenus archiepisc. Reliquias cum obtinuisset S. Thaddæi et Abgari regis, illas misit cum epistola ad Rhemensem archiepisc. et canonicos SS. Apostolorum et monasterii S. Symphoriani, circa an. 1096, CLV, 477.

HUGO, Veromandensis comes, Henrici I, Francorum regis filius ad bellum sacrum profectus est, multaque præclare gessit et an. 1102, accepto vulnere obiit. Cum aliis ducibus epistolam scripsit ad universos Christianæ reipublicæ fideles, an. 1098, CLV, 590.

HUGO, Flaviniacensis abbas. E sanguine imperatorum ortus, Virduni natus est an. 1065, et puer ascitus S. Vitoni monasterio sub abbate Rodulfo, ubi litteris tum sacris tum profanis imbutus est; postea electus est Flaviniac. abbas in Burgundia. Obiit an. 1100. Auctor est Chronici Virdunensis. CLIV, 9.

HUGO, Lugdunensis archiepisc. Antea monachus S. Marcelli Cabilonensis, deinde Diensis factus est episcopus ac sedis apostolicæ legatus, denique ad sedem promotus est Lugdunens. an. 1080. Obiit an. 1106. De eo exstant nonnullæ epistolæ et privilegia, CLVII, 487.

HUGO (S.), Cluniacensis abbas. Patria Burgundus, Dalmatii Salmuriensis et Aremburgæ comitissæ filius, natus est an. 1023. A juventute vitam monasticam professus est Cluniaci, et ven. Odilonem magistrum habuit; jampridem prior erat cum defuncto Odilone, abbas factus est; obiit an. 1108. De eo exstant epistolæ, CLIX, 845.

HUGO, Campaniæ comes et Theobaldi comitis filius multa dona contulit monasterio Molismensi an. 1104, quas donationes omnimoda sanctione firmavit. Iste Hugo celebrem abbatiam Clarævallensem cum S. Bernardo fundavit, an. 1115, CLXXXV, 1444, 1447, 1449.

HUGO, de S. Maria, Floriac. monachus ordin. S. Benedicti, scientia et pietate claruit. Ex illo supersunt opera historica. Tractatus de regia potestate et sacerdotali dignitate, Epistola ad Ivonem et Vita S. Sacerdotis Lemovic. episcopi. Obiit an. 1119, CLXIII, 975.

HUGO, Cluniac. monachus, qui a S. abbate ejusdem nominis conversus fuerat, in monasterium ingressus est, et postea presbyt. ordinatus. S. Hugonis abbatis Vitam conscripsit sæc. XII ineunte (an. 1120), CLIX, 917.

HUGO de Cleriis, de quo perpauca didicimus, miles fuit Andegavensis et a comite Fulcone V legatus ad regem Ludovicum. De eo habetur commentariolus de majoratu et senescalcia Franciæ, an. 1120, CLXIII, 1034.

HUGO de Ribodimonte. De eo pauca tradunt biographi. Epistolam scripsit ad quemdam Graphionem Andegavens., de natura et origine animæ in qua se prodit vere philosophum simul ac theologum, an. 1125, CLXXVI, 834.

HUGO, Portugalensis episc. Antea monachus, cum Bernardo Toletano episc. et sociis Hispaniam adiit, ubi mox factus est Compostellanus archidiaconus. Anno autem 1114, juvante Domna Theresa Portugalensi regina, episc. Portugalensis creatus est. Concilio S. Jacobi Compostellani adfuit an. 1125; obiit an. 1132. Historiam scripsit Compostellanam. CLXX, 875.

HUGO (S.), Gratianopol. episc. Nobilis fuit Odonis Valenticensis filius; cum in clero addictus est, tot sanctitatis indicia dedit ut factus sit episc. Gratianopolitanus; obiit an. 1132. De eo exstant epistolæ et diplomata, CLXVI, 1363.

HUGO II, Burgundiæ dux, Odonis I filius, Ludovici Crassi partes defendit adversus Anglorum regem; obiit an. 1142. Quædam peregit cum Hugone Antissiodor. abbate et monachis Divionensibus, circa 1103. Idem cooperatus est fundationi monasterii puellarum de Tart. an. 1132, sub Guilenco Lingon. episc., CLXXXV, 1400, 1401, 1409.

HUGO de Dociaco, Senonensis archiepisc. De eo silent biographi, et nobis notus est tantum per epistolam consolatoriam quam decano et canonicis Parisiens. super morte episcopi scripsit circa 1142, CLXXIII, 1427.

HUGO de S. Victore, canonicus regul. et prior. Educatus primo fuit apud canonicos Amerlebenses in Saxonia, unde transiit an. 1118, ad S. Victorem Parisiensem, ubi philosophiam docuit et theologiam; omnis ambitionis expers omnes dignitates recusavit; in sua cathedra obiit an. 1142. Multa dedit scripta tum ascetica, tum dogmatica aliaque diversi generis, CLXXV, 177.

HUGO FARSITUS, Plures Hugones dantur sub hoc cognomine *Farseti*. Unde orta est confusio. Iste ad sæc. XII pertinet et canonicus regul. fuisse videtur in abbatia S. Joannis a Vineis ante an. 1128. Obiisse creditur an. 1143. Libellum scripsit de miraculis B. Mariæ Virg. in urbe Suessionensi, CLXXIX, 1774.

HUGO BOUEZ, de Jovencurt., monasterio Clarævallensi dedit quidquid habebat in finagio de Juvilla et de Warenceemont., absque ulla restrictione an. 1147, CLXXXV, 991.

HUGO de Lusignano VII, Pictaviensis comes, Wiormandum quemdam misit ad Sugerium, qui eum plane edoceret de Pictaviæ negotiis. In Palæstinam profectus est an. 1147, ubi creditur obiisse an. 1150, CLXXXVI, 1352.

HUGO, Antissiodor. episc., S. Bernardi coævus, quocum a prima juventute amicitiam inierat, ortus ex nobili stirpe comitum Matisconensium, unus fuit e triginta discipulis qui in Clarævallem secuti sunt S. Bernardum, unde assumptus est ob eminentes dotes in abb. Pontiniac., deinde in episcop. Antissiod. an. 1136. Obiit an. 1151. Statuta conscripsit abbatiæ S. Lupi, CLXXXI, 1739.

HUGO, Ostiensis episc. Primum monachus Clarævallensis fuit sub S. Bernardo, cui scripsit super morte Eugenii III papæ an. 1153, CLXXXII, 694.

HUGO de Helino, de assensu Balduini fratris et sororis suæ Hermengardis, possessiones quas obtinuerat in territorio Huetdebes in Syria, vendidit capitulo S. Sepulcri pro tribus millibus nummorum Bizuntinorum ut e captivitate eximeretur, an. 1158, CLV, 1158, 1160.

HUGO de Baucio, miles, ipse et fratres scribunt ad Wibaldum Corbeiensem abb. quid passi sint a Barcinonensi comite pro imperatoris causa et eum deprecantur ut pro eis imperatori scribat, et remedium malo afferat, an. 1153. CLXXXIX, 1430.

HUGO METELLUS, canonicus regularis, apud Tullum Leucorum natus, Tecelino præceptore usus est. Complures scripsit epistolas. Obiit circa an. 1157, CLXXXVIII, 1270.

HUGO de Villa et ejus uxor Heldiardis dederant abbatiæ Clarævallensi quidquid habebant in finagio Gundree Hispaniæ an. 1147, CLXXXV, 987.

HUGO, Ambianensis, archiepisc. Rothomagensis, forte

Ambianensis dictus eo quod e stirpe fuerit comitum Ambianensium. Primum vitam monasticam Cluniaci professus est, an. 1115. Prior S. Martialis Lemovicensis factus, deinde S. Pancratii in Anglia abbas, unde assumptus est in archiepisc. Rothomag., an. 1129. Obiit an. 1164. De eo exstant epistolæ et libri III adversus hæreticos sui temporis, CXCII, 1111. *Vide* insuper CLXXIX, 670; CLXXXVI, 1399, 1430.

HUGO, Cæsareæ Palæstinæ Dominus et uxor ejus Isabel, canonicis S. Sepulcri concessere casalem Fessiculi ex omni parte liberum et limitibus circumscriptum an. 1166, CLV, 1238.

HUGO, Pictavinus monachus, Guillelmi Vizeliac. notarius XII sæc., an. 1167 floruit. Jussu Pontii abbatis Historiam scripsit Vizeliac. monasterii, CXCIX, 1562.

HUGO ETHERIANUS e Tuscia oriundus, in aulam Manuelis imper. etsi commoratus esset, Latinorum partes tamen est amplexus in dissensionibus quæ illos a Græcis dividebant. Opus composuit ut demonstraret Spiritum S. a Patre *Filioque* procedere, et alium librum de origine et natura animæ. Obiit circa an. 1170, CCII, 165.

HUGO de Folieto, sic dictus a suburbio antiquæ Corbeiæ, primum canonicus regularis S. Laurentii de Helliaco prope Corbeiam, deinde prior factus est S. Laurentii Ambianensis, et denique cardinalis, æque commendabilis scientia et virtute. Libros IV scripsit *De duodecim claustri abusibus*, libros II *De nuptiis carnalibus et spiritualibus*. Obiit an. 1174, CXCVI, 1553.

HUGO de Campo Florido, Suessionensis episc., unus e duobus qui in Parisiensi synodo, an. 1147, adversus Gilbertum Porretanum producti sunt. Successive fuit Ludovici VII cancellarius, archidiaconus Atrebat., Parisiensis canonicus et Aurelianensis, et denique Suessionensis consecratus episcopus, an. 1171. Obiit an. 1175. De eo octo exstant epistolæ, CXCVI, 1583. *Vide*. CLXII, 656 *et seqq*.

HUGO, Clericus S. Thomæ Cantuar. ad quem misit consolatoriam epistolam dum exsul in Francia degeret. Circa an. 1175, CXC, 698.

HUGO, S. Abraham castellanus in Syria, forte Ansberti frater, Martino cuidam vendidit unum cortillum pro censu annuo duorum bizantinorum absque anni mentione, sæc. XII, CLV, 1210.

HUGO quidam monachus Romanus Sugerio scripsit pro quodam magist. Petro qui censuris innodatus fuerat propter excessus, qui et habebat commendatitias litteras a cardinalibus Hugone et Joanne, sæc. XII, CLXXXVI, 1413.

HUGO RIGAUDUS, terras quasdam et molendina donavit B. Roberto de Arbrissello et suo Fontis Ebraldi monasterio, sæc. XII, CLXII, 1114.

HUGO, Petrus Leonis cardinalis, quem non confundas cum antipapa Anacleto. Temporibus Guarini a S. Victore prioris floruit, ad quem scripsit, ipsi condolens de quibusdam gestis Ervisii ejus prædecessoris an. 1192, CXCVI, 1392.

HUGO, prior S. Martini Sagiensis, ad Gaufridum S. Barbaræ subpriorem scripsit, qui eum erat hortatus ad scribendam Walterii Vitam an. 1199, CCV, 874.

HUGO (S.), episcopus Lincolniensis. antea Carthusiensis monachus, vir summæ eruditionis et vitæ sanctitatis, episc. electus est an. 1185 et pie per 15 annos suam rexit Ecclesiam. Obiit 1200. Ex eo supersunt epistolæ, chartæ et diplomata, CLIII, 937.

HUGO, Burgundiæ dux, qui comitatum Lingonens. cessit et donavit Galtero patruo suo et Lingonensi episc., a quo aliunde subscribuntur plurimæ chartæ, sæc. XII floruit, CLXXXV, 1435, 1453, 1465, 1475.

HUGO, cardinalis tituli in Lucina scripsit Sugerio quem precatur ut cum indulgentia suscipiat magist. Petrum excommunicationis vinculo innodatum et pœnitentem, sæc. XII, CLXXXVI, 1414.

HUGO S. Mariæ Adrianopolis abbas, et prior S. Joan. Constantinop. De eo exstant epistolæ ad Ludovic. Junior. Francorum regem, a quo litteras commendatitias petiit apud regem Siciliæ quem erat visurus, sæc. XII, CLV, 1279; CC, 1373.

HUGO V, Cluniac. abbas XVII, apud omnes grandi fama potitus est. Complurima statuta dedit ad regimen abbatiæ suæ. Videtur obiisse ineunte sæc. XIII, 1205, CCIX, 882.

HUGO, decanus capituli S. Mariæ Parisiensis, fundationem constituit pro *Mandato* faciendo in cœna Domini in gratiam omnium clericorum capituli, 1208, CCXII, 90.

HUGO, Rigensis episc., cum Milone legatione apostolica functus est in bello sacro adv. Albigenses an. 1209, CCXVI, 126.

HUGO, Cyprorum rex, patri suo Aymerico successit an. 1205. Privilegium immunitatis concessit Ecclesiæ de Lacridon in Cypro et ad canonicos S. Sepulcri pertinenti. Obiit an. 1210, CLV, 1253.

HUGO, Lingonens. episc. testatur Guidonem Lingon. et Antissiod. canonicum Bernardi de Spissia domini filium, concessisse ecclesiæ et fratribus Fonteneti quidquid habebat in Marmunnia an. 1220, CLXXXV, 1469.

HUGO, monasterii S. Sequani abbas, et Joannes de Saulz, decanus diœcesis Lingon., testantur Guillermum de Monte Acuto dominum de Maclaein domicellum concessisse fratribus de Buxeria ord. Clarævall. dimidium modium bladi annuatim solvendum an. 1255, CLXXXV, 1428.

HUGO IV, Burgundiæ dux et Odonis III filius et successor. In Palæstinam profectus est cum S. Ludovico, Francorum rege, unde reversus obiit an. 1272. Notam facit conventionem inter Blancam Herverii de Sombernone viduam ad fratres de Buxeria factam de dimidio modio bladi quotannis dando et ad sustentandas quinque familias mancipiorum. Idem confirmavit dona quædam a Joan. Montisbarri monasterio Fonteneti facta, CLXXXV, 1427, 1474.

HULDREUS de Lucennaco, cujus in senectute curam susceperunt monachi Fonteneti, ipsis donavit mansum unum quem habebat apud Flaviacum (absque omni mentione), sæc. XII, CLXXXV, 1462.

HUMBALDUS, Ostiensis episcopus, XII sæc. vixit. De eo habetur epistola ad D. Thomam Cantuar., qua eum consolari nititur, CXC, 986.

HUMBALDUS, vir illustris Uriacensis, ecclesiam de Lenatia concessit monasterio de Capella in diœcesi Bituricensi, sed chartæ deest anni mentio, CXXXII, 479

HUMBERTUS, Silvæ Candidæ episc. et cardinalis. E Burgundia ortus initio XI sæc., primum fuit monachus ord. S. Bened. in monasterio Mediano S. Mansueti in Tullensi diœcesi. Obiit circa an. 1061. Libros III scripsit adv. Græcorum calumnias, contra Nicetam et adversus Simoniacos, CXLIII, 911.

HUMBERTUS, Bizuntinus archiepisc., in epistola nos docet quomodo finita est lis inter ecclesiam matrem Bizuntinam et Odonem Campaniensem Guillelmi comitis nepotem de censuariis quos nomine potestatis de Quisgey expetebat an. 1155, LXXXV, 1456.

HUMBERTUS, monasterii Caroliloci abbas, notum facit se suscepisse pro censu annuatim persolvendo, a canonicis B. Mariæ Parisiensis terram quamdam apud Espiers sitam an. 1164, CCV, 907.

HUNALDUS, vir illustris, et uxor ejus Deodata episcopo Cenomanensi Berario donant, sibi retinentes usumfructum, quidquid habent in Villa Gaviriaco quam ipsis concessit Berarius. De quo charta exstat in actis epis. Cenoman. an. 677, LXXXVIII, 1198.

HUNALDUS, monasterii Bonæ Spei monachus. De eo exstat epistola ad præpositum Joannem super lib. *De Trinitate* S. Hilarii Pictaviensis. Ad calcem epistolarum Philippi de Harveng reperitur. Obiit an. 1190, CCIII, 174.

HUNTBERTUS, alias HUMBERTUS et CHUNIBERTUS, monasterii Mariscolensis abbas, quondam exstructi ab ipso Chroneberto in honorem S. Mariæ, circa an. 671. Multa ei dona contulit uti constat charta, LXXXVIII, 1197.

HUNTIO, Egilberni cujusdam filius, bona quædam dono contulit ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis Ludovico II imper., an. 821, XCIX, 813.

HYACINTHUS, Ecclesiæ Romæ cardinalis sub Alexandro III floruit; B. Thomam exsulem consolari conatur, sæc. XII, CXC, 987.

## I

IBBO, Turonensis episc. factus erat an. 719. Sequenti anno ampla concessit privilegia monasterio S. Martini Turon. Juxta hanc chartam Berthonis et Crotperti successor erat, LXXXVIII, 1264.

IDA (Sancta), Bullonia comitissa, Godefridi Barbati filia, et mater illustris Godefridi Hierosolymitani regis primi. Obiit circa 1113. De ea exstant nonnulla diplomata in ejus vita relata, CLV, 453 *et seqq*.

IDA, de Montibus comitissa, calumniis impetita et timens ne ferretur excommunicationis sententia in se vel in suas possessiones, Lamberto Atrebatensi episcopo scripsit se præsto esse satisfacere, ineunte XII sæc., CLXII, 667.

IDATIUS, episc. Aquæflaviensis Lemicæ in urbe provinciæ Gallæciæ natus est an. 388, ad episcopalem dignitatem evectus est an. 427. Legatus deputatus est ad Aetium

Romanorum ducem an. 431. De eo exstat Chronicon, et consulum descriptio. Obiit an. 450, LI, 870.

IDATIUS, Barcinon. episc. De eo paucissima referunt biographi. Supersunt ejus duæ epistolæ; altera ad S. Julianum Toletanum, altera ad episc. Narbon., cui simul mittebat librum prognosticorum S. Juliani, an. 690, XCVI, 845.

IGINIUS (S.), pap. et mart., S. Telesphoro successit. Sub eo papa Romam adierunt Valentinus et Cerdo, impias docentes blasphemias, quos ille S. Pontifex viriliter impugnavit. Obiit an 143. Supposititia quædam ei tribuuntur decreta apud Isidor. Mercat., CXXX, 107.

IMBERTUS, monachus Grandimont. De eo nihil scimus nisi quod socius fuerit Guillelmi Dandinæ in translatione reliquiarum S. Ursulæ e diœc. Coloniensi in ecclesiam Grandimont., an. 1174, CCIV, 1221.

IMINA quidam multa dona contulit monasterio Werthinensi in quo floruerat olim B. Ulgerus, Ludovico Pio imperante an. 820, XCIX, 799.

INA, Saxonum rex et Ceadwallæ successor regnavit ab an. 689 ad 726. Ecclesiis sub Adelmo constitutis et omnibus qui in eis degebant libertatem concessit, an. 704, LXXXIX, 1113.

INGALLICE, presb. et monachus. Ad S. Lullum adhuc diaconum scripsit et nonnulla munuscula misit in monasterio confecta, circa an. 753. — 819.

INGEBURGIS, Francorum regina, queritur apud Cœlestinum III pap. quod maritus suus rex Philippus, cum ipsam repudiaverit, filiæ ducis Meraniæ se conjunxerit, an. 1196, CCVI, 1277.

INGOARA, virgo Deo sacrata et monialis monasterii S. Petri Senonensis sub Ebbone fratre suo Senonensi episc. multa dona suo contulit monasterio an. 711. Sororem habuit Lotheriam nomine quæ donationem pariter fecit eidem monasterio, LXXXVIII, 1258.

INNOCENTIUS I (S.), papa. Natione Albanensis, vir fuit insigni solertia ac prudentia præditus; constitutiones gessit pro omni Ecclesia, et super monachorum regulis; Pelagium et Celestium damnavit; obiit an. 418. De eo exstant epistolæ et decreta, XX, 458.

INNOCENTIUS II, papa. Natione Romanus primum monachus ordinis S. Benedicti, deinde cardinalis diaconus factus est; demum post mortem Honorii electus est an. 1130; obiit an. 1143. De eo exstant epistolæ et privilegia, CLXXIX, 21

INNOCENTIUS III, pap. Unus e celeberrimis pontificibus Ecclesiæ, vix 37 annos natus, quando electus est ut succederet pap. Cœlestino III an. 1198. Ortus ex nobili Signiensium comitum stirpe, 18 annos sedit et obiit an. 1216. Epistolæ et privilegia innumera, sermones etc, supersunt de eo, CCXIV, 21.

IOTRALDUS, monachus et postea abbas Cluniacensis, discipulus fuit S. Odilonis, cujus vitam conscripsit. Juxta antiquam chartam filius erat Bernardi et Adæ. Legitur ejus epitaphium in muro exteriori veteris ecclesiæ S. Petri. Floruit circa, 1060, CXLII, 831.

IRENE, imperatrix Constantinop. Athenis nata ex ignobili familia, ob ingenium et formæ pulchritudinem uxor facta est Leonis IV Constantini Copronymi filii; in rebus imperii magnam auctoritatem habuit. Leone defuncto, ipsa regni habenas tenuit, et cultum imaginum restituit. Sed filius, cum ad imperium pervenisset, eam in Propontidem relegavit; in potestatem restituta ipsi Constantino oculos effodi jussit, iterumque a Nicephoro in exsilium ejecta est, ubi obiit an. 803. De ea exstant nonnullæ epistolæ ad Adrian. I pap., CXXIX, 199, 210.

IRMINA, monasterio Epternacensi, cujus abbatissa erat, donavit villam de Stanheim; quod actum est Treviris sub Childeberto III rege an. 704, LXXXIX, 537.

IRMINTRUDIS, Francorum regina et Caroli Calvi uxor vixit medio IX sæc. 860. De ea exstat epistola ad Heribaldum, CXIX, 570.

ISAAC, abbas Stellæ. Vitam monasticam elegit in Cisterciensi monasterio. Deinde missus est ad quamdam insulam, cujus nomen et locus non indicantur, ut monasterium conderet. Anno 1147 factus est abbas Stellæ in diœcesi Pictaviensi, ubi obiit an. 1169. De eo exstant 50 sermones et tractatus de diligendo Deo, CXCIV, 1683.

ISAACUS, Lingon. episc., cognomine *Bonus* ob illius benignitatem, antea monachus S. Germani a Pratis sub Hilduino abbate; deinde diaconus in Ecclesia Laudunensi, et tandem episc. an. 856. Obiit an. 880. De eo supersunt canones, CXXIV, 1071.

ISAIAS (S.), Syrus abbas IV sæculi, quædam scripsit quæ exstant inter *verba seniorum*. Insuper eidem tribuuntur homiliæ XXVIII, valde utiles, CIII, 427.

ISARNUS, Tolosanus episc. Commisit Hugoni V Cluniacensi abbati et Hunaldo Moisiac. ecclesiam S. Saturnini in Tolosana urbe (absque an. mentione), CLIX, 982.

ISEMBERTUS, Pictav. presb., epistolam scripsit ad episcop. Andegavensem qua excusationem affert ne ad solemnitatem dedicationis cui invitatus erat adeat, an. incert., CXLI, 270.

ISIDORUS (S.); Hispalensis episcopus. Nobili prosapia natus an. 570 Carthagine Nova ex Severiano hujus urbis præfecto et SS. Leandri et Fulgentii fratre; restaurator fuit ecclesiasticæ disciplinæ in Hispaniis, auctor et caput omnium conciliorum quibus præfuit; obiit an. 638. Multa opera reliquit tum dogmatica, tum moralia, tum miscellanea, CLXXXI-CLXXXIV.

ISIDORUS MERCATOR seu Peccator. Auctor ille qui et *Pseudo-Isidorus* dicitur eo quod cum S. Isidoro promiscue olim sumptus est. Multa spuria et supposititia dedit, an. incert., CXXX, 9.

ISIDORUS Pacensis, sic dictus est a Pace urbe Lusitaniæ (hodie Beja), cui adhuc Mauris subjectæ præerat antistes. De illius ortu et obitu plane incertum. Ei tribuitur Chronicon seu Epitome imperatorum et Arabum in Hispania. Vixit sæc. VIII., XCVI, 1246.

ISNARDUS, a Teudone avo et Sulpicio patre ortus, qui et militiæ apud Gallos addictus fuit, ecclesiam Buxeti in Pertico sitam, monasterio S. Petri Carnot. concessit a. 1080, CLV, 264.

ISO, Sangallensis monachus. A teneris puer traditus est erudiendus in monasterio S. Galli, adeoque litteris profecit, ut visus sit idoneus qui eas alios edoceret, ideo præpositus est scholis sui monasterii et plures eximios discipulos habuit; sed in ipso juventutis flore morbo correptus obiit an. 871. De eo exstant libri II de miraculis S. Othmari, CXXI, 780.

IVO quidam, vir illustris, cellam S. Gauzburgis in territorio Belismensi sitam dono perpetuo concessit monasterio S. Petri Carnot. an. 1061, CLV, 297.

IVO (B.), episc. Carnot. In agro Bellovacensi natus, claris ex parentibus, Parisiis humanioribus litteris et philosophiæ operam dedit; theologiæ autem studuit in monasterio Beccensi sub B. Lanfranco. Primo abbas fuit S. Quintini Bellovaci, postea ab Urbano II pap. episc. Carnot. creatus an. 1092. Non paucas injurias perpessus est a Philippo rege eo quod vitæ ejus rationem objurgaret. Obiit an. 1115. De eo habentur Liber decretorum, Panormia, sermones, epistolæ et chronicon, CLXI-CLXII.

## J

JACOBUS et TIMASIUS, ex honestissima familia nati, aliquando Pelagii familiares et discipuli fuere, vitam monasticam et continentiam profitebantur; denique opera D. Augustini ex errore ad sanam fidem adducti sunt, quibus librum direxit de natura et gratia. Exstat eorumdem epistola ad Augustin. an. 415, XXXIII, 741.

JACOBUS, Edessenus diaconus, sub S. Nonno vitam contexuit S. Pelagiæ cujus conversionis testis fuit et sepulturæ Hierosolymis. Mentionem facit de Saracenis, et ideo ad sæc. VI hæc sunt referenda, LXXIII, 663.

JACOBUS de Vitriaco, Ptolemaidis episc. et cardinalis, historicus et hagiographus. Argentolii seu Vitriaci ad Sequanam natus, obiit an. 1244. De eo exstat testimonium erga D. Bernardum, CLXXXV, 628.

JACOBUS, dominus de Sauz et uxor ejus Maria fundavere Capellam S. Jacobi de Sauz cum redditu sufficienti ad victum et vestitum unius presbyteri, et simul concessit canonicis B. Mariæ de Sauz quartam partem decimæ de Sauz contra 60 libras Viennensium an. 1248, CLXXXV, 1436.

JACOBUS, Majoris ecclesiæ Utinensis custos, cum se et ecclesiam nonnisi ab ipso patriarcha pendere novisset, archidiacono ejus interdixit synodum celebrare in eadem ecclesia absque capituli consensu, et hoc non pravo consilio, sed ne sua in futurum læderetur immunitas, an. 1289, XCIX, 650.

JACOBUS de Boonen., archiepisc. Mechliniensis, indulgentias quasdam concessit iis qui imaginem B. Mariæ in ecclesia Afflighemensi visitarent et venerarentur a. 1647. Quam imaginem ferunt locutam fuisse D. Bernardo, CLXXXV, 1829.

JADER confess. *Vide* FELIX confessor Afric.

JEREMIAS, archiepisc. Senon. Primum S. Richerii monachus, inde abbas S. Columbæ, tandem episcopus et successor Magnonis est electus. Ex ejus scriptis solum superest epistola ad Frotharium Tullensem episc., an. 828, CV, 729.

JESSE, Ambian. episc. De ejus ortu, gente et familia nihil traditur; electus est a. 798. Concilio Parisiensi interfuit a. 829. Paulo post depositus est, eo quod adhæsisset rebellioni Lotharii adversus patrem. Redinte-

gratus iterum coactus est Lotharium sequi in Italiam, ubi defunctus est an. 836. De eo exstat tractatus de baptismo, CV, 780.

JOANNES, episc. et patriarch. Hierosol. cum S. Epiphanio, olim propter presb. cujusdam ordinationem rem habuit, sed cum ille ut ipsum excusatum haberet scripsisset, inter eos pax facta est et ad ipsum Epiphanium rescripsit, Origenistas condemnans, circa an. 410, XXII, 769.

JOANNES CASSIANUS. *Vide* CASSIANUS.

JOANNES, Antiochenus episc. Se adjunxerat episcopis qui Nestorium excommunicaverant et adhæserant Maximiani ordinationi, circa an. 433, L, 591.

JOANNES diaconus, de cujus gente et patria nihil invenimus, ad quemdam Senarium virum illustrem scripsit epistolam de variis baptismi ritibus, exeunte sæc. v, an. 496, LIX, 397.

JOANNES papæ legatus. *Vide* GERMANUS.

JOANNES, Nicopolitanus episc., per epistolam petiit a papa Hormisda quid in quodam casu agere deberet, qui eum remisit ad suum Indiculum, an. 516, LXIII, 387.

JOANNES, Constantinopol. patriarcha factus est sub Justino imp. fidem catholicam prius professus. Acacium et omnes hæreticos detestatus cum Hormisda papa convenit de die quo celebrandum sit Pascha. De eo exstant epistolæ apud Hormisdam pap., an. 520, LXIII, 429 *et passim*.

JOANNES II pap., cognomine Mercurius ob eloquentiam. Natione Romanus, an. 532 electus est, tribus tantum annis S. sedem tenuit. De eo supersunt epistolæ, LXVI, 9.

JOANNES, S. Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, Latine transtulit Vitarum Patrum librum VI de verbis seniorum. De eo mentio fit apud Sigebertum. Quidam volunt Joannem hunc eumdem fuisse qui sedem Romanam obtinuit post Pelagium, et obiit an. 572, LXXIII, 991.

JOANNES III pap, cognomine Catellinus. Natione Romanus, ex Anastasio natus, papæ Pelagio I successit an. 560; obiit an. 573. De eo epistolas habemus. (Vide JOANNES subdiaconus præced. loco.) LXII, 9.

JOANNES, Ravennatensis archiepisc. quem corripuit S. Gregorius Magnus, eo quod pallii usum ultra morem prædecessorum extenderat. De hoc iste se apud eum excusat, an. 604, LXXVII, 684.

JOANNES MOSCHUS, cognomine Eucrates, propter pietatem, monachus erat Hierosolymitanus; sed in Orientem et Ægyptum ad invisenda monasteria profectus est cum Sophronio discipulo et familiari, cui librum dicavit *Prati spiritualis* in itinere conscriptum; inde Romam perrexit, et circa an. 619 est defunctus. Ex illo supersunt epistolæ, LXXIV, 119.

JOANNES, Biclarensis abbas. E Gothis oriundus, monasticam vitam amplexus est, ab Arianis multa perpessus, exsul Barcinonem relegatus est: ipse tamen monasterium fundavit in loco Biclaro dicto, cujus abbas fuit; postea sub Reccaredo rege episcopus factus est an. 592 et obiit an. 620. De eo exstat Chronicon, LXXII, 860.

JOANNES IV pap. Natione Dalmata, et patre Venantio ortus, electus est an. 640; successit Severino, Monothelitarum errores profligavit; S. Sedem tenuit usque 642. De eo habentur epistolæ, LXXX, 598.

JOANNES V papa. Natione Syrus, Benedicti II successor; vir valde strenuus scientiaque præditus, sed nonnisi annum unum sedit. De eo exstat decretum. an. 686. XCVI, 425.

JOANNES, Pistoriensis episc. electus an. 700. Quomodo se scripto astrinxit erga Balthasarem Lucensem episc. nihil juris per se deinceps Ecclesiæ Lucensi periturum; quod his in temporibus non erat insolitum, LXXXVII, 1550.

JOANNES VI pap. Patria Græcus, VIII sæc. ineunte, 705, Sergio successit. De eo exstant epistolæ, LXXXIX, 36.

JOANNES VII pap. Natione Græcus, vir eruditissimus et eloquentia præditus Joanni VI successit, sed nonnisi duos annos sedit. De eo superest solum epistola ad Ethelredum Merciorum, et ad Alfredum Anglorum reges, an. 707, LXXXIX, 53.

JOANNES, Constantinopolit. patriarcha, cum aliis quibusdam episc., instigante Bardane, qui imperatoriam potestatem usurpaverat, anathema dixit sexto concilio generali in quo damnati fuerant Monothelitæ. De eo exstat epistola ad Constantinum pap. an. 713, LXXXIX, 341

JOANNES DAMASCENUS, (S.), presb. Sermone Græcus, natione vero Syrus, a quodam monacho Cosma Damiano nomine a Saracenis in captivitatem deducto edoctus est; deinde ejus provinciæ califæ minister fuit, quo dimisso munere, ad S. Sabæ monasterium se contulit prope Hierosolymam in quo obiit an. 760. De eo exstant plura scripta inter quæ notanda est Vita BB. Barlaam et Josaphat Indorum regis, LXXIII, 443.

JOANNES, diaconus Constantinopol. et cancellar., adfuit concilio Nicæno II œcumenic. Refutationem redegit adv. Monothelitas qui Christianos incusare solebant, an. 787, CXXIX, 575.

JOANNES (Aurelius Flavius), vir illustris Paulo Alvaro Cordub. familiaris, ad quem plures epistolas misit. Sæc. IX an. 860 floruit in Hispania, CXXI, 420.

JOANNES SCOTUS, *vide* Scotus Erigena.

JOANNES, Camerac. episc., epistolam generalem dedit Ursioni cuidam presbyt. ad omnes episc. directam, quos deprecatur ut ille in qualibet eorum diœcesis parochia recipiatur, an. 865, CXXIX, 1591.

JOANNES VIII pap. Ecclesiæ Romanæ archidiaconus erat, cum Adriano II successit an. 872. Migravit e vita an. 882. 300 epistolas amplius scripsit seu privilegia quæ in conciliorum collectione inseruntur, CXXVI, 648.

JOANNES IX pap. Patria Tiburtinus, ab initio monachus fuit et diaconus: post Theodori obitum electus est an. 898, duos tantum annos sedit, et an. 900 defunctus est. De eo exstant epistolæ et canon de electione papæ, CXXXI, 28.

JOANNES X pap. Natione Romanus, Sergii filius, primum Bononiæ episc., deinde Ravennatensis archiepiscopus, et demum papa creatus an. 912. Vir fuit potius ad militiam quam ad sacerdotium natus; illud enim variis criminibus dehonestavit. De eo exstant epistolæ minoris momenti: obiit an. 826, CXXXII, 778.

JOANNES XI pap. Stephano VII successit an. 931, Widonis Tusciæ comitis favore. In manus autem inimici Alberici lapsus in custodia detentus est usque ad mortem an. 936. De eo habes nonnullas epistolas et privilegia, CXXXII, 1055.

JOANNES, Casinensis monachus. Natione Italus, quem Odo abbas Cluniac. Roma rediens secum adduxit usque Ticinum (Pavie), ibique eum abbatem instituit, et quia S. Odonem in multis locis secutus fuerat, vitam ejus conscripsit. Floruit circa 954, CXXXII, 883.

JOANNES XII pap. Illius impii Alberici filius qui Romæ tyrannus fuit, apostolicam sedem invasit an. 955, temporibus Constantini Copronymi imp., postea tamen accedente plebis et totius cleri consensu legitime ordinatus est, sed an. 963 depositus; obiit an. sequenti. Exstant ejus epistolæ et privilegia, CXXXIII, 1011.

JOANNES XIII pap. Antea Narniensis episc., Leoni VIII successit an. 965. Obiit an. 972. De eo habentur epistolæ et decreta; CXXXV, 950.

JOANNES SMERA POLOVECIUS, natione Russus, Wladimiri regis medicus et rhetor, claruit circa 990. A rege missus ad varias gentes ut omnes ediscerent religiones, vicissim Europam, Asiam et Africam peragravit: Alexandriam cum pervenisset, ibi aliquot dies commoratus est et sacro lavacro tinctus regem dissuasit ne sequeretur Græcorum religionem, et ut e contra Romanam profiteretur, ut et ipse jam præstiterat, CLI, 1405.

JOANNES XIV pap. Rector Ecclesiæ Papiensis, Benedicto VII successit. Octo menses tantum cum sedem tenuisset, depositus et in vincula conjectus in arce montis S. Angeli fama et miseria interiit, circa an. 995. CXXXVII, 357.

JOANNES XV pap. Patria Romanus, cujus pater sacerdos effectus est, post tyranni exstinctionem, communi suffragio electus est an. 985; obiit vero an. 996. Ejus supersunt tres epistolæ et privilegia, CXXXVII, 826.

JOANNES CANAPARIUS, monachus monasterii S. Bonifacii, Roma inter montem Aventinum et Tiberim exstructi quo se receperat paucis cum amicis. Ferunt in abbatem postea electum fuisse, Leone prædecessore defuncto. Auctor est Vitæ sancti Adalberti Pragensis episc. Obiit an. 1004, CXXXVIII, 859.

JOANNES, diaconus Venetus, Petri Urceoli ducis minister, non semel legatus missus est ad Ottonem III imp. ob summam prudentiam et sagacitatem. Chronicon conscripsit Venetum, sed fontibus obscuris et narrationibus fabulosis hausit, an. 1008, CXXXIX, 871.

JOANNES XVIII pap., antea Joannes Fasanus seu Fassanus. Patria Romanus Joanni XVII qui menses IV tantum sederat, successit sub imp. Henrico Juniore; obiit an. 1009. De eo habentur epistolæ et privilegia, CXXXIX, 1472.

JOANNES XIX pap. Ex nobili domo Tusculanorum comitum ortus et Benedicti VIII, prædecessoris sui, frater S. sedem tenuit ab a. 1024 ad 1033, quo ex hac vita migravit: epistolas et privilegia dedit, CXLI, 1114.

JOANNES de Garlandia, grammaticus, poeta, natione Anglus. Vita nos latet. De eo exstant opus Synonymorum

et quædam fragmenta metrica de æquivocis, de Ecclesiæ mysteriis et de orthographia. Vixit circa an. 1040, CL, 1575.

JOANNES, Sabin. episc. et cardinalis a Leone papa IX electus est. Romano concilio adfuit sub Nicolao II. E vivis decessit a. 1059. Ex eo exstat querimonia contra monachos Farfenses a. 1051, CXLIII, 907.

JOANNES GUALBERTUS (S.). *Vide* GUALBERTUS.

JOANNES LIPRANDUS, B. Petri Damiani discipulus et post eum prior Fontis Avellani constitutus ac demum Eugubinus episcopus factus Vitam conscripsit sancti magistri sui Damiani, circa 1078, CXLIV, 89, 115.

JOANNES, episc. Abrincensis. Circa initium sæc. XI natus est ex patre Rodulfo Baiocensi comite et fratre uterino Richardi Normanniæ ducis; a sede Abrincensi ad Rothomagensem assumptus est, obiitque a. 1079. De eo exstat liber *De officiis ecclesiasticis*, CXLVII, 9.

JOANNES, Fiscamnensis abbas qui a modica statura Joannelinus dictus est, primum monachus S. Benigni Divion. fuit, deinde prior et postea abbas Fiscamnensis; Erbrectensem abbatiam ab Henrico III imper. suscepit. Obiit a. 1079. De eo supersunt libellus precum et nonnullæ epistolæ, CXLVII, 441.

JOANNES COTTO seu Cottonius. De eo nihil omnino didicimus. Præstantissima de musica opera ei tribuuntur. Floruit sæc. XI, CL, 1391.

JOANNES, Tusculanus episc., qui et Marsicanus dictus, ab Urbano II creatus est cardinalis. In Vastallensi concilio suam gravissime tulit sententiam, prompto fuit animo et cum impius imperator papam Paschal. II in carcerem conjecisset, ille ad arma populum vocavit ut in auxilium veniret. Sub eodem Paschal. II obiit circa 1112. De eo exstat concio ad pop. Rom. et epistola ad Richardum Alban. episc., CLX, 1035.

JOANNES, monachus Bezuensis, de quo nihil compertum traditur, floruit circa initium XII sæc. an. 1115. Auctor reputatur Chronici Bezuensis, CLXII, 735.

JOANNES, S. Audoeni monachus et diaconus. Inter æquales scientia et virtute claruit; in concilio Rhemensi an. 1119, secretarii munere functus est vix annos 20 natus. Vitam sancti Nicolai soluta oratione et metrice scripsit. Ex eo supersunt sermones IV, CLXII, 1151.

JOANNES Michaelensis, quem didicimus tantum concilio Trecensi a. 1128 interfuisse et munus secretarii ibi implevisse. De eo regula exstat Templariorum, CLXVI, 854.

JOANNES Constantiensis. Fuitne episcopus, aut presbyter, aut simplex monachus, aut abbas nos latet. De illo exstat ad Gaufridum abbat epistola seu præfatio in librum de computo ecclesiast. Vixit an. 1137, CLXIII, 1479.

JOANNES, Acconensis episc. Fratribus S. Sepulcri jus concessit ecclesiam exstruendi in Accon. et insuper ipsis ecclesiam donavit in territorio casalis Amicenas an. 1138, CLV, 1170.

JOANNES, monasterii Casæ Mariæ abbas, in agro Verulano in Italia conditi an. 1005 ordinis S. Benedicti, amicitiam adeo strictam cum D. Bernardo iniit ut Cisterciensibus postea se adunaverit. De eo epistola exstat ad sanctum Bernard. a. 1140, CLXXXII, 590.

JOANNES, Aletanus episc. Antea monachus Cisterciensis, ad D. Bernard. Claræval. recurrit cum quidam eum calumniarentur sæc. XII, CLXXXII, 680.

JOANNES, Ferrariensis abbas, Sugerium rogavit ut inducias ei concederet ad solvendam reliquam pecuniam quæ a monasterio exigebatur an. 1147, CLXXXVI, 1406.

JOANNES, monachus S. Laurentii Leodiensis. Gisleberti frater : visionem scripsit status animarum post mortem et miraculum S. Laurentii mart. et carmina quædam, an. 1147, CLXXX, 177.

JOANNES, cardinalis S. Mariæ Novæ, Sugerio abbati commendat causam magistri Petri, ipsius judicio ab Eugenio papa commissam, de quo exstat epistola ad Wibaldum Corbeiens., abb. an. 1146, CLXXXVI, 1414; CLXXXIX, 1163.

JOANNES, Frithesellensis abbas, Ven. Wibaldum Corbeiens. abbat. monet se brevi ad regem iturum et ab eo quærit si quid mandandum habeat a. 1150, CLXXXIX, 1292.

JOANNES, notarius, dominos suos monet Guelfum Conradi regis proditorem, pecunia accepta, esse concordem cum Siculo rege, ipsum papam eidem adhærere, et inde insidias caveant a. 1151, CLXXXIX, 1323.

JOANNES CIRITTA, Tharaucanus abbas in Hispania. Miles sub Alphonso VI rege, adversus Mauros armis claruit; gratia Dei motus monachus factus est et abbas monasterii S. Joannis de Tarouca : ad Deum migravit an. 1164. Regulam conscripsit ordinis militaris Avisii, CLXXXVIII, 1661.

JOANNES, diaconus Romanus, qui Junior dicitur ut ab alio celebri scriptore qui sub Joanne VIII floruit distinguatur, canonicus erat basilicæ Salvatoris Lateran. Scripsit ad Alexandrum III pap. de Ecclesia Romana an. 1149. CXCIV, 1541.

JOANNES, Portarum monachus Carthusianus se fratrem carne et spiritu dicit Stephani ejusdem monasterii monachi. De eo exstant quinque epistolæ spirituales, tum Stephano de Chalmeto fratri suo, tum Nepoti Bernardo ejusdem ordinis. Sæc. XII floruit, CLIII, 899.

JOANNES PATRICII et ejus uxor Bruna duo casalia quæ possidebant in Syria commutaverunt cum canonicis S. Sepulcri contra duo alia in eadem regione sub Fulcone rege. Sæc. XII, CLV, 1214.

JOANNES GOTHMANNUS et ejus uxor Amandala, terram quamdam quam Jerosolymæ possidebant vendiderunt canonicis S. Sepulcri : quod actum est a. 1161 sub rege Balduino, CLV, 1200.

JOANNES, Saracenus, florebat circa 1170. Exstat apud Joannem Sarresberiensem epistola qua eum monet se transtulisse lib. sancti Dionysii *De cœlesti hierarchia angelorum*, et quidem haud sine magna difficultate, an 1170, CXCIX, 143, 259.

JOANNES, Augiensis comes, cujus pater Ecclesiam Arvasiæ canonicis S. Victoris Paris. concesserat an. 1174, CXCVI, 1391.

JOANNES Saresberiensis, episc. Carnotens. Natione Anglus, Parisios venerat ubi Abælardum magistrum habuit et postea Albericum et Gilbertum Porretanum. Ab initio clericus fuit Cantuariensis, deinde approbatione regis et cleri electus est episc. Carnot. circa 1176; obiit an. 1180. De eo exstant multæ epistolæ, liber Entheticus et Vita S. Anselmi episc. Cantuar., CXCIX, 9 *et seqq.*

JOANNES, eremita dictus, eo quod sæpe adibat B. Bernardum in solitudinem Claræval., Vitam hujus S. Doctoris in duos libros digessit. An. 1180, CLXXXV, 551.

JOANNES, præpositus monasterii Bonæ—Spei qui videtur magister fuisse Philippi de Harveng. cui duas epistolas scripsit super libros de Trinitate S. Hilarii Pictaviensis. Floruit exeunte XII sæc., an. 1188, CCIII, 170.

JOANNES, Beaugecii monasterii abbas ordinis Cisterciensis, floruit exeunte sæc. XII, an. 1109. De eo exstant nonnullæ epistolæ ad Gaufridum S. Barbaræ in Neustria subpriorem, CCV, 827 *et passim.*

JOANNES, Camerac. episc., exeunte sæc. XII vixit, ut videtur per epistolam quam scripsit Stephano Tornac. episc., CCXI, 504.

JOANNES GUITARDUS, Mahumeriæ Burgensis in Syria, juramentum præstat, sicut omnes cæteri Burgenses quorum nomina servantur, sæc. XII, CLV, 1222.

JOANNES GIRBALDUS, dono concessit Beatæ Mariæ Fontis Ebraldi portum de Chalcio et totam terram quæ est juxta Ripam; et ipse suscepit ab Herveldi ejusdem loci priorissa pullum, sæc. XII, CLXII, 1114.

JOANNES F., Dolensis abbas, sanctimonialibus Fontis Ebraldi de consensu totius fratrum conventus terram planam et boscum de Ursan dedit; quod actum est Dolis, præsente Leodegario archiepisc. et Roberto de Arbrisello, initio XII sæculi, CLXII, 1118.

JOANNES, Cornubiensis, juxta quosdam auctor est Apologiæ de Verbo incarnato inter opera B. Hugonis de S. Vict. Paris. editæ. Quis sit et quo tempore floruerit non constat, sæc. XII (?), CLXXVII, 295.

JOANNES, scholarum magister Aurelianensis. *Vide* ELIAS.

JOANNES BELETHUS, Theologus Parisiensis et hujus Facultatis rector, litteris sacris valde eruditus, et in philosophia æque peritus, ingenio promptus et sermone scholasticus, inter doctores claruit. De eo exstant sermones et liber *De divinis officiis*. Obiit an. 1190, CCII, 9.

JOANNES DE BELMEIS, Lugdunensis archiepisc. cognomine *Ad Albas manus*. Natione Anglus, antea thesaurarius ecclesiæ Eboracensis, liberalis et simul litteratus vir, factus est episc. Pictaviensis an. 1162, et deinde 1181 in sedem Lugdun. evectus a papa Lucio. Denique, munere abdicato, sponte recessit in monasterium Claræval. De eo habemus epistolas et diplomata, an. 1201, CCIX, 873.

JOANNES, Pictav. episc., XII sæc. vixit. Stricta amicitia prosecutus est B. Thomam Cantuar. et secretis animæ ejus secretioribus initiatus, quem et verbis et factis adjuvit. De eo plures exstant epistolæ ad B. martyrem, sæc. XII, CXC, 1022 *et seqq.*

JOANNES, prior S. Swithini Winton Ad Alanum prior. Cantuar. epistolam de spiritualibus tractantem misit, XII sæc. floruit, CXC, 1483.

JOANNES, Neapolitanus, Ecclesiæ Romanæ cardinalis presbyt. ad titulum SS. Joannis et Pauli, illustrem exsu-

lem archiepiscopum Cantuariensem solatur, sæc. XII, CXC, 988.

JOANNES DE CECCANO, militum de Calatrava magister, Romanæ Ecclesiæ juramentum præstat de tuendis et conservandis regalibus S. Petri, an. 1201, CCXVII, 283.

JOANNES, abbas S. Genovefæ Parisiensis, de consensu totius conventus, de quibusdam convenit cum Odone Parisiensi episc. super ecclesiis S. Genovefæ in Parisiis an. 1202, CCXIV, 1187.

JOANNES DE CASEMATE qui legatus missus fuerat in Bosniæ regnum ab Innocentio III papa; hunc monet de donatione Sibiliæ uxoris potestatis Constantinopolit. Deinde proponit ut novos creet episcopatus, an. 1205, CCXV, 153.

JOANNES, catholicus Armenus an. 1205 ad Innocent. III scripsit et obedientiæ professionem erga S. Romanam Ecclesiam præstat, CCXV, 692.

JOANNES de S. Laurentio, Ecclesiæ Romanæ scriniarius et cardinalis in nomine Innocentii III ligium homagium recepit a comite Hildebrandino, an. 1207, CCXVII, 238.

JOANNES WILLELMUS, monachus ad Guibertum Gemblacensem scripsit, et illi declarat se merito multa pati ab iniquo abbate, quia ipse olim multorum malorum aliis auctor fuerit. Floruit circa 1208, CCXI, 1302.

JOANNES, Hierosolymæ rex decimus et regina Maria immunitatem concesserunt super horto quem emerunt canonici S. Sepulcri, Santio tunc priore. Actum est in Accon an. 1211, CLV, 1256.

JOANNES, Anglorum rex, cum fuisset excommunicatus, quatuor e suis baronibus misit cum litteris ad Innoc. III pp. et omnes accepit conditiones, an. 1213, CCXVI, 876, 878.

JOANNES DE MONTEBARRO. *Vide* Hugo V Burgundiæ dux.

JOANNES, Fontanarum dominus, filius domni de Saulz, donavit fratribus Vallis Scholarium sextarios tres olei ex nucibus ab an. 1220, uti testatur Theobaldus Baject Burzarum præceptor, CLXXX, 1478.

JOANNES ALGRINUS, S. R. E. cardinalis, cognomento de Abbatisvilla a natali solo, floruit sæc. XIII in Gallliis. Celebris fuit doctrina et eruditione. Primum Ambian. decanus, deinde Bizuntinus episc. an. 1225; denique creatus est cardinalis. Obiit an. 1237. De eo exstant varii sermones de tempore et de sanctis, in Epistolas et Evangelia totius anni, annotationesque commentariis Thomæ Cisterciensis, CCVI, 11.

JOANNES DE THIELRODE, S. Bavonis monachus, quamdam redegit compilationem an. 1294 cujus excerpta quædam exstant super Genealogia comitum Flandriæ usque ad an. 1130, CCIX, 187.

JOANNES DE SANCY, Clarævallensis abbas, ad cæteros coabbates direxit querimoniam, de tributis quæ sibi de die in diem imponebantur a Philippo rege, circa 1298, CLXXXV, 1851.

JOANNES, Wirzeburgensis presbyt., videtur floruisse sæc. XIII. Auctor est descriptionis Terræ Sanctæ, CLV, 1053.

JOANNES, abbas Clarævallis, florebat circa 1335. Censum annualem fundavit quinque Librarum Turon. ut die festo S. Bernardi emantur pisces monachis abbatiæ suæ distribuendi, CLXXXV, 1754.

JOANNES de Fontanis dominus, cum Roberto fratre et Simona matre sua de Fontanis domina inter se conveniunt de dominio Fontanarum an. 1350. Quæ charta sermone exstat Gallico, CLXXXV, 1502.

JOANNES Catalaunensis, monasterii Clarævall. abbas. Floruit exeunte sæc. XV. De quo exstat charta an. 1499, CLXXXV, 1767.

JOANNES, Spanheimensis abbas, panegyricum egit B. Ruperti Tuitiensis abbatis ad instantiam Gerlaci de Breitbac ejusdem mon. abbatis, sæc. XIV seu XV, CLXVII, 11.

JOBIANUS, Brixiensis subdiaconus, an. 767, prædia quædam in territorio Ferronanensi sita donavit Anselbergæ abbatissæ monasterii S. Salvatoris et Desiderii regis filiæ, LXXXVII, 1389.

JOCERANNUS, Lingonensis episc. Initia XII sæc. floruit. De Bernardo Clarævallensi abbati confirmavit immunitatem decimarum an. 1121 et præsente Humbaldo Lugdunensi archiepisc. et primate. De eodem exstat charta qua canonicis Ecclesiæ suæ reddit ecclesiam S. Martini Fontanensis de Prato in Campania an. 1120, CLXXXV, 977, 1451.

JONAS Elnonensis abbas, SS. Columbani Attalæ et Eustasii discipulus fuit. Juxta quosdam Hibernus sive Scotus, juxta alios Italus Robiensis seu Livinensis fuit. Vitam conscripsit SS. Columbani et Eustasii abbat. et librum de miraculis S. Joannis Reomensis, an. 670 floruit, LXXXVII, 1010.

JONAS, Aurelianensis episcopus et Theodulfi successor, concilio Paris. interfuit an. 827. Hinc cum laude meminit Lupus Ferrariensis abbas; obiit an. 843. De eo exstant libri tres de institutione laicali, et opusculum de regia institutione, CVI, 118.

JONAS, canonicus S. Victoris Parisiensis missus est Cæsaris Burgum. qui locus ipsi cum minus placuisset ad S. Victorem revocari postulat apud Ervisium hujus abbatiæ priorem circa 1170, CXCVI, 1388.

JORDANUS DE LORON, Lemovicensis episc. Vir de nobili prosapia ortus, S. Leonardi præpositus, Girardo successit in sede Lemovic. an. 1024. Electus est in conventu S. Leonardi præpositus, habito apud S. Julianum a prudentissimo Aquitaniæ duce Guillelmo. Obiit an. 1052. De eo exstant epistolæ, diplomata et acta concilii a Lemovicens., CXLII, 1347.

JOSCELINUS, Saresberiensis episc. De eo exstat ad Sugerium epistola an. 1148, CLXXXVI, 1364; CXC, 1058.

JOSCELINUS, Turonensis archiepisc. qui Josse et Jodocus dictus est. Ex Britannia oriundus antea Briocensis episc. fuit. De eo exstant charta et epistolæ sex ad regem Ludovicum juniorem, an. 1174, CXCVI, 1534.

JOSCERANNUS, Lugdunensis et Anserinus Bizuntinus archiepiscopi, circa initium XII sæc. claruere. Geraldum Engolisen. episc. monent controversiam exstantem inter Gurbanum S. Crucis Kemperlegiensis et Herveum Rotomagensem abbates finitam fuisse a Paschali II papa, et causam abbatis S. Crucis justam ac legitimam declaratam fuisse, CLXXII, 1326.

JOSEPHUS, Scholasticus et Alcuini discipulus. Jussu magistri in compendium redegit commentaria S. Hieronymi in Isaiam prophetam. Sed de eo tantum superest carmen in honorem S. Ludgeri, an. 804, XCIX, 777, 821.

JOSEPHUS, sacerdos, cancellarius regis Aquitaniæ et deinde præceptor Ludovici regis floruit IX sæc., an. 846. Historiam scripsit translationis corporum SS. Ragnoberti et Zenonis, cujus testis oculatus fuit, CVI, 889, 92.

JOSEPHUS, magister, apud Guibertum Florinensem se excusat quod eum non adierit. Ægre autem fert quod se magistrum appellat, hortaturque ut suum Florinense monasterium, quantum in se est, florens faciat, ineunte sæc. XII, 201 scripsit, CCXI, 1305, 1307.

JULIANA ANICIA, Hormisdam papam monet de pace per ejus legatos Ecclesiæ Orientali reddita et ipsum orat ut hi non discedant donec firmetur. Sed quæ sit hæc nobilissima mulier non apparet, an. 519, LXIII, 451, 488.

JULIANUS (Flavius Claud.), Julii Constantii augusti filius. Ad imper. pervenit an. 361. Quo odio Christianos et Christi fidem prosecutus sit sciunt omnes. De eo exstat rescripti fragmentum in gratiam Donatistarum ex D. Augustino desumptum, XI, 1179.

JULIANUS, Eclanensis episc. Pelagianus. Jactator ille Pelagianæ hæresis defensor natus est in Apulia, ab Innocentio pap. ordinatus est juxta Mercatorem, sed an fuerit episc. et quo sederit non constat. Obiit an. 455. De eo fragmenta exstant apud Isidor. Mercat., XXI, 1167; XLIV, 641; XLVIII, 109, 508, 622.

JULIANUS POMERIUS. *Vide* POMERIUS.

JULIANUS (S.), Toletanus episc. Toleti natus, ubi baptizatus educatusque est sub regimine S. Eugenii archiepisc. et omnes cleri gradus cum conscendisset, et denique, defuncto S. Eugenio, in ejus locum suffectus est. Obiit an. 690. Librum scripsit de prognosticis, tractatum sextæ mundi ætatis, historiam belli regis Wamba et versus, XCVI, 427.

JULIUS I (S.) papa. Natione Romanus, temporibus Constantii aug., Constantini Magni filii, an 337 consecratus est, et an. 352 defunctus est. De eo exstant decreta et epistolæ, VIII, 857.

JULIUS, abbas insulæ Montis Christi, querimoniam direxit ad Rolandum Corsicæ insulæ comitem et dominum de usurpatis juribus sui cœnobii, an. 719, LXXXVIII, 1364.

JUNILIUS, episc. Africanus, circa medium V sæculi floruit. Bonis artibus a puero eruditus est in sacris litteris peritissimus. Libros duos scripsit *De partibus divinæ legis* quos nuncupavit Primasio Adrumetino episcopo qui an. 553 tribus capitulis Vigilii papæ subscripsit, LXVIII, 11.

JUSTINIANUS, vir illustris et Justini imperatoris legatus, narrat quid actum sit in pacis gratiam. De Acacii depositione et Dioscori excommunicatione scripsit an. 520, LXIII, 496, 508.

JUSTINIANUS, Justini imper. nepos et successor, quosdam rebelles et præcipue Hypathium necari jussit; eo

regnante, victoriis claruerunt Narses et Belisarius. Leges et constitutiones expurgavit et meliori ordine digessit, unde nomen ejus ferunt variæ juris Romani partes nempe Codex, Digestum, Instituta et Novellæ. Obiit an. 565, LXIII, 430 *et passim*, LXVI, 14 *passim*, LXXX, 30 *passim*.

JUSTINIANUS II, Orientis imperator, Constantino Pogonato patri successit; propter nimiam sævitiam expulsus est, nasusque ipsi exsecatus fuit; sed, post annos decem, exsilio reversus, iterum in thronum restitutus est, et cum majori sævierit rigore, seditione facta trucidatus est jussu Philippici Bardanis qui in ejus locum est suffectus. De eo exstant nonnullæ epistolæ. Obiit an. 711, XCVI, 42.

JUSTINUS, Senior dictus, primum ovium pastor in Thracia ejus patria, deinde in bello tum Isaurico tum Persico tanta virtute se gessit ut, an. 518, Anastasio Aug. defuncto imperator proclamatus sit. Ipse catholicos episcopos suis restituit sedibus, Arianos autem expulit, invito Theodorico Gothorum rege. Obiit 527. De eo exstant epistolæ, CXIII, 426 *et passim*.

JUSTUS (S.), Urgellensis episc. in Hispania, floruit VI sæc. Concilio Toletano interfuit. De eo exstat expl natio mystica in Cantica cantic. Salomonis, an. 540, LXVII, 962

JUSTUS LIPSIUS, e Gallia Belgica oriundus, e secta Protestantium conversus est ad catholicam fidem et in societate Jesuitarum ordines suscepit: Lovanii et Lugduni Batavorum cum magna celebritate Historiam docuit. Floruit ab an. 1547 ad 1606. De eo exstat Elogium D. Bernardi Claræval. abbatis, CLXXXV, 637.

JUVENCUS (Aquilinus), presb. Hispanus et poeta. E nobili stirpe ortus, floruit sub Constantio Augusto. Paucissima de eo nos docent historici. Quatuor Evangelia metro heroico transtulit. Quidam eidem tribuunt librum in Genesim et Triumphum Christi heroico versu, an. 329 floruit, XIX, 9.

## K

KARLOMANNUS, *vide* CARLOMANNUS.

KAROLUS, *vide* CAROLUS.

KENREDUS, Merciorum rex, an. 709, plurima dona contulit cœnobio Eveshamensi et præsertim terras in quibus fertur B. Virginem Mariam apparuisse S. Egwino episc.; quæ donatio confirmata est a Constantino papa. Abdicata corona, Romam adiit Kenredus et vitam monasticam amplexus est. Obiit, an. 709, LXXXIX, 356.

KENULFUS seu COENULFUS, Merciorum rex, Ecferti successor, gentem suam ex miserrima florentissimam effecit, religioni maxime favit, Ethelardum Dorobern. archiepisc. ab Offa rege quondam vexatum in sedem restituit. Regem hunc nuncupat Willelmus Malmesbur. virum magnum, domi religiosum et in bello eximium. Obiit an. 821 cui successit Kenelmus filius ejus. De eo exstat epistola ad Leonem III pp. cum responso, CII, 1023; CLXXIX, 1038.

KERVINUS de Lettenhove ex academia Bruxellensi cui dicavit, an. 1853 opus inscriptum: *Recherches sur la part que l'ordre de Citeaux et le comte de Flandre prirent à la lutte de Boniface VIII avec Philippe le Bel*, CLXXXV, 1833.

## L

LABORANS, S. R. E. cardinalis presb. Philosophus ille et theologus egregius floruit exeunte XII sæc., an. 1101, Elaboratissimam edidit canonum collectionem, et tractatum de justitia et justo, et librum de vera libertate, quibus addendæ sunt nonnullæ epistolæ, CCIV, 867.

LACTANTIUS (Firmil.), Causidicus Romanus, rhetor et apologeta Christianus ex Africa ortus creditur ex parentibus ethnicis. Quo tempore ad fidem accesserit non constat. Nicomediæ litteras docuit, in senectute Treviros venit ubi defunctus est circa, 325. Apologeticum, Libros institutionum, De Dei opificio, De ira Dei, et De mortibus persecutorum scripsit. Unus est ex eloquentissimis Ecclesiæ Latinæ scriptoribus, VI-VII.

LAMBERTUS, Cenomanensis episc Cum quidam Rayno neque nonam neque decimam solvere vellet, eum excommunicatum declaravit, de quo admonet Hildebrandum Sagiensem episc., sæc. IX, CXXXII, 467.

LAMBERTUS, filius Adalberti II Tuscorum ducis, qui factus est rex Italiæ et imperator, regnavit usque ad an. 931, quo, oculis a fratre effossis, misere obiit: de ipsius conventu Ravennatensi datur relatio, CXXXVIII, 809.

LAMBERTUS, Ansberti filius, Girvardo cuidam militi alodum vendidit 23 solidis nummorum, in villa Condato, an. 934, CLV, 327.

LAMBERTUS a Legia seu Leodio, monachus S. Mathiæ monasterii Treviris, floruit ab an. 1038 ad 1047. Auctor est libelli De inventione corporis et de miraculis S. Matthiæ, CLIV, 1279.

LAMBERTUS, Hersfeldensis abbas, e Schafnaburgo ortus, presbyter ordinatus est ab archiepisc. Moguntino Lupoldo. Quando obierit non constat (an. 1077). De eo exstant annales, CXLVI, 1027.

LAMBERTUS, abbas monasterii S. Nicolai de Turri ord. Cisterc. fratres suos monet de transitu B. Patris Brunonis, et postulat ut ejus depositio in martyrologio fratrum inscribatur et perpetua memoria recolatur, an. 1101, CLII, 596, 600.

LAMBERTUS, abbas monasterii Pultariensis ad Sequanam ord. Carthusiensis. Patrem Brunonem sibi quondam fuisse magistrum profitetur in litteralis doctrinæ scientia et in eruditione catholicæ conversationis. Die anniversaria obitus S. Patris ipse et monachi canticis spiritualibus et eleemosynis vacabant. Exstat de eo epistola ad Albericum abbatem., an. 1110, floruit, CLII, 568; CVI, 398.

LAMBERTUS, Atrebat. episc. E nobili prosapia natus, magna virtute præditus, primum archidiaconus Tarvanensis, deinde canonicus et præcentor S. Petri Insulensis, denique a clero Atrebatensi electus est episcopus ac consecratus ab Urbano II papa. Quam prudenter rexit Ecclesiam usque ad an. 1115, quo ad Deum emigravit. De eo supersunt epistolæ et privilegia, CXLII, 615.

LAMBERTUS, Audomarensis canonicus, et postea S. Bertini abbas, Librum floridum scripsit, et an. 1125 e vivis discessit, CLXIII, 1006.

LAMBERTUS, Carthusianus prior domus Squillacensis, Lanuini successor, primus statuta edidit tam pro anachoretis quam pro cœnobitis, qui haud longe a Squillaco in S. Stephani monasterio degebant, XII sæc. vixit, an. 1125, CLIII, 1150.

LAMBERTUS de Bono Oculo et Stephanus de Lineriis, terram quæ Plana dicitur, monasterio Fontis Ebraldi donaverunt, ineunte, XII sæc., CLXI, 1111.

LANDERICUS, (S.) Parisiensis episcopus, temporibus Clodovæi II Dagoberti filii floruit medio VII sæc.; sanctissime rexit Parisiensem Ecclesiam, insigni charitate erga pauperes enituit, ita ut, grassante fame, an. 651, supellectilem domesticam vendiderit. De eo tantum superest charta qua immunitates concedit monasterio S. Dionysii, LXXXVII, 298.

LANDRICUS, abbas S. Petri Carnot. testatur sibi concessam fuisse terram de Regia Capella a nobili matrona Bertha et comite Tetbaldo, an. 1069. Exstant de eodem abbate aliæ quædam chartæ, CLV, 273.

LANDRICUS, miles et uxor ejus Ermelina puerum quemdam Ernaldum nomine mancipant et monasterio S. Petri Carnot. offerunt, ut ibi monachus Deo serviat, pro cujus onere terram in loco qui Baliolus dicitur eidem monasterio largiuntur, an. 1080, CLV, 343.

LANDULFUS Sagax dictus, historicus auctor, qui IX sæc. floruit. Continuationem dedit historiæ Paul Diaconi, XCV, 1143.

LANDULFUS, clericus Milanensis, Senior dictus, XI sæc. floruit; de quo pauca tradunt biographi. Historiam scripsit Mediolanensem in quatuor libros partitam. Obiit circa 1085, CXLVII, 802.

LANDULFUS Junior dictus ut a præcedente distinguatur, ortus Mediolani, nepos fuit Liutprandi hujus qui tam acerbe insurrexit adversus simoniacos; multa loca invisit suæ instructionis causa; in Italiam reversus præfectus est Ecclesiæ S Pauli Mediolanensis. Historiam scripsit sui temporis ab an. 1095 ad 1137, CLXXIII, 1429.

LANFRANCUS (B.), Cantuar. archiepisc. et Angliæ primas, natione fuit Italus. A puero bonis artibus imbutus est; primum in Beccensi monasterio monachus fuit, deinde a Guillelmo duce ad aulæ ministeria ascitus est, postea prior suæ abbatiæ et abbas factus est, et demum ad sedem Cantuar. evectus an. 1070. De eo superest commentarius in epistolas S. Pauli: liber de corpore et sanguine Christi contra Berengarium, Decretaque pro ordine S. Benedicti, et epistolæ. Obiit an. 1089, CL, 9.

LAURENTIUS (S.), Novariensis episcopus, quem suspicantur evectum fuisse ad sedem Mediolan. an. 507, Mellifluus dictus est ob suavem ejus eloquentiam; de eo superest tantum duplex homilia de pœnitentia et de eleemosyna, an. 540 claruit, LXVI, 88.

LAURENTIUS, Cassinensis monachus, deinde ignotæ sedis episc. quo nullus antecessorum post. S. Ber edictum doctior fuit, elegantem sermonem dedit de B. Benedicti Vigilia. Floruit an. 950, CXXXIII, 886.

LAURENTIUS, diaconus Pisanus, patria Veronensis claruit an. 1115 sub Petro II archiepisc., carmine scripsit heroico bellum Balearicum sive res in Majorica Pisanorum gestas in libros VII, CLIII, 514.

LAURENTIUS Westinensis monasterii abbas ad venerab. Ervisium S. Victoris Parisiensis priorem misit epistolam qua ei commendat Joannem sui prioris cognatum qui scholas regendas quærebat, an. 1170, CXCV, 1385; CC, 1452.

LAURENTIUS de Leodio, de quo pauca narrantur, XII sæc. floruit. Monasticam professionem amplexus est in cœnobii S Laurentii Leodiens. Litteris peritus historiam scripsit gestorum episcoporum Virdunens. quam duxit ad an. 1114, CCIV, 915.

LEANDER (S.), Hispalensis archiepisc. Gente Hispanus ex familia Carthag. post diuturnam vitæ monasticæ professionem creatus est archiepisc., sed an. 584 in exsilium missus est a Leuvigildo Gothorum rege : obiit an. 595. Regulam scripsit seu librum *De institutione virginum et mundi contemptu*. 2. Homiliam in laudem Ecclesiæ, LXXII, 870.

LEBDRUDIS, de Gisna vidua, proprietates quas possidebat in pago Bononens. et in loco Gisna nuncupato ad monasterium Silhivense dono contulit an. 807, CXXXVI, 1218.

LEDUINUS, abbas S. Vedasti Atrebat. E Laico factus monachus sub Balderico, Vedastino monasterio præfectus est a B. Richardo; nullus fere fuit inter Atrebat. abbates cujus memoria commendatior. De eo superest constitutio de placito generali, an. 1040 claruit, CXLI, 1354.

LEIDRADUS, Lugdun. episc. Natione Noricus, Caroli Magni pernecessarius, et juxta quosdam bibliothecarius. Sedem Lugdun. post Hilduinum obtinuit; multas ecclesias, monasteriaque exstruxit : cantum hujus ecclesiæ restituit, alia pie boni pastoris officia, etsi adversa corporis valetudine, implevit. Defunctus est an. 813 in monasterio Suessionensi quo se paulo antea receperat abdicato munere : de eo supersunt epistolæ de sacramento baptismi, XCIX, 851.

LEO, Bituricensis episc. in Gallia, an. 453 : concilio interfuit A. degav. an. 453 et Turonensi an. 461 ; una cum Victorio et Eustathio epistolam scripsit ad præsules provinciæ Turon. qua declarat excommunicatos clericos qui prætermisso judicio ecclesiastico sæcularem adierint potestatem. Ex eo exstat præfata epistola, LIV, 1259.

LEO MAGNUS (S.), papa, et Ecclesiæ doctor. Patria Romanus ex nobili prosapia oriundus, primum archidiaconus Ecclesiæ Romanæ fuit sub Sixto III, quo mortuo, in ejus locum evectus est an. 440. Hæreses hujus temporis acerrime impugnavit. De eo exstant sermones, epistolæ, liber de sacramentis seu pastorale. Obiit an. 461, LIV.-LVI.

LEO (S.) episcopus Senonensis ac confessor sedem conscendit episcopalem an. 518, concilio II et III Aurelian. interfuit ; ad Deum migravit an 541. Ex ejus scriptis nihil superest nisi epistola ad Childebertum Francorum regem, LVIII, 9.

LEO II pap., natione Siculus, ex patre Paulo ortus; electus an. 683 obiit a. sequenti 684. De eo exstant epistolæ, XCVI, 384.

LEO III (S.), pap. Ex Azuppino patre natus natione Romanus erat, et primum vitam professus est monasticam juxta reg. S. Benedicti. De eo exstant epistolæ præsertim ad Carolum imperat. Vita functus est an. 816, XCVIII, 488; CII, 1023.

LEO IV papa, Romani cujusdam nomine Bodoaldi filius, Sergio II papæ an. 847 successit. Pontificatus initio pestiferum serpentem basiliscum ab Urbe miraculose fugavit, et incendium signo Crucis exstinxit, pius, liberalis, zeloque imprimis accensus pro morum reformatione et in edocendis Dei ministris ; cathedram tenuit octo circiter annos, obiitque an. D. 855. De eo supersunt epistolæ et decreta, CXV, 630.

LEO VI pap. Christophori primicerii filius Joanni papæ X successit. Sed post septem menses ejectus est e sede et in carcerem detrusus ubi misere interiit, an. 928. De eo exstat epistola ad episcopos Dalmatiæ, CXXVII, 814.

LEO VII p.p. cujus ignoratur prosapia ; laudantur vero modestia, sapientia, affabilitas, natione Romanus fuit et Joanni XI successit an. 936 : defunctus est an. 939. De eo exstant privilegia et constitutiones, CXXXIV, 990.

LEO IX (S.), Pontifex Romanus patrem, habuit Hugonem: Ex Alsacia oriundus sub Bertholdo Tullensi episc. litteras didicit, postea ad sedem Tullensem assumptus est et Henrico III imperatore favente papa electus est an. 1040; obiit autem an. 1054. De eo exstant libellus de conflictu vitiorum atque virtutum, oratio ad comitem Albertum, diplomata et epistolæ non paucæ, CXLIII, 458.

LEO, Atinensis episc Vir eruditione et divinarum Litterarum notione insignis ab Adenulfo Capuano episc. ordinatus est an. 1044 De eo exstat historia translationis reliquiarum S. Marci ab ipso facta in Ecclesiam Atinensem, an. 1072, CXLIII, 1415.

LEO VIII antipapa, antea protoscrinarius, in locum Joannis XII depositi dolose est suffectus an. 963 in Romana synodo; sed Joannes XII anno sequente rediens eum fugavit et usurpatam dignitatem dimittere coegit. Demum Joanne defuncto iterum sedem obtinuit usque ad an. 965 quo obiit. De eo exstant privilegia quædam et constitutiones, CXXXIV, 990.

LEO, abbas et legatus Gerberti seu Silvestri II papæ, in Gallias missus est ut concilio Mosomensi adesset, epistolamque mandavit ad reges Hugonem et Robertum, qui Arnulfi depositionem obtinuerant in quadam synodo atque sedis Romanæ consilio, sed epistola uti acta concilii Mosomensis supposititium opus est, an. 995, CXXXIX, 337.

LEO *Marsicanus* dictus a loco nativitatis, sed et notus sub cognomine *Ostiensis*, juvenis ingressus in monasterium Cassinense et a Desiderio abbate susceptus enutritus et educatus fuit; pietate et scientia adeo profuit ut decanus et bibliothecarius factus sit, et postea cardinalis et episc. Ostiensis creatus a Paschali II pap. Ex eo exstat historia seu chronicon monasterii Casinensis aliaque nonnulla scripta quæ hodie adhuc desiderantur, obiit an. 1115, CLXXIII, 439.

LEO, Armenorum rex, qui a Cœlestino pap. et Henrico VI imperat. obtinuit ut rex vocaretur propter victorias in Turcas. Obiit an. 1219. De eo exstat epistola ad Innocentium III qua eum monet de pace reconciliata ipsum inter et Templarios, CCXV, 187.

LEOBAUDUS de Guinione et HUMBAUDUS de Rubromonte, monasterio Fonteneli donaverunt pratum quoddam situm intra villas Bonesen. et Curcellarum (absque anni mentione) ; sæc. XII, CLXXXV, 1463.

LEOBGITHA, primum Trutgeba, sed postea Leobgitha, Lioba et Lieba dicta fuit. Pater ejus Diemo seu Tinne, mater vero Ebba fuit. A teneris Deo consecrata et Tettæ abbatissæ Winburnensis disciplinæ subdita est. Studiis et liberalibus artibus se dedit. Calligraphiam et poesim coluit sub Eadburga quæ in iis eminebat. De ea exstant epistolæ ad S. Bonifacium Mogunt. Floruit an. 725, LXXXIX, 720.

LEODEBODUS, abbas S. Aniani circa 667 sub Clotario III rege plurima dona egit monasteriis tum S. Aniani, tum Floriacensi : in ejus charta loco Clodovæo legendum Clothario propter chronologiam, LXXXVIII, 1186.

LEODEGARIUS (S.), Augustodunensis episc. E nobili Francorum progenie ortus a primæva infantia in palatium regis susceptus est; sed pius rex eum commisit præsuli Pictaviensi avunculoque suo ut litteris imbueretur. Ad sedem pervenit Augustod. an. 659. In urbis suæ obsidione inimicis obviam fuit qui ipsi oculos effoderunt. Obiit in vinculis an. 678, XCVI, 330.

LEODEGARIUS, Viennensis archiepisc. de quo nihil certi traditum est, nisi quod floruerit XI sæc. an. 1067. Ex illo supersunt chartæ, CXLIII, 1398.

LEOGARTIUS et uxor ejus Eremburgis et filia Adelaidis D. Roberto de Arbrissello et monialibus Fontis Ebraldi donaverunt lapides ad ecclesiæ exstructionem necessarios, ineunte sæc. XII, CLXII, 1108.

LEONIUS de Longiaco, terram quamdam quæ dicitur *calidus Furnerius* dedit monasterio Fontis Ebraldi a B. Roberto de Arbrissello fundato. Cui donationi prius subscripsit uxor ejus Barbota et præsente ipso Roberto, ineunte XII sæc., CLXII, 1105.

LEONTIUS, Neapolis Cypriorum episc., inter plurima alia opera quæ recenset septima synodus generalis, Vitam scripsit S. Joannis Alexand. episc. et Eleemosynarii dicti. Floruit in finem sexti sæc. an. 590, LXXIII, 337.

LEOTALDUS, Matisconensis comes et ejus uxor Ermengardis Villam Dardanicam in pago Lugdunensi sitam donant monasterio Cluniac. an. 935. Rodolpho in Galliis regnante, CXXXIII, 842.

LEOVIGILDUS, presbyter Cordubensis, de tempore quo floruerit non constat. De eo exstat quædam præfatio in librum *De habitu clericorum*, CXXI, 565.

LEPORIUS, monachus et presb. V. sæc. floruit. Natione Gallus, primum monachus fuit Massiliensis; aliquando ad Pelagianam hæresim declinavit, sed in Africam transfretatus D. Augustinum adiit qui eum errori eripuit. De illius scriptis superest libellus emendationis seu satisfactionis, XXXI, 1215.

LETALDUS, Miciacensis prope Aurelianos monachus ordinis S. Benedicti, librum scripsit *De miraculis S. Maximini abbatis Miciacens.* Et forte ipse est qui expolivit Vitam sancti Juliani Cenomann. episc., CXXXVII, 781.

LETGARDIS, nobilissima comitissa, domum regalem de Grescico, et aliam de Fontinido, simul et de Limaio, donavit monasterio S. Petri Carnot. an. 478, CLV, 250.

LEUTHERICUS, Senon. archiepisc., tempore sancti Fulberti Carnot. floruit circa an. 1026. De eo exstat epi-

stola ad clericos Parisiens. de pœnis quas suus ferebat episcopus, CXLI, 246.

LIBERATUS, Carthaginensis diaconus, unus de Africanis trium capitulorum defensoribus an. 556. Libellum scripsit de hæresibus Nestoriana et Eutychiana quo nos docet quinam fuerint illi hæresiarchæ et ipsorum asseclæ, LXVIII, 964.

LIBERIUS (S.) papa. Natione Romanus, pro fide asserenda multos suscepit labores, in exsilio compulsus nonnisi post tres annos reversus est. Obiit an. 366. Quidam voluere hunc papam subscripsisse verba quæ hæresim redolent, sed hæc esse spuria et falsa comprobatur. De eo exstant epistolæ et decreta, VIII, 1331.

LIBERIUS qui Liberatus et Libertus a nonnullis dicitur, poeta fuit v sæc. Sed non minus incertus est atque ille Belisarius de quo dantur versus; quidam putant hos unum et eumdem esse auctorem qui vario dabatur nomine. Cœvus fuit Sedulio ut et Asterius de quo nonnulli exstant versus, XIX, 502, 784.

LICINIA EUDOXIA. *Vide* Eudoxia.

LICINIUS seu LICINIANUS (Caius Flavius), in Dacia natus an. 263. Hunc sibi adjunxit imperator Galerius. Bis victo Maximiano solus cum Constantino imperio potitus est, sed inter eos orta propter Christianos discordia imperium et mox vitam amisit, circa an. 324. Epistolæ quædam et constitutiones de eo exstant, VIII, 30, 479, 489 *passim*.

LICINIANUS, Carthaginis Spartariæ in Hispania episc., claruit an. 384. Docet nos Isidorus Licinianum Constantinopoli occubuisse veneno, ut ferunt, exstinctum ab æmulis. De eo supersunt tres epistolæ, ad S. Gregor. pap., ad Epiphanium diacon. et ad Vincentium Edositanæ insulæ episc., LXII, 687.

LIETBERTUS (S.), Camerac. episc. Patria Brabantinus neposque S. Gerardi episc., cui educandus traditus est. Vicissim fuit scholæ magister, archidiaconus præpositus et denique episc. an. 1049. Cœnobium S. Sepulcri Cameraci fundavit, diem extremum clausit an. 1076. De eo habetur charta de constitutis canonicis reg. in ecclesia S. Autberti Camerac., CXLVI, 1483.

LIETBERTUS, abbas S. Ruffi, canonicus regularis Augustinian., abbas factus est S. Ruffi prope Valentiam in Gallia Narbonens. Floruisse videtur XII ineunte sæc. De eo exstant epistolæ duæ, CLVII, 715.

LIETHARDUS, Suessionensis episcop. Hugoni successit. Odonem quemdam edocuit et ordinavit, sed postea hunc ad Lambert. Atrebat. episc. dimisit cum epistola qua eum commendat, ineunte XII sæc., CLXII, 692.

LIODRICUS de Mekerias tradidit venerabili Hilduino, Sithivensi abbati, plurimas possessiones in pago Tarwanensi an. 867, CXXXVI, 1243.

LISIARDUS, Turon. clericus, etsi simplex dicatur clericus, decanus tamen fuit Laudunensis. Cæremonias officii divini scripsit. Juxta Barthium auctor esset historiæ Hierosolymitanæ quam absque auctoris nomine edidit Bongarsius, CLXXIV, 1589.

LIUTADUS, Vinciensis episc. Litteras formatas tradidit Wlfado diac. pro Wenilone Rothomagensi episc. an., 868. CXXIX, 1392.

LIUTPRANDUS, Langobardorum rex, Ansprandi filius. De eo plura exstant diplomata, ab an. 715 ad an. 730, LXXXVII, 1353.

LIUTPRANDUS, Cremonensis episc. Patria Langobardus haud infimo gradu natus sæc. x floruit. Primum in Hugonis regis aula vixit, postea clero addictus ut diaconus Ecclesiæ inserviit Ticinensi, denique episcopus factus est. Obiit an., 974. De eo exstat historia Gestorum regum et imperatorum, et Liber *De gestis imperatoris Ottonis*, et relatio de Legatione Constantinopolit., CXXXVI, 770.

LIVINUS (S.), Metensis episc. et martyr. In Scotia natus in Flandriam venit, ubi fidem catholicam prædicavit. Episcopus factus Metensis multas sustinuit persecutiones, et demum capite truncatus est, an 659. De eo exstat epistola ad Florbertum abbat., LXXXVII, 527.

LONEGISILUS, Busiacensis monasterii fundator et abbas circa an. 625, sub Hadoindo Cenomanensi episc. Ipse in Charta docet se in Alemania ortum esse ex parentibus nobilibus, sed ethnicis, qui eum militiæ addixerunt; se autem omnia dereliquisse ut Christianus fieret. Viam monasticam professus est et monasterio omnia deinde legavit, LXXX, 455, 458.

LONGINIANUS, paganus philosophus ipso D. Augustino familiaris, a quo interrogatus, qua via existimet ad vitam pervenire beatam, ut potest respondit ipse in epistola ad Augustinum (an 427), XXXIII, 1030.

LOTHARIUS I, imperator, Ludovici Pii filius et successor. Patri rebellis postea cum fratribus regni causa bellum gessit; victus Fonteneti prælio a Carolo fratre an., 841, nomen tantum retinuit imperatoris. Obiit an 855. De eo exstant diplomata XCVII, 371; CXXXVIII, 523; CXXI, 371.

LOTHARIUS II, Ludovici Ultramarini regis filius et successor, bellum egit in Germaniam et ipse paulo post ab hostibus in ipsa urbe Lutetia impugnatus est. Obiit an. 986. De eo varia exstant diplomata, CXXXVII, 779; CXXXVIII, 544, etc.

LOTHARIUS II, Germaniæ imperator, comitis Gebhardi filius, Henrico V successit, partes Innocentii II papæ defendit contra Petrum Leonis. Romæ coronatus est an. 1133; obiit an., 1137. De eo habentur diplomata, CLXXIX, 47, 668.

LUCAS, diaconus Legionensis, postea Tudensis episc. Dum esset canonicus regularis S. Augustini in regio cœnobio Legionensi, S. Isidori, librum scripsit *De miraculis sancti Martini* ineunte sæc. XIII, an. 1201, CCVIII, 9.

LUCIANUS, confessor Ecclesiæ Carthagin. Cum multis aliis in carcerem detrusus est; mortem quotidie exspectans et, ut videtur, martyrio coronatus; vir fide et charitate insignis, sed non omnino scientia instructus; imprudenti enim dicto martyris cujusdam Pauli obtemperans, libellos omnibus indistincte concessit, quod maxime improbavit Cyprianus, an. 258, IV, 274.

LUCIFER, Calaritanus episc. Cujus genus incertum, concilii Alexandriæ decreta rejecit, et sic locum et nomen simul cuidam schismati dedit; obiit an., 371. Utrum ante mortem schismati renuntiaverit non constat. Multi de illo exstant libri, liber *De non conveniendo cum hæreticis*, liber *De regibus apostatis*, libri II, pro S. Athanasio, liber *De non parcendo delinquentibus in Deum*. Liber *moriendum esse pro Dei Filio*, XIII, 737.

LUCIUS, episc. Afric. et martyr. Epistolis Cypriani valde recreatus eisdem responsum dedit cum sociis confessoribus. Exstat epistola, IV, 422.

LUCIUS (S.), papa et mart. Patria Romanus, sancto Cornelio successit an. 252, paulo post sacrationem in exsilium missus est et martyrio coronatus. De eo paucæ exstant epistolæ, III, 969.

LUCIUS DEXTER. *Vide* Dexter.

LUCIUS II papa. E Bononia oriundus, antea Gerardus dictus, Cœlestino II successit an. 1144, et an. sequenti 1145 obiit. De eo supersunt epistolæ et bulla de lite in Dolensem episc. et archiepisc. Turonens., CLXXIX, 823.

LUCIUS III pap. Natione Tuscus, primum Ostiensis fuit episcopus, vir in litterarum scientia eruditissimus, papæ Alexandro III successit: obiit an. 1185. De illo tres tantum supersunt epistolæ, CCI, 1067.

LUCRETIUS, Gallæciæ provinciæ in Hispaniæ episcopus, concilio Bracarensi interfuit sub Ariamiro Gothorum rege celebrato, in quo verba pronuntiavit quæ exstant. Floruit an. 531, CXXX, 568.

LUCULENTIUS, qui quasdam partes Novi Testamenti commentatus est, nobis plane incertus. De eo enim silent omnes biograph., LXXII, 803.

LUDGERUS, Hrodgeri filius, Ludgero presbytero et amice dono contulit bona quædam in Berilsi et Sui terbant sita, quod actum est 797, Carolo Magno regnante. XCIX, 814.

LUDGERUS (S.), Mimegardefordensis episc. A puero Gregorio abbati commissus est educandus; postea in Angliam Alcuini scholam adiit, inde Trajectum reversus ob Vitikindi persecutiones, Romam venit, et impetratis ab Adriano papa reliquiis Casinum petiit: postea episcopus factus suam ecclesiam pie strenueque rexit: obiit an. 809. Vitam scripsit B. Gregorii abbatis et rectoris Ecclesiæ Trajectensis, XCIX, 746.

LUDOVICUS I, Pius dictus, Caroli Magni filius et Hildegardis, multas et magnas tribulationes sustinuit a filiis suis, obiit an. 840 De eo exstant privilegium de regalibus confirmandis in gratiam papæ Paschalis, et diplomata, XCVIII, 580.

LUDOVICUS II, Balbus dictus, Francorum rex. Coronatus est an. 877; nobilium blanditiis dum nimium intentus esset, feudorum privilegia mox irruerunt per totum regnum: obiit an. 879. De eo exstant Coronatio et diplomata, CXXVI, 809, 1265.

LUDOVICUS III, Germaniæ imperator. Antea Arelatensis rex, Bosonis filius cui successit an. 887; imperator autem coronatus est an. 900. A Berengario Veronæ captus, excæcatus est. Obiit an. 923. Habetur electio ejus, CXXXVIII, 803.

LUDOVICUS IV, Francorum rex. Caroli Simplicis filius, Radulfo successit; cum Richardo Normannorum duce rem habuit: obiit an. 954. De eo exstat diploma quo Cluniacensi monasterio quasdam concessit ecclesias, an. 939, CXXXIII, 839.

LUDOVICUS, Landgravius Thuringiæ, acceptis litteris

ex Vulramo, Numburg. episc. quibus eum hortabatur ut partes Romani pontificis desereret et partes sequeretur imperatoris Henrici, has tradidit refutandas Venerabili Stephano Herando Alberstatensi episcopo an. 1110, CLIX, 985.

LUDOVICUS VII *Junior* dictus, Francorum rex, Ludovici VI filius et successor. De eo plures exstant epistolæ et diplomata. Obiit an. 1180, CXC, 1055; CXCIX, 374.

LUDOVICUS, primogenitus Philippi Francorum regis, significavit regi Hierosolymæ quod comes Theobaldus in causam trahi non debet de terra patris sui, donec impleverit 21 annos. Circa an. 1214, CCXVI, 975.

LUDOVICUS IX (S.), Francorum rex, Ludovici VIII, et Blancæ Castilliæ filius, vassallos regni continuit, Albigenses hæreticos armis dejecit; omnibus paratis, in Palæstinam profectus est et præclaras victorias retulit; sed in altera expeditione infelici exitu obiit an. 1270. De eo exstant scripta quædam. CLV, 1281.

LUDOVICUS, Granatensis monachus ordinis prædicatorum S. Dominici, auctor asceticus Hispanus. Floruit ab an. 1505 ad 1588. D. Bernardi elogium dedit, CLXXXV, 634.

LUIDBERTUS, archiepisc. Moguntinus. Hujus mentio fit in concilio Suessionensi an. 866. Ipse autem aliud celebravit concilium in Mogunt. civitate occasione Arnulfi regis et disciplinæ ecclesiasticæ quæ multum laxior evaserat inter Normannorum incursiones. Obiit an. 889. De eo exstat epistola ad regem Ludovicum. CXXIX, 1052.

LULLUS (S.), episcopus Moguntinus. Ex Anglia oriundus, in monasterio Malmesburiensi enutritus et educatus est; mox in Germaniam venit apud S. Bonifacium qui eum sacerdotem ordinavit. Demum exstincto Bonifacio in ejus locum suffectus est an. 754; obiit autem an. 787. De eo exstant epistolæ novem, XCVI, 819.

LUPUS (S.), episc. Trecensis reluctans ordinatus est; pietate et scientia claruit, annos fere 50 egit in præsulatu; obiit an. 479. De eo supersunt nonnullæ epistolæ, LVIII, 62.

LUPUS SERVATUS (S.), presb. et abbas Ferrariensis. E nobili familia Senonensi ortus, primum monachus ordinis S. Benedicti ad Rabanum abbat. Fuldensem missus est studendi causa, postea abbas factus est; an. 863 concilio Senonensi interfuit; obiit an. 862. De eo exstant epistolæ, canones, liber *De tribus quæstionibus*. Vita S. Maximini, CXIX, 424.

LUPUS protospatharius. E familia Græca natus in Apulia; breve scripsit chronicon ab an. 860 ad 1102, CLV, 119.

LUTHERUS (Martinus), hæresiarcha qui satis innotescit. De D. Bernardo quid senserit non inutile scitu videbitur; obiit an. 1546, CLXXXV, 638.

## M

MABILIA, mulier, canonicis S. Sepulcri hortum domumque concessit pro 170 bizantiis, uno pane, dimidia litra vini temperati et scutella coquinati quotidie ipsi dandis; in diebus Dominicis adjicietur frustum cibi quem domini comederent; actum est an. 1133, CLV, 1204.

MACARIUS (S.), ex Alexandria oriundus, monachus factus est et S. Antonii discipulus, quo defuncto, abbas creatus est celebris cœnobii Nitriensis, in quo Deo serviebant plus quam 5,000 monachorum, quibus Regulam conscripsit et epistolam; inveniuntur apud S. Benedict. Anianens.; obiit an. 390. CIII, 447.

*Vide* insuper XXIII, 65; LXXIII, 227.

MACCABÆUS (*Macbet*), Scotorum rex. Consobrinum Duncanum trucidari jussit ut ejus loco regnaret; sed victus a Malcomo Duncani filio occubuit an. 1057. Quasdam tulit leges, CLI, 1189.

MACEDONIUS, Africæ vicarius, summa dilectione prosecutus est D. Augustinum quem et adjuvit in Donatistas impugnandos. Reipublicæ protector exstitit et aliorum quam propriis utilitatibus magis intentus. Edictum ab imperat. obtinuit adv. Donatistas. De eo duplex exstat ad S. August. epistola, an. 414. XXXIII. 652, 665.

MACHARIUS, confessor et clericus Romæ. Primum cum quibusdam nimirum Maximo, Urbano et Sidonio a S. Cornelio papa recesserant, in hæresim et schisma confugientes; sed persecutione facta ad fidem redierunt, cum episcopo suo pacem fecerunt, et e carcere quo tenebantur ad D. Cyprianum Carthagin. episcopum epistolam miserunt, eum de reditu suo ad fidem monentes. Circa an. 252, III, 732; IV, 542.

MACROBIUS, Hipponensis episc. donatista; ipse est cui scripsit D. August. ne quemdam subdiaconum ad se transfugam rebaptizaret, eum insuper adhortans ut ad sanam revertatur doctrinam. Macrobio tribuitur Passio Maximiani et Isaac e grege Donatistarum an. circiter 409, VIII, 767, 768; XXXIII, 404.

MADALGARDA donatrix. *Vide* Hroo.

MAGINGOZ, presb., qui et videtur fuisse præpositus monasterii cujusdam puellarum, modo consulitur a S. Lullo de Christianorum matrimonio, modo ipse S. Lullum consulit de optione novæ abbatissæ pro suo monasterio, circa an. 755, XCVI, 824, 825.

MAGISTER, anonymus auctor solo hoc cognomine notus, eo quod quodlibet operis sui opus incipit his verbis: *Regula Magistri ad monachos*. Ut videtur monachus fuit, et quidem Gallus; utitur enim frequenter verbis huic nationi propriis, sæc. vii, LXXXVIII, 943.

MAGNES, presb. Hierosolymit. qui et Macarius dicitur, in sæculo an. 280, floruit. Libros V responsionum scripsit adversus Theostenem ethnicum, quorum exstat tantummodo fragmentum de Eucharistia, V, 345.

MAGNUS seu MAGNO archiep. Senonensis a Leone III consecratus est an. 801, dum Romæ in comitatu Caroli Magni degeret qui eum misit cum Godefredo comite ad Aurelianos, Trecas, Lingones, Vesontionem et Augustodunum circa 802. Obiit an. 818. De eo exstat libellus: *De mysterio Baptismatis* et Notæ juris ab eo collectæ, CII, 980.

MAHILDIS, matrona illustris, terram quamdam donat monasterio S. Germani et per aliam chartam viam concessit S. Petri Carnot. monasterio, an. 1070, CLV, 324.

MAIOLUS (S.), Cluniac. abbas quartus. E Provincia ortus circa 906, ut fert communis Cluniacensis traditio, primum archidiaconus fuit Matisconensis ecclesiæ. Sibi oblatas recusans infulas episcopales monasticam vitam amplexus est in cœnobio Cluniac. cujus abbas factus est an. 961; obiit an. 994. De eo habentur Electio sancti Odilonis et Chartularium Cluniac. CXXXVII, 710.

MALATERRA GAUFREDUS. *Vide* Gaufredus.

MALGERIUS, Rothomagensis archiepisc. Censum dimisit Telonei quod accipiebat apud Andeliacum in gratiam monachorum S. Petri Carnot., qui ibi possidebant multas terras, an. 1056, CLV, 312.

MAMERTINUS, a Juliano Augusto consul factus, in Oratione huic principi gratias egit circa 362. Alias nihil certi de eo constat, XVIII, 407.

MAMERTUS, Claudianus, Viennnensis presb. Primum monachus fuit, postea autem presbyter ordinatus a proprio fratre S Mamerto Viennensi episc. cui auxilio fuit. Obiisse videtur 474. Librum scripsit *De statu animæ*, epistolas duas et Hymnum de passione Domini, LIII, 693.

MANASSES, Lingonensis episc. Notum facit quod cum inter Othonem de Sanz et Petrum abb. S. Benigni Divionensis controversia ageretur super quodam molendino, sua admonitione Otho totum concessit ecclesiæ S. Benigni, an. 1190, CLXXX, 1501.

MANASSES, archidiaconus et deinde archiepisc. Rhemensis plures scripsit epistolas Lamberto Atrebat. episc. Floruit XII sæc., CLXII, 650 *et seqq.*

MANASSES, Aurelianensis episc. Sugerio scripsit eum certiorem faciens quod interfectores Willelmi de Camera violenter extracti sint de altari et ecclesia quo confugerant, ideoque interdicto subjecta sit ecclesia et illud levari nequeat quin reddantur, an. incerto, CLXXXVI, 1351.

MANEGOLDUS, presbyter et canonicus Paterborn. In Alsacia natus est; vir eruditus fuit et veritatis assertor strenuus, scholarum magister factus. De eo exstat opusculum contra Wolphelmum Coloniens. et epistola Gratulatoria ad Wibaldum Corbeiens. abbat. cui placere studet stylo quodam emphatico an. 1149, CLV, 147; CLXXXIX, 1248.

MANIGUNDIS, nobilis mulier Langobarda, monastica veste induta, per testamentum ædificari statuit monasterium puellarum Cairati, et quæ necessaria sint e suis dari an. 768, sub rege Hildeprando, LXXXVII, 1397.

MANSIO, Catalaunensis episc. De eo nihil fere nobis traditum est. Sæc. x ineunte an. 903 floruit et ad Fulconem Rhemensem archiepisc. epistolam scripsit, CXXXI, 21.

MANSUETUS (S.), Mediolan. episc. Natione Romanus, S. Ampelii in locum suffectus est an. 677. Synodum celebravit adv. Monothelitas an. 679, et an. 680 Lateran. Romæ interfuit. De eo exstat epistola ad imperat. Constant., LXXXVII, 1275.

MAPPINIUS, Rhemensis episc. Nonnisi pauca novimus de eo. Electus est episc. an. 547 et sedem tenuit usque ad an. 572, quo defunctus est. De illo exstant epistolæ duæ una ad S. Nicetam, altera ad Willicum episc. Metensem., LXVIII, 43; LXXI, 1457.

MARBODUS, Redonensis episc. Apud Andegavum natus circa 1035, pietate nituit et scientia, præpositus et magister primum factus est Andegavensium scholarum; deinde ab ipso Urbano pap. II in concilio Turon. episco-

pus creatus Rhedonensis. Obiit an. 1128. De eo exstant epistolæ, diplomata, Vitæ et præsertim carmina, CLXXI, 1457.

MARCELLINUS, tribunus et notarius in Africa. Scripturarum vir studiosissimus, S. Augustino charus fuit. Volusianus eum sæpe adiit. Marcellinus collationi Carthaginensi interfuit ut cognitor et notarius, in multis locis ab Augustino laudatur, sed eum proditionis invidi calumniati sunt apud imperat. Cum fratre Apringio comprehensus paulo post trucidatus est a Marino successore an. 413, XXXIII, 514.

MARCELLINUS (S.), papa. Natione Romanus, sancto Caio successit. Ferunt terrore perterritum in persecutione Diocletiani idolis sacrificasse, postea autem pœnitentia vehementer ductum ad tyrannum rediisse et viriliter fidem professum esse et morte gloriosa culpam redemisse an. 304. Duæ ex eo supersunt epistolæ, VI, 9; VII, 1085.

MARCELLINUS, presbyt. IV floruit sæc. an. 368. De eo nihil tradiderunt historici. Librum *De fide* obtulit Valentiniano et Arcadio imperat., XIII, 29.

MARCELLINUS, comes. Natione Romanus, in Illyricum comes missus fuit, ac Justiniani adhuc patricii cancellarius, ex Cassiodoro; Chronici auctor est ab an. 379 ad 547. LI, 913.

MARCELLUS (S.) papa, a Marcellino cui successerat distinguendus, anno uno tantum S. Sedem tenuit. Obiit an. 308. De eo exstant duæ epistolæ, VI, 19; VII, 1091.

MARCELLUS, Ancyranus episc. an. 325. Nicæno adfuit concilio; in Arianos vehementer invectus est qui ira accensi eum deposuerunt ut fautorem Sabellianismi. Ad Julium papam properavit qui eum Romæ in concilio orthodoxum declaravit et in sedem reintegravit. In ejus causam episcopi præsertim Galliarum, Arianorum declamationibus decepti erraverunt. De eo exstat ad Julium papam epistola, et duplex fidei professio, et fragmentum libri quem contra Asterium scripsit, an. 341, VIII, 913.

MARCELLUS MEMORIALIS, ut videtur, episcopi munere fungens, collationi Carthagin. interfuit Augustini temporibus circa 411. Quam collationem abbreviatam redegit, ut constat ex ejusdem præfatione ad Severianum et Julianum suos collegas et amicos directa. In gestis hujus celeberrimæ collationis simul dantur et verba et nomina eorum qui illa protulere tum ex parte catholicorum, tum ex parte Donati, XI, 1234, 1227, 1231, 1257.

MARCIANUS, episc. Donatista African., concilio adfuit Carthag. an. 311, in quo damnatus est Cœcilianus et in ejus locum suffectus est Majorinus donatista. VIII, 746.

MARCIANUS, imperat. E Thracia ortus, in militia inclaruit. Senator factus, mox Pulcheriam uxoravit quæ ad Orientis imperium sublata est post Theodosii Junioris obitum, ipse bellum gessit adversus Attilam et Leonem successorem habuit an. 457. De eo exstant nonnullæ epistolæ et constitutiones, LIV, 903, 970, 1017.

MARCUARDUS MALUS, monachus B. Roberto de Arbrissello et monasterio Fontis Ebraldi quatuor jugera prati donavit, Ludovico VI regnante, CLXII, 1113.

MARCULPHUS, monachus. De eo nihil novimus nisi quod auctor exsistat collectionis actorum quam duobus libris distribuit an. 660, LXXXVII, 691.

MARCUS (S.), pap. Natione Romanus, ex patre Prisco natus, pontificatum iniit an. 336. Obiit eodem anno. De eo superest rescriptum ad Athanasium et ad omnes episc. Ægypti, VIII, 849.

MARCUS, Cassinensis monachus S. Benedicti discipulus, cujus vitam conscripsit seu potius desumpsit e Gregorio Magno et Heroico carmine ornavit, circa an. 612, LXXX, 183.

MARCUS, Idruntinus episc. nobis tantum notus per hymnum quem scripsit in diem Magni Sabbati in quo mundi creationem et Christi ad inferos descensum celebrant an. incerto, XCVI, 1345.

MARGARETA MUYANS, quondam vernacula, libertatem cum obtinuisset domino suo Jacobo Marocla de Luca, ipsa et filii ejus ducti sunt ad altare ut coram populo denuntiaretur ipsorum manumissio, juxta morem hujus temporis. De quo exstat charta Utini data an. 1352; XCIX, 660.

MARGARITA, Burgundiæ comitissa. Donavit Ecclesiæ B. Mariæ de Balerna et fratribus ibi degentibus unum Burgensem apud Arboys nomine Girardum de Montagney, cum omnibus liberis et possessionibus an. 1200, CLXXXV, 1459.

MARIA, Humberti de Molenvilla filia, dona confirmavit quæ olim concesserat pater ejus Clarævallensi monasterio in pascuis de Villa an. 1147, CLXXXV, 988.

MARIA de Monte S. Joannis, domina Salionis, vidua Jacobi domini Salionis in partibus transmarinis defuncti, 12 minas bladi, partim consiliginis, partim tremisagii ad mensuram de Sauz solvere promisit ecclesiæ B. Mariæ, ea conditione ut canonici singulis diebus missam unam celebrarent pro defuncto marito, exceptis diebus festivis et Dominicis an. 1249, CLXXXV, 1439.

MARIANUS, presb. et archimandrita cum cæteris Ecclesiæ Orientalis archimandrita, libellum scripsit ad papam Agapetum adversus impium Anthimum qui sedem Trapezontinam reliquerat ut Constantinopolitanam invaderet, quod reipsa patravit auxilio perversæ mulieris Theodoræ Justiniani conjugis. Deposuit autem hunc ipse Agapetus, et Mennam in suum locum suffecit an. 536, LXVI, 49.

MARIANUS SCOTUS. *Vide* Scotus.

MARINUS I pap., Joanni II pap. successit an. 882 temporibus Caroli III et Basilii imperatoris. Obiit an. 884. De eo exstant epistolæ ad monachos S. Ægidii et privilegia, CXXVI, 966.

MARINUS II pap. Natione Romanus, in locum Stephani VIII subrogatus est, multam operam adhibuit in restaurandis ecclesiis et succurendis egenis. Obiit an. 946. De eo habentur epistolæ et privilegia, CXXX, 863.

MARIUS VICTORINUS. *Vide* VICTORINUS

MARIUS MERCATOR, de cujus patria, loco, conditione nihil habemus compertum, floruit ineunte sæculi V. Amicus fuit S. Augustini, quod patet ex ejus epistola an. 418; etsi laicus, fidem propugnavit magna cum vehementia, ut videtur ex ipsius scriptis. Obiit circa an. 455, XLVIII, 9.

MARIUS, episcopus Aventicensis. In civitate Æduensi, ex nobili genere, natus est circa 532. Episcopus ordinatus est an. 576 apud Helvetios; obiit an. 596. Ex illo superest breve chronicon ab an. 455 ad 581, LXXIII, 792.

MARQUARDUS, Aquileiensis patriarcha. Die qua primam missam celebravit in Aquileiensi metropoli, adfuerunt omnes tam cleri quam magistraturæ notabiles provinciæ et oblationes pro eo egerunt quæ in charta usque hodie signantur an. 1366, XCIX, 661.

MARTINIANUS, monachus. De eo pauca novimus. Floruisse videtur X. sæc. an 906, quatuor libros scripsit exercitationum, e quibus duo diriguntur ad monachos, unus ad clericos, et unus ad laicos, CXXX, 24.

MARTINUS (S.), Turonensis episc. In Pannonia natus an. 316 ex patre tribuno, militiæ primum nomen dedit. Charitate claruit Martinus, a S. Hilario edoctus, et sacerdotio initiatus vitam eremiticam ducebat; sed mox ita crevit ejus fama ut episcopus electus sit Turonibus, senex obiit an. 399. Ex illo exstat Trinæ unitatis et unius Trinitatis confessio, XVIII, 9.

MARTINUS Dumiensis (S.), episcopus Bracariensis. Etsi quidam eum existiment e Pannonia ortum, melius præsumitur ortum fuisse in Gallicia. Loca sancta peragravit, unde reversus ad sedem Bracarensem assumptus est Dhumii Taraconensis oppidi illustre fundavit cœnobium; concilium celebravit an. 582 cujus acta redegit. De eo exstant septem opuscula. Obiisse videtur an. 584, LXXII, 17; CXXX, 571, 575.

MARTINUS I (S.), pap. De civitate Tudestina in Tuscia oriundus, Theodoro successit an. 649, fidem tutatus est adversus monothelitas qui ira accensi et imperatoria potestate innixi a sede eum dejecerunt et in exsilium pepulerunt ubi multa perpessus est incommoda. Obiit an. 655. De eo supersunt epistolæ 18 et 3 privilegia, LXXXVII, 106.

MARTINUS CAROANA, Ecclesiæ S. Sepulcri hæreditatem suam donavit sibi usumfructum reservans quandiu viveret, an. 1152, sub Fulcherio patriarcha et Balduino IV regnante, CLV, 1210.

MARTINUS (S.), presbyter Legionensis. Ex illustri familia ortus, a prima ætate sacris Litteris se dedit. Ordinibus susceptis prædicationi incubuit et eloquentia claruit. Obiit an. 1203. Multos sermones reliquit, CCVIII, 27.

MATERNUS (Firmicus). De eo pauca referunt historici. Floruit post Constantini Magni tempora circa an. 345. Opus scripsit de erroribus profanarum religionum, ex quo intelligitur virum fuisse pium atque eruditum. Quidam ei tribuunt lib. *De astronomia*, XII, 971.

MATHILDIS (sancta), Germaniæ regina. E nobili familia Eudolfina orta, et Henrici regis conjux, mater fuit Ottonis I, Henrici ducis, Brunonis archiepisc., Gerbergæ reginæ, et ducissæ Hatwidis; plurima exstruxit monasteria, sancteque obiit an. 968. Ejus exstat epistola a Ph. Anth. Delhiero edita, CXXXV, 885; CLI, 1527.

MATHILDIS, comitissa, floruit ab. an. 1046 ad 1115. De ea habemus nonnulla diplomata, XCVII, 651; CXLVIII, 956.

MATHILDIS, comitissa de Grinione, confirmavit omnia dona patris sui Raymundi fratribus Fontenetensibus an.

1196. Ipsa autem dedit eidem monasterio vineam quam ab Erardo emerat in parochia Sagniaci sitam, per aliam chartam ejusdem anni, CLXXXV, 1470, 1471.

MATHILDIS, Anglorum regina, Henrici I uxor, epistolas scripsit ad sanctum Anselmum Cantuar. archiep. XII. sæc., CLIX, 239, 240.

MATHILDIS, imperatrix et Henrici II Anglorum regis mater. Conciliandi causa Henricum filium cum S. Thoma Cantuar. papæ scripsit epistolam qua memorat querimonias filii sui de eo et hortatur, ut causam suam plane evolvat archidiacono Laurentio quem ad eum miserat, sæc. XII, CXC, 1054.

MATTHÆUS, cardinalis episc. Albanensis. Nobili genere natus, primum monachus in Rhemensi provincia, deinde prior, Cluniac. ab Honorio II episcopus Albanensis factus est et cardinalis an. 1125. Pietate et doctrina clarus, cum D. Bernardo auxilio fuit ad firmandam S. Petri cathedram ; obiit an. 1139. De eo exstant nonnullæ epistolæ et diplomata, CLXXIII, 1261.

MATTHÆUS, Lotharingiæ dux, filius Simonis et successor, comes fuit Frederici Barbæ Rufæ. Obiit an. 1176. Intuitu Atheleidis matris suæ quæ monialis in Tartensi monasterio facta est, certam salis mensuram annuatim dandam eidem concessit consentientibus Bertha ejus conjuge, Balduino fratre et sorore Agatha, an. 1142, CLXXXV, 1411.

MATTHÆUS, Senon. thesaurarius, XII. sæc. floruit. In gratiam Thomæ Cantuar. contra Henricum regem scripsit Alexandro III papæ, CC, 1434.

MATTHÆUS, Trecensis episc. Florebat XII. sæc. Pro S. Thomæ causa ad pap. Alexandr. III scripsit, CC, 1422.

MATTHÆUS, Vendocinensis dictus a patria sua, stirpe nobili natus Borboniorum floruit exeunte sæc. XII; vitam amplexus est monasticam an. 1159. Ab abbate S. Dionysii, ejusdem nominis est distinguendus. De eo exstant Metrica paraphrasis, et aliquot carmina, CCV, 725.

MATTHIAS, Agricicius Wiblichius, cujus tempus plane ignoratur auctor et declamationis in laude sancti Ruperti olim Tuitiensis abbatis, CLXVII, 15.

MAURICIUS de Sulliaco, episcopus Parisiensis. Non ex illustri familia dominorum Soliaci, sed humili apud Soliacum oppidum ad Ligerim matre Humberga, unde illi cognomen *de Sully* ; eximiis dotibus ornatus propria virtute ad episcopatum ascendit an. 1160 et suam pie strenueque rexit ecclesiam per 36 annos. De eo exstant epistolæ et diplomata. Obiit an. 1196, CCV, 887.

MAURILIUS (B.), archiepisc. Rothomagensis. Ex nobili domo ortus in pago Rhemensi, primum clericus Rhemensis, deinde monachus Fiscamnensis, Rhotomagi cujusdam monasterii factus est abbas, et denique archiepisc. an. 1055. Obiit an. 1067. Ex illo habentur epistola ad episc. Ebroicens., Confessio de sacramento Corporis et Sanguinis Domini, et epitaphia Rollonis et Guillelmi, CXLIII, 1381.

MAURUS, Ravennat. episc., patriarcha factus est an. 648, qui ex superbia adversus papam rebellavit et misere obiit. De eo exstat epistola ad Martinum pap., LXXXVII, 103.

MAURUS, ecclesiæ Templi abbas benedicendus, domno Roberto patriarchæ et ejus successoribus juramentum fidelitatis prestat sæc. XII, CLV, 1113.

MAXENTIUS, patriarcha Aquileiensis. Lotharii regis favore fultus, suffraganeos Istriæ turbare cœpit, nec a Gregorio pap. admonitus desistere voluit. De eo exstant epistola de significatu rituum baptismi et collectanea de baptismi antiquis ritibus, an. 840, CVI, 50.

MAXIMUS, presbyt. et confessor. *Vide* Moyses.

MAXIMUS, presbyter, Urbanus, Sidonius et Macarius, in manus S. Cornelii papæ errorem adjuraverunt et postea fidem confessi sunt, ut constat Cornelii ipsius epistolis, an. 351, III, 720, 736.

MAXIMUS (Magnus), Galliarum tyrannus. Insidiis Gratianum cepit, purpuram induit et Treviros imperii sedem transtulit an. 381. Ipse autem prælio victus et interfectus est a Theodosio an. 388. De eo duplex exstat epistola ad Siricium pap. et ad Valentinian. imperat., XIII, 391.

MAXIMUS, grammaticus E civitate Madaurensi ortus, Augustino notissimus, sed gentili cultui addictus. S. Doctori scripsit ut deos defenderet. Floruit an. 399, XVIII, 405; XXXIII, 81.

MAXIMUS (S.), Taurinensis episc Hujus patria, annus et gesta nos latent ; v sæculo floruit. A S. Leone papa ad hanc dignitatem evectus est ; Romam venit a. 465 et concilio interfuit sub Hilaro pap. celebrato, eodemque anno e vita migravit. De eo supersunt sermones, homiliæ et epistolæ, LVII, 137.

MAXIMUS (S.), abbas et confessor Constantinopolit. Floruit VII sæc. Multa sustinuit a Monothelitis quos debellaverat scriptis. Obiit an. 662. Hujus Librum ambiguorum latine transtulit Scotus Erigena, CXXII, 1193.

MAXIMUS, Cæsaraugustanus episc. De eo mentio fit apud S. Isidorum ; claruit medio circiter VII sæc. Multa scripta reliquit inter quæ notandum compendium historiæ regum Gothorum. Multis conciliis in Hispania celebratis interfuit : obiit an. 644, LXXX, 610.

MECTHILDIS (Beata), monasterii Elpediani ordinis S. Benedicti in Saxonia monialis, et S. Gertrudis abbatissæ comes, librum conscripsit *De gratia spirituali* et laudes D. Bernardi Clarævall. celebravit, an. 1334, CLXXXV 638.

MEFFRIDUS, prior monasterii Eberbacensis. Florui exeunte XII sæc. ; S. Hildegardi scripsit ejus flagitans preces et epistolam, CXCVII, 259.

MEGASIUS. *Vide* Migdonius.

MEGINFREDUS, monachus Fuldensis, floruit XI sæc. an. 1010. De ejus ortu et obitu æque incertum. Postquam munus scholastici implesset in suo Fuldensi monast. eodem munere functus est in alio monasterio Magdeburgensi. Vir eruditus fuit et e doctioribus ætatis suæ. De eo exstat liber *De vita et virtutibus sancti Emmerammi*, CXLI, 970.

MEGINHARDUS et WOLF, partem hæreditatis suæ tradunt ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis an. 845 sub Lothario imp. De eodem plures exstant chartæ, XCIX, 809, 811.

MEGLINGER (F. Joseph.), religiosus sacerdos monasterii B. Mariæ de Maris Stella, vulgo Wettingen dicti ; auctor est Itinerarii Cisterciensis an. 1667, quod per formam epistolæ misit ad Jacob. Mechlerum parochum in Marchia Switensi, CLXXXV, 1565.

MELCHIADES (S.), papa, S. Eusebio successit an. 311. Natione Afer, valdeque commendandus ob virtutes suas et eruditionem ; sedit annos tres et obiit an. 314. Huic pontifici tribuuntur duo decreta duæque epistolæ, VII, 1114.

MENSURIUS, Carthaginensis episcopus, cui successit postea Cœcilianus. Donatistis præsertim a Secundo Tigisitano episc. denuntiatus est quatenus in persecutione sacros Libros tradidisset, quo crimine se purgavit in concilio et demonstravit verborum ipsius Secundi contradictionem. De utriusque epistolis est mentio, an. 305, VIII, 426.

MEROBAUDUS, scholasticus, natione Hispanus, propter barbarorum irruptionem patriam fugiens venit in Italiam, ubi litteris humanis apprime excultis, famam sibi conciliavit apud Romanos. De ejus scriptis tantum superest carmen de Christo. Obiit an. 426, LXI, 971.

MESSIANUS, presb., et STEPHANUS, diaconus Arelatenses sub S. Cæsario vixerunt, quo defuncto, *De ejus vita et miraculis* librum scripserunt, circa 545, LXVII, 1025, 1253.

MICHAEL, Ecclesiæ B. Mariæ Parisiensis decanus notum facit se et capitulum ejusdem Ecclesiæ ratam habere compositionem inter Adelam Franciæ reginam et Mauritium episc. super ecclesia S. Exuperii, an. 1191, CCV, 913.

MICHAEL as Clokkett a Guiddone Flandrensi comite legationem accepit ad papam Bonifacium VIII an. 1297 ; de qua missione exstat relatio Gallico sermone hujus ævi scripta, CLXXXV, 1857.

MICHAEL Neander, Lutheri sequax. Quid de S. Bernardo protulerit non inutile ostenditur, an. 1595, CXXXV, 658.

MIGDONIUS, MEGASIUS, VALENS, EPICTETUS et alii episcopi e synodo Ariminensi qui Arii doctrinam profitebantur nolentes suam retractare sententiam ad Constantium Aug. epistolam blanditiis plenam et contra homousion admittendum conscribunt an. 359, ut abhinc discedant, X, 703.

MILESINDIS, Hierosolymæ regina et quondam Fulconis uxor diplomata quædam concessit in gratiam quorumdam villicorum, an. 1153, CLV, 1136, 1137.

MILETUS, Ecclesiæ S. Saba abbas, Nicolao priori S. Sepulcri vendidit 480 Byzantiis quamdam terram quam susceperat a regina Melisenda eleemosynam nihilominus perfecturus huic terræ annexam (absque anni mentione), CLV, 1229.

MILO, monachus S. Amandi ad fluvium Elnonem in Belgio, in diœcesi Tornacensi ord. S. Benedicti. Scientia litterarum ac præsertim artis poeticæ cultu claruit ab an. 840 ad 871. Ex illo supersunt vita S. Amandi Traject. episc., sermo de ejusdem reliquiarum translatione, carmen de conflictu veris et hiemis, epitaphium Peppini et Drogonis, CXXI, 926.

MILO, Crispinus, ex nobili Crispinorum prosapia ortus, monachus et cantor factus est abbatiæ Beccensis. B. Lanfranci vitam litteris mandavit necnon et quorumdam ab-

batum ejusdem monasterii. Coævus fuit Lanfranco et floruit circa 1089, CL, 19, 713.

MILO, primum monachus S. Albini Andegav., postea cardinalis sub papa Paschali II, cujus elogium metrice scripsit, floruit XII sæc., an. 1118, CLXIII, 27.

MILO, Barri comes, monasterium puellarum Juliaci fundavit an. 1145, quod regendum commisit Guidoni Molismensi abbati, ex consensu Josuranni tunc episcopi Lingonensis, CLXXXV, 1408.

MILO, Mediolanensis archipresb. quamdam iniit conventionem cum Osmundo S. Mariæ Pariensi canonico et Aymerico S. Dionysii monacho, an. 1164, CC, 907.

MILO, Morinorum episc. XII sæc. an. 1172. Contra Gilbertum Londoniensem episc. scripsit papæ Alexandro III, CC. 1416.

MILO (Magister), Innocentii papæ notarius, et S. Sedis legatus, retulit quidquid actum est in bello adv. Albigenses et submissionem recepit eorum qui ad fidem et ad D. papam rediere an, 1209. CCXVI, 124 *et seqq.*

MILREDUS, episc. S. Lullo descripsit elogium sancti Bonifacii quem viventem noverat an. 756. XCVI, 834

MINUCIUS FELIX. De eo tantummodo scimus in Africa natum esse, Romam adiisse ubi causidici professionem exercuit. Lactantius et Hieronymus illum annumerant inter primos hujus sæc. Oratores. De eo exstat liber cui titulus *Octavius*, in quo sub forma dialogi fidem astruit et deorum cultum profligat. III, 193.

MIROSLAUS, unus e Bohemiæ primatibus, suadente Henrico Moraviæ episc. fundavit et dotavit monasterium Sedleczense an. 1143 : quod regendum datum est B. abbati Gerlaco ord. Cisterciensis, CLXXXV, 984.

MONTANUS, episc. Toletanus post Celsum floruit temporibus Amalarici Gothorum regis an. 522. Per totam Hispaniam celebre fuit nomen ejus. Synodo Toletanæ interfuit. Obiit an. 531. De eo supersunt duæ epistolæ, LXV, 48.

MONTIS FERRATI comes et alii sacri exercitus duces ad episcopos et totius Christianitatis fideles rationem reddunt de expugnatione urbis Constantinopolitanæ, an. 1203. CCIX, 925.

MORAGE RAIZ, ut debitum regi persolveret, quamdam vendidit domum in qua molendinum habebat pro 120 bysantiis et 12 modiis frumenti. (Absque anni mentione) sæc. XII exeunte. CLV, 1211.

MOYSES et MAXIMUS presb. NICOSTRATUS et RUFINUS diaconi, et alii confessores Romæ carcere detenti, litteris a D. Cypriano susceptis quibus ipsorum tormentis compatiebatur simul responsum et gratiarum actionem dant an. 252, IV, 290.

MUNIO, episc. Mindonensis, antea thesaurarius Compostellanæ ecclesiæ, deinde capellanus et secretarius Alphonsi VII regis qui expeditionem direxit adversus Saracenos qui Hispaniam invaserant. De eo exstat Compostellanæ ecclesiæ historia, an. 1134, CLXX, 875.

## N

NALGODUS, Cluniacensis monachus, XII sæc. floruit; Vitam conscripsit S. Odonis Cluniac. monachi, CXXXIII, 85.

NANTHARIUS, Sithivensis monasterii abbas; ab Herlario quodam terras emit in loco Fletrino sitas an. 804, CXXXVI, 1217.

NANTHELMUS, Bellicensis episc. qui vulgo Anthelmus dicitur, se interponit Majorevi monasterii monachos inter et domum de Rubeomonte qui inter se contendebant circa jura quædam et ad concordiam feliciter eos adduxit an. 1164, CLIII, 935.

NARIODUS de Montbarro, suis consentientibus filiis, Gualone et Bernardo, Ecclesiæ Fontenctensi donavit totam terram de Grangia Flaciaci versus Saigniacum, (absque anni mentione). Sæc. XII. CLXXXV, 1465.

NAZARIUS, rhetor, de quo nihil tradiderunt biographi, floruit ante medium IV sæc. circa an. 320 insigni eloquentia claruit. De eo exstat panegyricus Constantino Aug. dictus, VIII, 581.

NEBRIDIUS, non longe a Carthagine natus, Augustino fuit charissimus; tota domus ejus per eum fidem Christi accepit. Mediolanum Augustinum secutus est, et ibi grammaticam sub Verecundo docuit, astrologos et præsertim Manichæos impugnavit. Ad ultimum ardens fuit inquisitor beatæ vitæ et paulo post Augustini baptismum mortuus est. Exstat de eo epistola ad August. an. 390, XXXIII 67.

NECTARIUS, paganus vir et inter suos illustris in gratiam patriæ suæ Calamensis Augustino bis scripsit propter injurias quibus Christianos affecerant Pagani; quæ epistolæ exstant inter B. Doctoris epistolas, an. 409, XXXIII, 313, 386.

NEMESIANUS, DATIVUS, FELIX et VICTOR, episcopi et confessores Africani, varia propter fidem tormenta patientes, litteris respondent D. Cypriani et ejus vinculis compatiuntur, an. 258, IV, 420.

NESTORIUS, primum monachus Syria ortus sub Theodosio Juniore ad sedem Constantinopolit. pervenit; mox adversus mysterium Incarnationis cum prædicare incepisset denuntiatus est et damnatus plurimis in conciliis et in Thebaide quo relegatus fuerat misere obiit, circa 440. Quædam de eo scripta exstant apud Marium Mercatorem. XLVIII, 757, 898, L, 43, 432, 499,

NICEPHORUS (S.) Constantinopol. patriarcha cultum S. Imaginum asseruit adversus imp. Leonem Armenum a quo vexatus et e sede ejectus, in monasterio S. Theodori quod ipse fundaverat se recepit. Obiit an. 828. Multa opera Græco sermone tradidit. De eo exstat apud sanctum Leonem III pap. epistola Græco-Latine scripta. CII, 1057.

NICETUS (S.), Aquileiensis episc. De eo neque familia, neque gens, neque annus certo constant. Ad S. Leonem scripsit super quibusdam quæstionibus quibus locum dederant Attilæ depopulationes. Ex ejus scriptis sola epistola hæc superfuit. Sæc. VI, LII, 837.

NICETIUS (S.), episc. Trevirensis. E religiosissimis parentibus ortus, litteras didicit, deinde vitam monasticam amplexus est, denique ad sedem evectus est Trevir. an. 527. Conciliis Arvernensibus adfuit ab a. 535 ad. 549 habitis et II Parisiense an. 551 : migravit e vita an. 556. De illo exstant opuscula et epistolæ duæ. LXVIII, 36.

NICOLAUS I, papa, ex patre Theodoro regionario natus primo diaconus fuit Ecclesiæ Romanæ, successit Benedicto pap. III et præsente Ludovico II consecratus est. Obiit an. 867. Sub ejus pontificatu incepit querela cum Photio Constantinop. archiepisc. De eo exstant epistolæ. CXIX, 769.

NICOLAUS II, papa, antea Girardus. E Burgundia oriundus, in Italiam venerat ubi ob eximias virtutes et scientiam mox episc. civitatis Florentinæ factus est. Pontifex Romanus creatus est an. 1058. Obiit an. 1061. De eo supersunt epistolæ et privilegia, CXLIII, 1299.

NICOLAUS, ut videtur, presb. Anglus, cui Eadmerus tribulationes quasdam revelaverat, amicum consolatur, deinde de primatu tractat sedis Eboracensis. Floruit XI sæc., CLIX, 809.

NICOLAUS, Sedis apostolicæ legatus et cardinalis, una cum Sixto et Guidone ad Conradum imperat. conscribunt adv. papam et clerum machinantes an. 1150, CLXXXIX, 1303.

NICOLAUS, Corbeiensis abbas. Exstat epistola ad Sugerium, circa 1153, CLXXXVI, 1416.

NICOLAUS, prior S. Sepulcri concessit Ricardo Jaferino pro censu annuatim persolvendo XIV bizantiorum, an. 1160, CLV, 1205.

NICOLAUS, Clarævallensis monachus, cujus nos latet patria, floruit sub S. Bernardo, circa an. 1375. Primum ingressus erat in Aremarense cœnobium ordin. Cluniac., deinde fama et sanctitate Bernardi adductus, Claram vallem venit et S. Abbati cujus factus est notarius arcte adhæsit; attamen cum sanctus abbas in eo reperiit pravitatem, amovit eum ab officio, qui Claravalle discedens hostis evasit. De quo queritur Bernardus scribens ad Eugenium pap. Quando et quo fine e vita excesserit ignoratur. De eo supersunt epistolæ et sermones, CXCVI, 1589.

NICOLAUS, Leodiensis episc. De eo nihil tradunt historici, nisi quod D. Algeri temporibus vixerit cujus elogium conscripsit, CLXXX, 737.

NICOLAUS, de Monte Rotomagensi monachus, XII sæc. floruit et S. Thomæ Cantuar. coætaneus fuit, cui plurimas epistolas scripsit, CXC, 679.

NICOLAUS HACQUEVILLE, sacri senatus Parisiensis præses, aliquot versus de laudibus sancti Bernardi et situ monasterii Clarævallis tradidit. Ævo recentiori refertur, sæc. XVIII, CLXXXV, 566.

NICOLAUS, S. Albani monachus, in Anglia unus fuit ex iis piis viris qui dogma conceptionis immaculatæ B. Virginis propagare tentaverunt. Adversus eum disputavit Petrus Cellensis et Ecclesiæ definitioni utraque pars confugiendum necesse existimavit, ut revera factum est sub Pio IX pontifice nostro. Vixit sæc. XII, CCII, 622.

NICOLAUS, Amblanensis, florebat ineunte sæc. XIII. Breve scripsit Chronicon, ab orbe condito ad a. Christi incarn. 1203 in VIII libros quod fere de verbo ad verbum excerpsit ex Eusebio, Hieronymo et Sigeberto Gemblacensi, CLX, 409.

NICOLAUS, Aquileiensis patriarcha. De eo exstat charta in qua describuntur cæremoniæ receptionis suæ et installationis an. 1351, XCIX, 658.

NICOLAUS de Villalta per testamentum manumisit servum quemdam Leonardum et ipsi ut et filiis plenam donavit libertatem, id est jus testandi, vendendi, obligandi,

donandi, emendi, recipiendi, contrahendi, etc. Quæ charta descripta est apud Aquil. an. 1351, XCIX, 659.

NICOSTRATUS, diaconus confessor. *Vide* Moyses.

NITHARDUS, quem vulgo tradunt biographi abbatem S. Richarii, natus est ex Angelberto et Bertha Caroli Magni filia; merito tamen Benedictini auctores Historiæ litterariæ Gallicæ censent hunc monachum nequaquam fuisse sed militem, et obiisse tempore quo Normanni irruerunt in Galliam. De eo exstant libri IV : *De dissensionibus filiorum Ludovici Pii imperat.*, an. 859, CVI, 36.

NIVARDUS, Rhemensis episc. Omnia quæ possidebat Altivillarensi dedit monasterio cum ea clausula, ut ipse et successores in hujus monasterii monachos dominatum servarent, et ut monachi facultate prælatum eligendi gauderent. Ex hac charta nonnisi fragmentum superest an. 662, LXXXVIII, 1181.

NIVARDUS, S. Bernardi frater quem in eremum secutus fuerat, cum sociis missus est abbas in monasterium de Spina in Placentina diœcesi, circa, an. 1147. De eo exstat epistola ad S. Bernardum, CLXXXII, 578.

NIVELO, Suessionensis episc. Ad episc. Tornac. Stephanum rescripsit. Ex verbis videtur idem atque ille pati gravamen ab officiariis Curiæ Romanæ : floruit exeunte sæc. XII, an. 1199, CCXI, 473; CCXIV, 885.

NIZEZIUS, vir quidam æque pius et dives civitatis Cadurcensis et ejus conjux Ermintrudis plurima donaverunt, sed in specie et titulo venditionis Leotadio Moissiacensi abbati, an. 680, LXXXVIII, 1202.

NORBERTUS (S.), Præmonstratensis ordinis fundator, archiep. Magdeburg. In aula Frederici Colonieusis educatus est. Inde in Sigebergense monasterium secessit. Ordinem suum instituit an. 1120, et an. 1127 ad pontificatum pervenit. Obiit autem an. 1134. De eo habentur sermones duo ad populum et chartæ, CLXX, 1355.

NORGAUDUS, episcop. Æduens. placitum iniit cum Hugone Cluniac. abbate circa quasdam Ecclesias, quod placitum definivit Milo episc. Prænestinus et cardinal. in concilio Massiliensi an. 1103, CLIX, 977.

NOTGERUS, Leodiensis episc. In Suevia natus ex nobilibus parentibus, primum monasterio S. Galli præpositus est, unde ab Odilone vocatus est in Stabulense ad monachos erudiendos. Demum electus est in episcopum Leodiensem et solemniter consecratus an. 971. Obiit an. 1008. Gesta scripsit episcoporum Leodiens. et nonnulla opuscula biographica, CXXXIX, 1170.

NOTKERUS Balbulus (B.), monachus Sangall. Puer apud S. Gallum susceptus est, magistros habuit Marcellum et Isonem. Obiit in provectissima ætate an. 911. Librum scripsit de interpretibus S. Scripturarum, sequentias, Martyrologium, epistolas, et poemata, CXXXI, 985.

NOVATIANUS, presb. Romanus. E Phrygia ortus, nondum christianus philosophiam excoluit. Sacerdos factus, Sedem Romanam invadere tentavit an. 251. Sed in concilio Romano expulsus est ut fautor hæresis et fidei inimicus. De eo exstat liber de Trinitate, epistola de cibis Judaicis et alia ad sanctum Cyprianum cleri Romani nomine conscripta. Obiit an. 260, III, 862.

NOVATUS catholicus IV sæculi, qui et videtur monachus, nobis tantum notus exhortatione sua ad monachos de humilitate et obedientia, XVIII, 67.

NUMERIANUS, archiepisc. Trevirensis. Rogatus ab Adeodato Tullensi episc. quædam concessit privilegia monasterio Vallis Galilææ, de quo per litteras episcopos comprovinciales monet an. 667. Sed charta hæc reputatur supposititia a sanæ doctrinæ criticis, LXXXVIII, 1191.

## O

OCEANUS, presb. Hispanus D. Hieronymum consuluit, de validitate ordinationis Carterii in episcopum qui bis uxorem duxerat, primo ante, secundo post baptismum, cui affirmative rescripsit sanctus doctor, sed praxis Ecclesiæ in contrarium invaluit, an. 420, XXII, 653.

ODALRICUS seu Udelricus et Ubricus, Hugonis comitis et Evæ filius. E Lotharingia oriundus, vir eruditus et virtute conspicuus, favente Lothario rege, archiepisc. Rhemensis factus est; obiit an. 969. De eo superest sententia contra fures sacrilegos, CXXXIII, 963.

ODALRICUS, præpositus Rhemensis. Nihil certi habemus de genere, ortu et vita hujus viri. De eo superest testamentum an. 1100, CL, 1546.

ODDAG, Othilrici cujusdam filius partem hæreditatis suæ vendidit Ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis pro solidis 22 an. 837, Ludovico Pio imperat., XCIX, 809.

ODDO II, Burgundiæ dux, Hugonis II filius et successor, obiit an. 1162. Ipse confirmavit an. 1149 omnia dona a Guidone de Sobernone facta et Ermengarde uxore sua, monialibus S. Mariæ Molooniensis; item donum a Girardo domino de Asneriis, an. 1162, CLXXV, 1119, 1122.

ODILO, monachus sancti Medardi Suessionensis in Gallia, ordinis sancti Benedicti circa an. 930, scripsit ad Ingraudum cœnobii sui decanum, postea episcopum Laudun. de translatione reliquiarum sancti Sebastiani mart. an. 926 facta, CXXXII, 575.

ODILO, Cluniacensis abbas. In Arvernia natus ex nobili et antiqua familia, a teneris enituit mira pietate et amore studii; mox in monasterium secessit Cluniacense et de manu B. Maioli abbatis habitum recepit qui hunc paulo post successorem sibi elegit, an. 994. Præ humilitate sedem Lugdunens. cum pallio recusavit; obiit an. 1049. De eo exstant vitæ SS. Maioli et Adelaidæ, sermones, epistolæ, etc., CXLII, 851.

ODO, Francorum rex (Eudes), Roberti Fortis filius, primum comes Parisiensis dictus, Carolo Crasso successit an. 887; obiit autem an. 898. De eo exstat juramentum quod in ejus consecratione pronuntiavit coram Walterio Senonensi archiepiscopo, CXXXVIII, 797.

ODO, Bellovacensis episc. antea Corbeiensis abbas. Permultis interfuit conciliis. Reliquias sancti Vedasti Bellovacum transtulit debita cum veneratione. Obiit an. 881. De eo supersunt sermones in sanctum Lucianum, canones, institutio de rebus sancti Petri congregationi destinatis, CLV, 287 *et seqq.*

ODO (S.), abbas Cluniac. e Francorum prosapia ortus an. 879; in monasterio sancti Martini Turon. tonsus est ibique educatus. Postea in Burgundiam transiit et Cluniaci sub Bernone vitam duxit monasticam Multas deinceps peregrinationes in Franciam, Aquitaniam, Hispaniam et Italiam perfecit; obiit an. 942. De eo supersunt opera exegetica, hymni, collationes, sermones et opuscula musica, CXXXIII, 9.

ODO (L.), Cantuar. archiepisc. Ex nobili sed adhuc gentili familia ortus, a prima juventute domum paternam deseruit, mox baptismum suscepit et monachi habitum sumpsit. Circa an. 937 abbas factus est, denique assumptus est in archiepisc. Cantuar. obiit an. 961. De eo exstant constitutiones et epistolæ synodales ad suffragaueos, CXXXIII, 931.

ODO, Carnot. episc. aream terræ cessit Rodberto, S. Mariæ canonico quandiu viveret, pro censu annuali x solidorum, alias dona quædam contulit monasterio sancti Petri Carnot. an. 974, CLV, 227 *et seqq.*

ODO, diaconus Ecclesiæ Metropolitanæ Ausciensis. De eo nihil scimus nisi quod epistolam scripserit archiepisc. suo Garciæ, quæ exstat. Vixit sæc. X, CXXXVII, 311.

ODO, comes, ut videtur, Blesensis, Roberto regi scripsit querelam memorans contra Richardum comitem et ipsimet regi queritur quod male de se locutus fuerit, an. 1024, CLXI, 938.

ODO, comitis Manassæ filius. Annuentibus Hugone fratre et Eustachia sorore dedit monasterio sancti Petri Carnot. servum nomine Rimbertum et sororem ejus Frodburgam an. 1061, CLV, 296, 310.

ODO, Bajocensis episc. monasterium S. Vigoris concessit Jarentoni sancti Benigni Divionensis abbatis an. 1096, CLV, 475.

ODO, Lesatensis monasterii abbas, regebat simul parvulum monasterium de Curte; sed Clusinenses monachi istud violenter rapuerunt: Odo cujus monasterium sicut et abbatiola de Curte pendebant a Moissiacensi monasterio, et qui non audebat his resistere monachis, una cum Geraldo abbatiolæ de Curte abbate statuit hunc remittere in manus abbatis Moissiacensis ut liberaretur a pravo et illegitimo regimine. De his scripsit ad papam Paschalem II an. 1104, CLXIII, 456.

ODO, monachus Fossatensis abbatiæ prope Lutetiam, ubi a puero educatus est: persecutiones passus est, licet eximiis commendaretur virtutibus: obiit an. 1112. De eo superest vita Ven. Bouchardi comitis, præfatæ abbatiæ restauratoris, CXLIII, 845.

ODO (B.), Camerac. episc. Aurelii natus primum in propria patria scholasticus fuit, deinde abbas sancti Martini Tornac, demum episcopus Camerac. electus an. 1105. Sed cum investituram episcopalem ab imperat. Henrico recipere nollet e sua sede pulsus, in monasterium Aquicinetense prope Duacum secessit, ibique obiit an. 1113. Scripsit expositionem in canonem Missæ; librum *De peccato originali*, disputationem de Adventu Christi, homiliam duplex de Villico iniquitatis et diplomata, CLX, 1039.

ODO, monachus Astensis Ord. S. Bened. Claruit ab an. 1106 ad 1123 scripsitque ad Brunonem Signiensem episc. expositionem in psalmos in contemplatione exaratam, CLXV, 1142.

ODO et PETRUS, filii Milonis Debois de consensu matris suæ Dameron et sororis suæ Agnetis monasterio Clarevallensi dedere quidquid habebant in terra de Jur-

villa et de Warancemont absque ulla restrictione, circa 1147, CLXXXV, 991.

ODO, Bellovacensis episc. qui adduxerat Petrum de Miliaco virum turbulentum et excommunicatum ob illegitimum conjugium, ut crucem sumeret et e regno egrederetur, Sugerio scripsit ut absolutus Petrus cito e patria exeat circa 1147, CLXXXVI, 1396, 1398.

ODO, abbas S. Remigii. Primum monachus in abbatia Morinniensi, deinde S. Crispini Suession. abbas, unde assumptus est ut succederet Azinario abbati S. Remigii an. 1118, quo monasterium rexit usque ad an. 1151. De eo supersunt epistolæ duæ et Chartularium, CLXXII, 133.

ODO, Morimundensis abbas. De eo tantum novimus scripta sive sermones, an. 1156 floruit, CLXXXVIII, 1643.

ODO, Issodunensis comes, et ejus uxor Mathildis, filia Raimundi fratris Henrici Lingon. episcopi, concesserunt fratribus Fonteneti fructus Casati de dominio Grinionis, sibi fundum servantes, an. 165, Charta nomine Henrici Lingonensis episc. scribitur, CLXXXV, 1469.

ODO, prior S. Victoris Paris., postea abbas S. Genovefæ novæ. Sub Gilduino prioris munus exercuit. Vir doctus, eloquens et admodum pius. Obiit, an. 1166. De eo supersunt nonnullæ epistolæ, CXCVI, 1398.

ODO de Deogilo (*Deuil* prope Lutetiam), abbas S. Dionysii, floruit XII sæc. A prima ætate habitum sumpserat monasticum; bonis moribus, prudentia ac ingenio claruit. Comes fuit familiaris Ludovici Junioris quem secutus est secretarius in Palæstinam, unde reversus præfectus monasterio S Cornelii Compendii quod ab abbatia S. Dionysii pendebat, denique successit Sugerio abbati, an. 1151. Obiit, an. 1168, CXCV, 992. *Vide* insuper, CLXXXV, 1199; CCV, 907.

ODO, episcopus Tullensis. Ab Hugone I comite de Vaudemont et Agelina ortus, Gerardi II comitis germanus, in Ecclesia Tullensi sub Henrico educatus est: primum archidiaconi et thesaurarii munus implevit, ad episcopatum vocatus est, an. 1192, et an. 1198 obiit. De eo supersunt statuta synodalia, CCV, 914.

ODO, Ecclesiæ Romanæ cardinalis, ad Ervisium S. Victoris Paris., abbatem, scripsit epistolam per famulum, quem et commendat; floruit XII sæc., CXCVI, 1388.

ODO, Campaniensis comes, pro fratre Lodoico et prædecessoribus defunctis in ansum apud Paygne Ecclesiæ S. Stephani Bizuntinæ donavit, an. 1202, CLXXXV, 1459.

ODO de Soliaco, episcop. Paris. Vir tum generis claritate quam nobilitate morum ornatus Mauricio defuncto successit ex unanimi capituli consensu. De eo exstant synodicæ constitutiones, statuta et piæ donationes et præterea relatio miraculi S. Genovefæ, an. 1208, CCXII, 47 *et seqq.*

ODO CAMBIERUS, qui circa 1657 florebat, prosam composuit in laudem B. Mariæ Virginis, Afflighemensis, CLXXXV, 1830.

ODOLRICUS, Carnotensis episc. Ineunte XI sæc. floruit, an. 1027, CLV, 259.

ODORANNUS, monachus S. Petri Vivi, an. 985 natus est. A juventute vitam amplexus est monasticam in cœnobio S. Petri Vivi apud Senones. Artis aurificum peritissimus pro rege Roberto arcam auream mirifice confecit ad recipiendas S. Saviniani reliquias. Etsi multa scripserit, unum superest Chronicon quod pene sexagenarius elaboravit. Vita functus est, an. 1045, CXLII, 765.

OFFA, Saxonum Orientalium rex, regnavit eodem tempore quo Kenredus Merciorum rex, cum illo et eodem diplomate multa bona concessit Eveshamensi cœnobio, an. 709. Quod confirmatum est deinde a papa Constantino. Hi reges ambo abdicato sceptro Romæ habitum monasticum sumpserunt, LXXXIX, 356.

OGERIUS, Lucedii abbas in diœcesi Vercellensi. De eo pauca traduntur a biographis. Auctor est sermonum qui inserti sunt cum sermonibus sancti Bernardi, an. 1149, CLXXX, 1657; CLXXXIV, 1850.

OGERIUS et ejus uxor B. Roberto et Fontis Ebraldi monasterio dono contulerunt terram quamdam in Verone, XII ineunte sæc., CLXII, 1113.

OGIVA regina. *Vide* ALBEDUS.

OLDEGARIUS (S.), Tarracon. archiepisc. E domo illustri Barcinonensis natus est circa, 1060. Claruit tum doctrina tum virtutibus quæ prælatum decent. Primum Barcinonensis episcopus fuit, paulo post autem Tarraconensis. Denique sanctitate et miraculis insignitus obiit an. 1136. De eo supersunt epistolæ duæ et Charta, CLXXII, 1357.

OLIVA, Ausoniensis sive Vicensis episc. Olivæ Cebretæ Bisuldunensis comitis filius, primum Rivipullensis monachus, deinde Cuxanensis abbas, electus est episc., an. 1017. Obiit an. 1047. De eo exstant sermones et epistolæ, CXLII, 589.

OLIVERIUS de Grinione. *Vide* GAUTHERIUS, Æduensis episc.

OODHELMUS, filius Oodwerci partem hæreditatis suæ notabilem Werthinensi monasterio dedit, sibi et uxori suæ Theodelindæ usum fructum per vitam reservans, an. 795, XCIX, 798, 815.

OPTATIANUS PORPHYRIUS, poeta Latinus, qui a philosopho ejusdem nominis distinguendus est, IV sæc. floruit. Etsi V. Beda putaverit Optatianum gentilem vixisse, fuisse tamen Christianum ejus scripta comprobant. De eo exstant epistola ad Constantinum, et panegyricus metricus et acrostichus eidem Constantino dictus, XIX, 387.

OPTATUS (S.), Milevitanus episc. et Ecclesiæ doctor, scriptis suis notus magis quam gestis, indefesso zelo Donatistarum hæresim impugnavit. Sub Damaso papa, libros VI adversus Parmenionem scripsit. Obiisse videtur an. 384, XI, 759.

ORDERICUS VITALIS, monachus Angligena, scriptor eximius. Natus est apud Ettingesham supra Savernam flumen in confinio Merciorum et Wallorum, an. 1075; in monasterio S. Ebrulfi educatus est, sub oculis patris sui qui illuc pariter secesserat, defuncta uxore, sacerdotio initiatus est. Obiit an. 1142. Historiam Ecclesiasticam scripsit, CLXXXVIII, 9.

ORIENTIUS (S.), Ausciensis episc. sæc. v. Divina ornatus eloquentia multos e tenebris idololatriæ eripuit infideles. Jam senex factus est episcopus a Theodorico Gothorum rege missus. Feliciter obiit circa an. 450, CXI, 973.

ORIGENES, presb. Alexandrinus, unus e clarissimis Græcæ Ecclesiæ Patribus Alexandriæ natus est, an. 185. Adeo in scientia profecit ut vix adolescens docere et scribere inceperit nondum ordinatus. Cæsaream in Palæstina apud Theotistum episc. pertransiit a quo sacerdotium suscepit. Flagrante persecutione se abdidit diu noctuque libros dictitans et scribens, a persecutoribus captus audacter fidem confessus, post varia tormenta libertatem obtinuit. Iterum scribere aggressus est. Multi inter episcopos partes ejus defenderunt, dum alii bellum ipsi indixerunt. Obiit an. 254. Multa scripta edidit. Opus de principiis præsertim disputationis occasio fuit. De eo exstant homiliæ apud S. Hieronymum e Græco in Latinum sermonem translatæ et apud Rufinum Aquileiens. XXI, 176; XXIV, 901; XXV, 583; XXVI, 219.

OROSIUS PAULUS, presb. natione Hispanus et civis Tarraconensis, tempore Honorii imp. claruit, sæc. v. In Africam venit ubi catholici torquebantur hæreticorum pravitate ut, si posset, aliquam medelam afferret, et sanctum Augustinum inviseret. Quando obierit non constat. Auctor est Apologetici de arbitrii libertate, XXXI, 635.

ORSIESIUS (S.), sancti Pachomii discipulus, monachus fuit et deinde abbas; doctrinam suam in quodam tractatu dedit. Floruit sæc. IV, CIII, 453.

OSBERNUS, Cantuar. Ecclesiæ præcentor et monachus. Natione Anglus, claruit circa 1070. Lanfranco archiepisc. familiaris fuit, et in cantu peritissimus. De eo supersunt Vitæ SS. Dunstani et Elphegi Cantuariensium archiepiscoporum, CXLIX, 367.

OSIUS, gente Hispanus et Cordubensis episc. Hunc illustrem virum sæpe ad se trahere conati sunt Ariani; sed firmus in fide stetit Osius. Quare Constantius ira accensus etsi senem eum anno integro patria extorrem Sirmii detinuit, ubi contumelias, verbera plagasque passus est, ita ut vi illata ad horam cessit tormentis, sed instante morte fidem confessus est et anathema dixit inimicis fidei. De eo exstant Osii sententiæ in concilio Laodicensi, et epistola ad Constantium. Obiit, an. 557, VIII, 1309.

OSMUNDUS, Asturicensis episc. B. Idæ undequaque reliquias inquirenti ex Hispania scripsit epistolam, circa an. 1059, CLV, 459.

OSBERTUS CASTALDUS, e Longobardia, multa donavit monasterio S. Emmerammi pro salute acquirenda, de qua donatione tantum fit mentio, CXXIX, sæc. IX, 922.

OTHELBOLDUS, abbas Tricesimus sextus monasterii S. Bavonis Gandensis quod rexit ab an. 1019 ad 1034. De eo superest epistola ad Ogivam Flandriæ comitissam, CXLI, 1358.

OTHLONUS, presb. et mon. E diœcesi Frisingensi ortus, ingenio docili et facili præditus a prima ætate diligenter studio incubuit; vitam monasticam amplexus est an. 1032 in monasterio S. Emmerammi. Multos libros scripsit inter quos librum de suis tentationibus. Obiit an. 1083, CXLVI, 27.

OTHO I, Germaniæ imperator. Henrico I successit. Hunnos, Hungaros Bohemosque edomuit, in Gallias adversus Ludovicum arma tulit, multa ad subjectorum uti-

litatem peregit. Obiit, an. 973. De eo exstant varia diplomata, XCVIII, 587, 603; CXXXVIII, 821.

OTHO II, Germaniæ imp. Othonis I filius et successor, Henricum Bavaricum dejecit et in Galliis Lothario restitit. Obiit an. 983, et successorem habuit Othonem III. Diplomata de eo supersunt. XCVIII, 587; CXXXVIII, 851.

OTHO III, Othonis II, imperat. filius et successor, proclamatus an. 983. Arma gessit adversus Slavos et per Italiam : juxta quosdam veneno obiit, an. 1002. De eo exstant duo edicta, CXXXVIII, 853.

OTHO (S.), Bambergensis episcopus, apostolus dictus Pomeraniæ. E nobili natus est prosopia in Sabaudia circa 1060; a puero totus cultui divino deditus, clericalem vitam amplexus est. Deinde, Henrico promovente, episcopus factus est Rambergensis an. 1112 . Obiit autem an. 1139. De eo exstant epistolæ et diplomata. CLXXIII, 1267.

OTHO Frisingensis episc. floruit sæc. XII, an. 1152. Ad Ven. Wibaldum Corbeiens. abbat. epistolam conscripsit : in qua verba Psalmi commentatur, *Attollite portas, principes, vestras*, etc., CLXXXIX, 1398.

OTHO et WILLELMUS Papiensis, S. Eccl. Rom. cardinales qui ad regem Anglorum Henricum II missi fuerant ab Alexandro III ut negotium componerent de D. Thomæ Cantuar. archiep. exsilio, rationem reddunt Missionis sæc. XII, CXC, 993; CC, 1391.

OTHO II, Germaniæ imp. Henrici Bavariæ filius, successit Henrico VI seu potius Philippo, excommunicatus est ab Innocentio III. Obiit an. 1218. De eo plurima exstant diplomata, CCXVI, 999 *et passim*.

OTKERUS, Ratisponensis monachus. De eo nihil compertum habemus, nisi quod peritus fuerit Musicæ quam singulariter excoluit, CLI, 691.

OTTO. Ubique scripsimus et videsis OTHO.

OWENUS, Walliarum rex, vir Deum timens et magnam profitens dilectionem erga D. Thomam Cantuar., unde iram et odium incurrit Henrici regis. De eo exstat epistola familiaris ad Thomam exsulem, sæc. XII, CXC, 1055.

## P

PACATUS LATINUS DREPANIUS, natione Gallus, patria Burdigalensis sæc. IV, an. 395, floruit, Ausonio familiaris fuit. De eo exstat panegyricus Theodosio imperat. dictus coram senatu, XIII, 471.

PACHOMIUS (S.), in Thebaide superiori monachus. Natus circa 292; primum miles, postea autem monachus, mox supra 6000 monachorum constitutus est abbas, in quibus regendis omnem adhibuit curam. Regulam condidit quam D. Hieronymus Latine vertit sicut et nonnullas epistolas. E vivis et inter suorum lacrymas decessit an. 348. XXII, 61, 87.

PACIANUS (S.), Barcinonensis episc. Nobili genere et eximio ingenio claruit in Hispania; ob eloquentiam assumptus est ad sedem Barcinonensem, an. 373. De quo exstant tres epistolæ ad Sempronianum, libellus seu parænesis de pœnitentia, sermo de baptismo, etc.; obiit circa an. 391. XIII, 1051.

PAGANUS de Miribello donavit D. Roberto de Arbrissello et Fontis Ebraldi monasterio nemus quoddam Ruretum nuncupatum et prati junctum unum super Andrum, Philippo tunc regnante sæc. XII, CLXII, 1112.

PAGANUS, Aquileiensis patriarcha, vetus instrumentum quo privilegia olim a Bertholdo patriarcha Ecclesiæ S. Nicolai de Sacello concessa fuerant renovari et transcribi et adimpleri jussit, an 1328, XCIX, 653.

PALLADIUS, e Galatia ortus, in Nitriæ deserto primum monachus, inde Helenopolitanus, et demum Asponensis episcopus factus est. Ob amicitiam, in S. Chrysostomum persecutiones sustinuit. Expulsus e propria sede varias incepit peregrinationes; interimque suam conscripsit LAUSIACAM, quæ sic dicitur a Lauso quodam Cappadociæ præfecto, cui librum dedicavit, circa 420, LXXIII, 1065.

PALLADIUS (S.), episcop. Antissiod. Antea abbas S Germani totus disciplinis ediscendis ecclesiasticis incubuit, concilio Rhemensi interfuit an. 625, e Cliciacensi an. 653. Obiit an. 653, quo subscripserat diplomati Clodovæi II pro monasterio S. Dionysii Parisiensis. De eo tantum superest epistola ad S. Desiderium Cadurcensem episc. LXXXVII, 264.

PAMMACHIUS, doctus vir et origine nobilis, Paulinam sanctæ Paulæ filiam duxerat. Romæ partes B. Hieronymi sui familiaris contra pravos detrectatores defendit; sed, defuncta Paulina, de Hieronymi consilio sæculum juxta quosdam abdicavit. Commercium litterarum cum sancto doctore suave habuit. De eo exstat epistola quæ et Oceano socio tribuitur, an. 420, XXII, 511, 568, 639, 743.

PAMPHILUS. *Vide* EUSEBIUS.

PANCRATIUS et HILARIUS, presbyteri una cum Lucifero Calaritano episc. S. Sedis legati apud Mediolan. concil. an. 355, ad Eusebium Vercellensem conscripsere ut venire non moraretur ad effugandam Arianam pestem, XIII, 765.

PANDULFUS Aletrinus, Hugonis de Alatro cardinalis presb. nepos, in palatio Gelasii II papæ admissus est, et apud eum familiariter vixit, obiitque circa 1119. Vitam scripsit hujus papæ et quorumdam aliorum, CLXIII, 473, 1079.

PAPHNUCIUS (S.), primum monachus et S. Antonii discipulus in persecutione Maximini fidem confessus est; episcopus factus, causam sancti Athanasii fortiter defendit. Ipsi tribuunt vitam S. Onuphrii an, 350, LXXIII, 211.

PAPIAS, grammaticus circa 1053 floruit. Natione Lombardus sub Henrico imperatore opus elementarium edidit, CXLI, 1438.

PASCENTIUS, comes domus regiæ Carthaginem missus est et fuit fisci Severus exactor, et simul Arianæ hæresis ardens zelator; D. Augustinum ad disputandum publice provocare ausus est. Accessit S. Doctor, cui resistere et respondere cum non valeret hæreticus vir, nihilominus vicisse ubique se jactabat. Quod audiens S. Doctor epistolam ad eum misit, de hac agendi ratione merito querens, sed ipse nonnisi convitia obloculus est. Sæc. V ineunte, XXXIII, 1051.

PASCHALIS I (S.), papa. Natione Romanus, cujus sanctitas miraculis innotuit. Stephano IV successit an. 817. Antea monachalem vitam professus est. Obiit an. 824. De eo supersunt epistolæ, CII, 1086.

PASCHALIS II, pap. Natione Romanus, primum dicebatur Rainerius seu Ragengerius et Cluniacensis fuit monachus, postea autem abbas monasterii SS. Laurentii et Stephani Romæ extra Muros. Inde purpura indutus et demum ad pontificatum electus an. 1099. Obiit an. 1118. De eo exstant epistolæ et privilegia, CLXIII, 9.

PASCHASINUS, Lilybætanus episc. maxime claruit legatione Leonis I jussu suscepta apud Chalcedonense concilium an. 450. De eo exstat epistola in qua queritur de gravamine quod a Genserici malitia passus est, L, 1291.

PASCHASIUS, diaconus Ecclesiæ Romanæ, exeunte V sæc. claruit, pietate et honestate vitæ vir commendabilis. Obiit an. 512. De eo supersunt libri II *De Spiritu sancto* et epistola ad Eugyppium abbatem et presbyt., LXII, 9.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiensis abbas. Natus an. 780 e parentibus ignotis in pago Suessionensi, in cœnobio educatus est, unde exiit ut sæculariter viveret, mox tædio affectus in Corbeiense monasterium se recepit, postea ad sacerdotium evectus est et ad abbatis munus demum electus, obiit an. 860. De eo multa exstant scripta tum exegetica tum theologica, epistola, passio SS. Rufini et Valerii et vita sancti Adalhardi, CXX, 9.

PATERIUS (S.), presb. notarius et secundicerius sub sancto Gregorio Magno, cui a consiliis et secretis fuit. Ipse postea sententias ex scriptis sancti Gregorii collectas quatuor in libros compilavit, tum in Vetus tum in Novum Testamentum. De eo fit mentio non tantum apud Gregorium Magnum, sed etiam apud Joannem diacon., Sigebertum Gemblac. et Trithemium an. 610, LXXIX, 677.

PATRICIUS (S.), Hibernorum episc. et apostolus. Natione Britannus fuit, in oppido Nemthur natus an. 372, e Calpurnio patre. A S. Germano Antissiodorensi Romam missus est an. 432, ut Cœlestino pap. mentem aperiret suam circa Hibernos ad fidem convertendos; ideo munus episcopi ab eo suscepit, multaque præclare gesta per totam Hiberniam, in provectissima senectute obiit an. 493. De eo habentur confessio ejus, epistola ad Toratium et canones synodales, LIII, 795.

PAULA (Sancta). Nobilis matrona Romana quæ vidua facta, cum filia sua Eustochia se in Bethleem apud S. Hieronymum contulit ut Deo sacrata orationi Scripturarumque studio vacaret. Litteras Hebraicas didicit, multas opes pauperibus erogavit. Obiit an. 407. De ea exstat epistola ad Marcellam apud D. Hieronymum, XXII, 483.

PAULINUS, diaconus Mediolan. juxta sanctum Isidorum ad sacerdotium evectus est. De eo exstat Vita sancti Ambrosii, libellus adv. Cœlestium, et alius liber *De benedictionibus patriarcharum*. Obiit circa an. 418, XX, 705.

PAULINUS (S.), Nolanus episc. Ex nobili et senatoria domo natus est circa 367. Primum vinculis matrimonii constrictus consulatu et amplissimis honoribus donatus est, sed, amisso filio unico, sæculo valedixit et monachus factus est; mox ad sacerdotium et postea ad episcopatum assumptus est, Ecclesiam tum virtutibus, tum eruditione illustravit. Obiit an. 451. De eo exstant epistolæ et poemata, LXI, 9.

PAULINUS, Petricordiensis, gente Gallus, claruit ab an. 461 ad 490 quo obiit. Filius erat Paulini rhetoris de quo meminit Sidonius in epistolis suis. De eo exstat poema de Vita sancti Martini, quod scripsit rogante sancto Perpetuo, et aliud minoris momenti eidem pontifici dicatum, LXI, 1008.

PAULINUS, patriarcha Aquileiensis. Natus est an. 730, et magna in veneratione fuit apud Carolum Magnum, electus est an. 776. Plurimis interfuit conciliis, in Carinthia et Styria Evangelium prædicavit. Obitque an. 804. De eo habentur liber *Contra Elipandum*, libri III *Contra Felicem Urgellitan.*, hymni et epistolarum fragmenta, XCIX, 9.

PAULINUS, cui tribuuntur versiculi de Herico duce stylo semibarbaro exscripti, omnino incertus nobis videtur. Sæc. VIII seu IX vixit, XCIX, 683.

PAULULUS. *Vide* ROBERTUS.

PAULUS et STEPHANUS (SS.), abbates, qui regulam tradiderunt monachalem, memorantur a S. Benedicto Anianensi, et a Smaragdo. Nulla de iis alia apparent vestigia circa tempus et loca quibus floruerunt, sæc. IV, LXVI, 949.

PAULUS, diaconus Emeritanus, de quo paucissima tradunt biographi, historiam contexuit Ecclesiæ Emeritensis an. 610, LXXX, 112.

PAULUS, Constantinopolit. episc. in loco Pyrrhi suffectus est sub Theodoro papa, dum Orientem agitabat monothelismus. De eo exstat epistola ad ipsum Theodorum. An. 641, LXXXVII, 91.

PAULUS (S.), episcopus Virdun. Nobilis Belga, ab initio vitam duxit eremiticam, Dagoberto favente ad episcopatum assumptus est. De eo exstant epistolæ ad sanctum Desiderium episc. an. 650, LXXXVII, 261.

PAULUS I (S.) papa, fratri suo Stephano II successit. Natione fuit Romanus et S. Sedem tenuit ab an. 757 ad 767. De eo supersunt epistolæ, LXXXIX, 1125.

PAULUS, origine Græcus, et militiæ dux, sub Wamba Gothorum rege missus est adversus seditionis auctores e finibus Galliarum ortos et loca circum vicina depopulantes. Ille autem perfidiam molitus Narbonam occupavit cum seditiosis amicitiam fecit sperans per eos ad regnum promoveri. Igitur Wamba, misso exercitu, eum ex omnibus locis quos occupaverat, dejecit et in Nemauso quo confugerat, captus est Paulus, post diram cladem totius factionis an. 710, XCVI, 761.

PAULUS WINFRIDUS, natione Italus, filius Warnefridi, Aquileiensis diaconus et Cancellarius Desiderii ultimi Langobardorum regis, quem a Carolo rege captum secutus est in Gallias. Vir ille eruditissimus in Scripturis, ingenio subtilis et eloquio clarus, scripta edidit historica, ascetica, paræneticæ, epistolas et carmina. Obiit an. 801, XCV, 1606.

PAULUS ALVARUS. *Vide* ALVARUS.

PAULUS, Neapolis Ecclesiæ diaconus, vitam Latine transtulit S. Mariæ Ægyptiacæ, auctore Sophronio episc. De eo mentionem facit Sigebertus in catalogo virorum illust. et pariter Hildebertus in quodam carmine; sed quando floruerit non constat, LXXIII, 671.

PAULUS, monachus S. Petri Carnot. florebat ineunte sæc. XI. De eo exstat vetus Agano seu chartularium Aganonis, CLV, 175.

PAULUS, canonicus Ecclesiæ Ratisponensis, cum ab Henrico IV imp. in exsilium relegatus esset, in cœnobio Berneriedensi recens fundato habitum sumpsit ordinis canonicorum regularium circa an. 1120, ubi presbyter ordinatus est ab episcopo Passaviensi. Obiit an. 1131. Vitam edidit B. Gregorii papæ VII, CXLVIII, 39.

PELAGIUS, monachus Britannus. Vir versipellis et ingenii calidissimi, errores docuit circa peccatum originale et Dei gratiam, in tribus damnatus est conciliis. S. Augustinus acerrime propugnavit contra eum fidem catholicam. Quæ sint illius scripta et ipsorum fragmenta videsis, XXI, 1168; XLVIII, 83, 587.

PELAGIUS I, papa. Natione Romanus ex patre Joanne præfecti prætoriani vicario, ad cathedram Petri evectus est an. 555. Obiit autem an. 559. De eo supersunt epistolæ et decreta, LXIX, 392.

PELAGIUS II, papa. Origine Gothus, ex patre Vinigildo, electus est an 577, quando Italiam vastabant Langobardi. Obiit an. 590. De eo exstant epistolæ et decreta, LXXII, 702.

PELAGIUS, S. Romanæ Ecclesiæ diaconus, Vitarum sanctorum Patrum librum V Latine transtulit. Quidam conjiciunt eumdem esse qui postea sedem Romanam obtinuit (*Vide superius*), sæc. VI vixit, LXXIII, 851.

PELOQUINUS de insula Buchardi, omnes suas consuetudines per aquam et per terram sanctimonialibus Fontis Ebraldi concessit, XII incunte sæc., CLXII, 1118.

PEREGRINUS, presb. ecclesiæ Mussitanæ in Africa, unus ex antiquis Priscianistis adversus Donatum scripsit, Maximianum de hæresi convicit, ab Augustino vir dicitur venerabilis. De eo exstat libellus supplex adv. Maximianistas; forte ille est Peregrinus, de quo mentio fit in concilio Carthagin. anni 408, XI, 1191, 1201.

PEREGRINUS, Aquileiensis patriarcha. Cum ab Hatturico monasterii S. Stephani præposito querelas audivisset adversus quemdam Meginhardum advocatum cujus exactores rusticos et pauperes inhumane vexabant, eum accersitum, ut cessaret hortatus est, et adduxit ut monasterio jus advocatiæ suæ cederet, quod actum est pro 20 Marcis argenti an. 1134, XCIX, 644.

PEREGRINUS, abbat. S. Mariæ de Latina juramentum fidelitatis præstat domno Roberto Hierosolymæ patriarchæ et ejus successoribus coram Arnaldo Liddensi episc. ejusdem vicario an. 1240, CLV, 1111.

PERIANDER, tyrannus Corinthi et e septem Græciæ sapientibus an. 585, ante Ch. floruit. De eo exstant apud D. Ambrosium duæ epistolæ ad sapientes et ad Proclum, XVII, 1149.

PERINGERUS, Tegernseensis abbas. De eo nulla fere documenta supersunt, exstant vero epistolæ duodecim, vixit an. 1040, CXLI, 1313.

PERPETUA (S.), matrona nobilis christiana et martyr, Romæ sub persecutione Valeriani et Galli, cum sociis primo in carcerem injecta, deinde coram judice Christi fidem, fortiter confessa est et ipsa in tabulis quidquid sibi evenit ante sanguinis effusionem an. 203, scripsit ut et supplicia sociorum, III, 9.

PERPETUUS (S.), Turon. episc. Pietate et charitate vir insignis et zelo indefesso in tuenda firmandaque Ecclesiæ doctrina, Eus achia successit an. 461. Obiit an. 491. De eo exstant testamentum et statuta, LVIII, 751.

PERTOLDUS, Aquileiensis patriarcha exemptionem concessit capellæ S. Quirini ubi detinebantur peccatrices conversæ, in subjectione plebani Utinens. an. 1242, XCIX, 6478.

PERTUALDUS, pius civis Lucensis, ædem S. Michaeli et monasterium fundavit ac dotavit, præscripta in pauperes eleemosyna an. 721, LXXXVII, 1365.

PETILIANUS, episcop. Cirtensis factus a Donatistis, ingeniosus fuit ac disertus. Epistolas scripsit adversus catholicam fidem quibus respondit sanctus Augustinus, quod ille ægre tulit, Floruit an. 398, XXXII, 640.

PETRARCA (Francisc.), poeta Italus et Latinus sæc. XIV, litterarum restitutor existimatur, politicæ vitæ sectator Gibelinorum parti adhæsit. Lauræ suæ amasiæ versus non paucos dicavit, dum Avenione degeret. Postea autem ordines suscepit et Mediolanum secessit. Obiit an. 1374. De eo exstat testimonium de S. Damiano, CXLIV, 183.

PETRONILLA de Montaranto, Paganus de Vallibus et alii quidam terram de Podia monialibus Fontis Ebraldi dederunt, cui donationi quædam adjecerunt Elias de Tellio et Gaufredus de Calviniaco (absque anni mentione), sæc. XII, CLXII, 1097.

PETRONIUS, ANNIANUS et JULIANUS, non aliter nobis noti sunt quam per epistolam suam Domitio Celso Africæ vicario ex qua constat eos pro ministris haberi apud Constantin. Magnum imp. an. 311, VIII, 749.

PETRUINUS. *Vide* ARBDICS.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), episc. Ravennat. sic dictus est ob eloquentiæ insigne meritum. Imola natus est et a teneris pietati et studio incubuit, sacerdos ordinatus est a sancto Cornelio, prædicationi præsertim se dedit et eo munere sic functus est ut ad Ravennæ sedem unanimi omnium consensu evectus sit. Obiit an. 450, sub Leone Magno papa. De eo habentur sermones, LII, 14.

PETRUS diaconus de quo desunt documenta biographica, videtur tamen ex libello suo ad Fulgentium, fuisse rebus theologicis satis instructus. Obiit circa an. 513, LXII, 80.

PETRUS, Classensis abbas et Ordinis Camaldul., non aliter nobis innotescit quam per juramentum quod præstitit Gerberto Ravennatensi archiepisc. an. 993, CXXXIX, 269.

PETRUS, archidiaconus, sæculo VIII videtur floruisse,

vir pius et eruditus. De quo habemus commentarium sub forma dialogi in prophetiam Danielis, XCVI, 1347.

PETRUS, Bibliothecarius. De eo nihil certi constat, nisi quod historiam abbreviatam scripserit Francorum an. 892, CLI, 1280.

PETRUS Malleacensis monachus, ord. S. Bened. Natione Gallus claruit XI sæc., an. 1070. Libellum edidit ad Godchrannum abbatem *De antiquitate et augmentis insulæ Malleacensis*, et *De translatione sancti Rigomeri* libros II, CXLVI, 1247.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinalis episc. Ostiensis. Apud Ravennam a parentibus honestis etsi modicis opibus natus est, an. 988. Curæ derelictus fratris sui natu majoris puer porcos pavit; sed alius frater ipsi fuit qui illius miseratus ad scholam eum misit. Studiorum curriculum emensus, vitam monasticam amplexus est in monast. Fontis Avellanæ cujus abbas factus est, an. 1041, postea purpura indutus est a Stephano papa, an. 1062. Obiit autem an. 1072. De eo supersunt epistolæ, sermones, vitæ sanctorum, hymnus, carmina collectaneaque in Vetus Testamentum, CXLIV et CXLV.

PETRUS TUDEBODUS sacerdos Siurac. floruit exeunte sæc. XI, an. 1095 Auctor est relationis Itineris Hierosolymitani, CLV, 758.

PETRUS ALPHONSI, ex Judæo Christianus, Moyses antea dictus. Gente Hispanus a Stephano Astensi episc. baptizatus est, an. 1106. De ejus obitu non constat. Dialogum scripsit adversus Judæos in 12 partes distributum, CLVII, 527.

PETRUS PECCATOR, clericus Ravennatensis. Regulam monasticam ex aliis collegit regulis et eam misit ad Paschalem II pap. emendandam. Forte idem est ac Petrus de Honestis qui eodem floruit tempore, qui præfectus est cœnobio Portuensi et cui æque tribuitur clericorum regula, an. 1108, CLXIII, 461, 691.

PETRUS de Honestis. *Vide præc.* PETRUS peccator.

PETRUS GORGA, Hugoni Gratianopol. episc. remisit decimam quam habebat in Cabanaria, ab Aimone Vetulo, circa an. 1128, CLXVI, 1574.

PETRUS BERNARDI, canonicus S. Sepulcri. De consensu prioris et aliorum canonicorum Andreæ et uxori ejus Hosannæ domum ædificare concessit in terram S. Sepulcri, ea conditione, ut eam haberent et possiderent quandiu viverent, solvendo annualem censum duorum bizantiorum, an. 1136, CLV, 1206.

PETRUS LEONIS, natione Romanus, cardinalis SS. Cosmæ et Damiani factiose a paucioribus electus est in papam, an. 1130, et Anacleti nomen usurpavit. Maximas in Urbe turbas et etiam cædes provocavit; per fas et nefas sedit in S. Petri cathedra an. 7. Obiit enim an. 1138, et sine pompa sepultus est. De eo exstant epistolæ et privilegia, CLXXIX, 687.

PETRUS, prior S. Sepulcri, domos quæ sunt super voltas concambii hospitalis concessit cuidam Arnulfo Bernaldi filio, sub annuo censu 9 bizantiorum, an. 1144. De eo exstat et aliud diploma, CLV, 1177, 1179.

PETRUS, Bituricensis archiepisc. Cui cum Sugerius abbas notum fecisset regis Ludovici reditum, duas scripsit epistolas ad venerab. abbatem de hoc felici eventu, an. 1149, CLXXXVI, 1400, 1402.

PETRUS, monachus, videtur vixisse an. 1150, sub Aymone S. Petri Divensis in diœcesi Sagiensi, et quia versus componere solebat, hunc hortatus est Milo Beccensis monachus, ut metrice scriberet vitam septem primorum abbatum hujus monasterii, CLXXXI, 1703.

PETRUS Venerabilis, Cluniac. abbas, qui prius dicebatur Mauricius de Montboissier, eximiam cognitionem Scripturarum acquisivit, et vitæ probitate claruit, grammaticus fuit eruditus, rhetor ornatus, dialecticus acutus, arithmeticus exactus, geometricus regularis, astronomiæ et musicæ peritus; beato fine quievit, an. 1158. De eo habemus libros VI epistolarum, varios tractatus, sermones, statuta et carmina, CLXXXIX, 9 *et seqq.*

PETRUS, Pictaviensis monachus, Petro Ven. cluniac. abb coævus, cujus panegyricum metrice, et monitionem ad ejus panegyrici calumniatorem conscripsit, item et epistolas ad eumdem Petrum. Obiit, an. 1160, CLXXXIX, 47, 57, 59, 661.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiensis episc. e Longobardia oriundus ex humili loco et conditione. Subsidio episcopi Lucensis litteras didicit in quibus adeo profecit ut postea dici meruerit *Magister sententiarum*, quia librum de sententiis theologicis scripsit. Linguas Hebraicam et Græcam didicit, ut constat commentario libri Psalmorum. Obiit, an. 1160, CXCI-CXCII.

PETRUS, Tyrensis archiepisc. Capitulo S. Sepulcri et D. Nicolao priori concessit decimam casalis cujusdam simul et Ecclesiam B. Mariæ, teste Amalrico patriarcha, an. 1161. De eodem exstat alia charta, CLV, 1167.

PETRUS Pisanus, Ecclesiæ S. Aniani Aurelianens s decanus, XII sæc. florebat, aliquanto tempore partes antipapæ Anacleti (Petri Leonis) contra Innocentium tenuit, sed reconciliatio ejus facta est sub Paschali II, an. 1162, Alexandro III pap. scripsit adversus episcopos contumaces. Vitam Paschalis II pap. collegit, CLXIII, 13; CC, 1365.

PETRUS de Roya, Clarævallensis monachus. Floruit ab an. 1155 ad 1169. Inter clericos Noviodunenses educatus est, et canonicus deinde factus, sed mox a fervore ad vitam dissolutam delapsus est, demum pœnitentia ductus ad Clarævallensem abbatiam se recepit, ubi disciplinam monasticam amplexus est, et vitam pie absolvit, an. 1169. Ex illo habetur epistola inter epistolas D. Bernardi inserta, CLXXXII, Job; CLXXXV, 1683, 1687.

PETRUS COMESTOR, canonicus et decanus B. Mariæ Trecensis, *comestor* dictus ob illius studendi et sciendi cupiditatem, natione Gallus, XII sæc. floruit, theologus magni nominis, cancellarius factus est Academiæ Parisiensis. Obiit circa 1178. Ex ejus scriptis supersunt historia scholastica et sermones, CXCVIII, 1043.

PETRUS S. R. E., cardinalis. Primum archidiaconus, deinde abbas, postea Meldensis episcopus et, favente Willelmo de Campania, archiepiscopus Senonensis factus est. Ob singularem illius doctrinam purpuram obtinuit sub Alexandro III, qui eum delegavit ut Albigensium hæresim comprimeret, an. 1173. Obiisse videtur, an. 1182. Epistolæ de eo exstant, CXCIX, 1119.

PETRUS MONOCULUS, Clarævall. abbas octavus. Natione Gallus et ex stirpe nobili natus, primum ex Claræval. monacho, factus est abbas Igniacens., unde eductus est ut Clarævallens. regeret, an. 1179. Elegantes epistolas scripsit de diversis argumentis. Obiit, an. 1186, CC, 1381; CCI, 1391.

PETRUS, Cellensis abbas, postea S. Remigii Rhemensis et denique episc. Carnot. electus, an. 1180, ut succederet Joanni de Saresberia. De eo duo exstant libri epistolarum, sermones et tractatus de disciplina claustrali, an. 1187, CCII, 597.

PETRUS LATRO et JOANNES NICOLAI dati sunt curatores Oddoni Petri Latronis nepoti cujus domina Lucina avia simul et tutrix erat, hoc munus refutaverunt in manus Centii S. Luciæ in silice diaconi cardinalis sub Cœlestino III papa, an. 1193, CCVI, 1272.

PETRUS, Roskildensis episc. Floruit circa 1192. De eo exstat epistola ad pap. Cœlestinum III quem monet de statuto a se dato circa annuales redditus decedentium sacerdotum, CCIX, 678.

PETRUS CANTOR, Parisiis sive Rhemis natus, ab infantia litterarum studio incubuit, et adeo in his profecit ut juvenis jam in Academia Parisiensi magna cum laude eas edocuit. Factus est hujus civitatis Ecclesiæ præcentor: episcopatum tum Tornac. tum Parisiens. recusavit ut monachus esset Longipontis ord. Cisterc. ubi se recepit. Obiit an. 1197. De eo superest eximium opus cui titulus: *Verbum abbreviatum*, CCV, 21.

PETRUS, prior Hospitalis Constantinopol. cujus exstat epistola ad Ludovicum Juniorem, Francorum regem, missionem suscepit ab imperatore pro papa et rege Ludovico. sæc. XII, CLV, 1275.

PETRUS OBLINC!, plurimas terras in Bello Campo et alibi sitas monasterio Fontis Ebraldi, tribuit, regnante Philippo super Francos. postea suscepit habitum monachalem et se totum dedit vitæ contemplativæ, sæc. XII, CLXII, 1115.

PETRUS DE CHAMILIACO per manum D. Roberti de Arbrissello monasterio puellarum Fontis Ebraldi dedit consuetudinem Lanæ, quæ exsistit in Castello Chamiliaci, Ludovico Crasso regnante. sæc. XII, CLXII, 1117.

PETRUS de GUSMACHIA, per testamentum disposuit fundare ecclesiam in loco qui dicitur Landa de Bellaquercu, ipsamque dotare et eam tradere sanctimonialibus Fontis Ebraldi, et B. Roberto de Arbrissello (absque anni mentione). sæc. XII, CLXII, 1104.

PETRUS, Burgensis episc. Cluniaco concessit et confirmavit ecclesiam de Carandigna sub regimine abbatis Pontii (absque anni mentione), sæc. XII, CLXVI, 845.

PETRUS Papiensis, sæc. XII, floruit. Susceptis a beato Thoma Cantuar. epistolis ad eumdem mandat se compati omnibus suis tribulationibus et eum hortatur ut animo non deficiat, CXC, 1021.

PETRUS Pictaviensis, Petri Lombardi fidelis discipulus, celeberrimus factus est facultatis Theologiæ Parisiensis magister et cancellarius, claruit vitæ meritis et doctrina; distinguendus est ab alio ejusdem nominis qui Petri Cluniacensis abbatis discipulus fuit. De eo exstant libri V sententiarum, an, 1205, CCXI, 779.

PETRUS CAMBIUS, Parisiensis episc. Ut averteret clerum suum a quibusdam vulgaribus usibus et jocis sua professione indignis, statuit quamdam retributionem pro celebratione officiorum Circumcisionis Domini et in die festo S. Stephani protomartyris an. 1208, CCVII, 1168.

PETRUS de NEMORE, Parisiensis episc. an. 1208. confirmavit donationes prædecessoris sui Odonis, CCXII, 91.

PETRUS, Vallis Cernai monachus in diœcesi Carnot., floruit initio sæculi XIII, an. 1208. Historiam scripsit cruciatæ adversus Albigenses hæreticos ab Innocentio III suscitatæ.

PETRUS de RIGA, natione Gallus, patria Vindocinensis, floruit ab an. 1191 ad 1208. Primum canonicus fuit regularis B. Mariæ Rhemensis. Deinde transiit in abbatiam S. Dionysii ejusdem urbis, multa carmina edidit in variis Scripturæ sacræ locis. Ex ejus scriptis tantum supersunt fragmenta libri cui titulus : *Ancora*, CCXII, 9.

PETRUS BERMUNDI, filius Bernardi de Andissia et dominus de Salve, qui Ecclesiæ Romanæ fidelis remansit. Uxorem duxerat filiam unicam comitis Tolosani Raymundi. Innocentio III scripsit uxorem suam solam hæredem esse legitimam et eum qui se ab eodem natum dicebat esse spurium et non hæredem, an. 1212, CCXVI, 754.

PETRUS II, Aragonum rex. Alphonsi II filius et successor Mauros fugavit juxta Navia Tolosana ; aliquando partes Albigensium et comitis Tolosani sumpserat, sed postea scripsit Innocentio III se in sinum redire Ecclesiæ. In prælio adversus Albigenses vulneratus obiit an. 1212. Eodem an. Quædam privilegia concesserat domibus S. Sepulcri quæ sub regimine erant Berengarii abbatis, CLV, 1235; CCXVI, 839.

PETRUS, prior S. Petri Lingonensis, Paganus officialis, et Humbertus præpositus Barri, an. 1215 litteras emiserant quibus solvunt controversiam ortam inter monachos Claræval. et Garnerium de Chaleta eo quod hic illis denegabat homagium quod concesserat pater ejus, CLXXV, 1762.

PHERECYDES, antiquus historicus auctor Græcus : Florebat ante Ch. 408. Ipsi tribuitur epistola quædam Thaleti apud sanctum Ambrosium, XVII, 1150.

PHILASTRIUS (S.), Brixiæ episc. cujus genus et patriam ignoramus, concilio Aquileiensi interfuit an. 381. Una cum S. Ambrosio. De eo exstat liber *De hæresibus*. Obiit an. 387, XII, 1079.

PHILIPPUS, presb., D. Hieronymi discipulus, præcipue claruit an. 440 ; præter epistolas quæ jam diu interiere scripsit commentarium in Job quod inter opera S. Doctoris exstat Obiit Marciano et Avito regnantibus, LIII, 1012.

PHILIPPUS I, Francorum rex, Henrici I filius et successor. De eo supersunt epistolæ et diplomata, CLIX, 838.

PHILIPPUS, Claræ vallensis monachus, miracula magistri sui D. Bernardi describere aggressus est quæ Samsoni Archiepiscopo Rhemensi dicavit ; floruit circa 1160, CLXXV, 371.

PHILIPPUS DE HARVENG, abbas Bonæ Spei ord. Præmonstrat. vir disertus et eruditus, pius et devotus D. Bernardo familiaris ex mediocri genere ortus, ab initio apud Odonem Bonæ Spei abbatem se contulit sub quo magistro ad sublimem properavit perfectionem, et eo defuncto, in ejus locum suffectus est. Obiit an. 1182. De eo supersunt commentarium in Cantica cantic. et alia varia opuscula, CCIII, 1.

PHILIPPUS, Belvacensis episc. floruit exeunte sæc. XII. Ad pap. Cœlestinum scripsit irruptionem Anglorum regis in Belvaci territorium et quomodo captivus factus fuisset, eo quod regi Francorum iratus erat, an. 1196, CCVI, 1278.

PHILIPPUS et BARTHOLOMÆUS, fratres Longobardi cum sorore sua Aldruda tertiam partem eorum quæ possident in loco qui Castrum Nympharum dicitur Domino papæ Innocentio III concedunt, an. 1204, CCXVII, 290.

PHILIPPUS, Sueviæ dux et Romanorum rex, paulo post imperator adversus Ottonem quem sibi principes elegerant, præliavit et potestate potitus est, ad annum usque 1208 quo interfectus est, CCXVI, 1012.

*Vide præterea* CCXVII, 295 *et seqq.*

PHILIPPUS II Augustus, Francorum rex, Ludovici VII filius et Alixæ Theobaldi filiæ. Uxorem duxit Ingeburgem sororem Canuti Danorum regis, sed paulo post eam repudiavit ut Agnetem de Merania duceret, unde excommunicationem incurrit et super universam Franciam interdictum injectum fuit. Obiit an. 1223. De eo exstant epistolæ et diplomata, CCXI, 391. 395.

*Vide insuper* CCXII, 74 ; CCXVI, 976, 1007 ; CCXVII, 279.

PHILIPPUS. Catalaunensis episcopus. Cum ob quasdam sæculares curas ordinationes perficere non posset, quos sibi miserat ordinandos Poppo Metensis episc. eosdem ad Lambertum Atrebat. remittit et ut ordines ipsis tribuat precatur. Quod actum est ineunte sæc. XII, CLXII, 665.

PHILIPPUS, Flandriæ comes, vixit sæc. XII ; preces a S. Hildegarde efflagitat et ab ea consilium petit utrum potius manere debeat in Terra sancta, quam inde redire post expeditionem, CXCVII, 187 ; CC, 1392.

PHILIPPUS, decanus Coloniensis, floruit exeunte sæc. XII. Ad sanctam Hildegardem cujus precibus se commendat scripsit, et eam precatur ut quæ visa ipsi verbo revelaverat litteris conscribat, CXCVII, 243.

PHILIPPUS, abbas B. Mariæ Parcensis in Lovaniensi territorio, S. Hildegardi scripsit Montis S. Roberti in Binga abbatissæ, quam laudat et cujus precibus se commendat, sæc. XII, CXCVII, 276.

PHILIPPUS, Coloniensis archiepisc. sæc. XII, floruit. De eo exstat epistola ad S. Hildegardem, cui laudem præstat et consilium petit. CXCVII, 183 ; CC, 10.

PHILIPPUS de Eleemosyna, abbas. Sæc. XII, florebat. Ad D. Thomam Cantuar. scripsit, multa laude digna dicens de magistro Girardo qui videtur hujus negotia tractare et cor regis ei conciliare velle, CXC, 1045.

PHILIPPUS, Burgundiæ dux, *Bonus* dictus, Joannis *Sine pavore* filius et successor, obiit an. 1467. Confirmavit omnes donationes quæ factæ fuerant canonicis S. Mariæ de Salz quatenus dominus Castri an. 1442, CLXXXV, 1439.

PHILOCALUS, de cujus vita, professione, patria et obitu nihil certo constat. De eo superest Kalendarium antiquum, sæc. IV, XIII, 671.

PHILOTHEUS, cujus nomen videtur mutuatum, monachus erat Brixiensis. Natione Italus, metrice scripsit elogium de vita et moribus S. Bernardi Claræval. abbatis, sæc. XII, exeunte, CLXXXV, 551.

PHŒBADIUS (S.), Aginnensis episc. Natione Gallus, patria Aquitanus ad episcopatum evectus est paulo post 350, synodo Ariminensi interfuit Arianorum de causa. Vir fuit pietate et doctrina clarus Arianorumque perfidiæ insectator acerrimus. De ejus scriptis supersunt liber contra Arianos, Tractatus de Filii Dei divinitate et consubstantialitate et libellus *De fide*, an. 392, XX, 10 *et seqq.*

PIBO, episc. Tullensis. Natione Saxo, nobilique prosapia ortus. Antea canonicus in Ecclesia Alberstatensi, deinde eleemosynarii et cancellarii munere cohonestatus in Aula Henrici IV imperatoris. Præsul factus est an. 1107. De eo exstant diplomata, CLVII, 415.

PICUS, Mirandulæ comes, Gibelinorum partibus adhæsit, maximam scientiæ famam consecutus est a teneris. Obiit an. 1494. Testimonium de S. Bernardo Claræval. exstat in ejus scriptis, CLXXXV, 632.

PIPPINUS HERISTALLI, Austrasiæ dux et palatii major, omnem apud se collegit regiam potestatem sicut et filius ejus Carolus Martellus. Ipse et uxor ejus Plectrudis venerabili Beregiso abbati concessere castrum Ambra ut construeret Ecclesiam simul et monasterium, ut fert charta an. 687. Insuper de iisdem exstant quædam alia diplomata, LXXXVIII, 1215, 1219, etc., LXXXIX, 539.

PIPPINUS, Caroli Martelli filius et Carlovingius rex primus. Cum Carlomanno fratre ab initio regnavit. Bellum gessit adversus Wascones qui rebellaverant et an. 768 defunctus est. De eo exstant diplomata, XCVI, 1504 *et seqq.*

PIRMINIUS (S.), episcopus simul et abbas, patria parentibusque derelictis, lumen Evangelii intulit in Austrasiam ; episcopus creatus est, plurima cœnobia fundavit sive restauravit multaque ipse rexit. Obiit an. 758. De eo superest libellus *De libris canonicis*, LXXXIX, 1029.

PISISTRATUS, Athenarum tyrannus. Depulsus et iterum potestati suæ restitutus, floruit an. ante Ch. 560. De eo exstat apud Ambrosium epistola ad Solonem e Græco translata, XVII, 1147.

PITHŒUS (Nicolaus Petrus), illustris jurisconsultus, philologus et poeta. Trecis natus sæculo XVI floruit. Eximium de S. Bernardo præstitit elogium. De eodem habetur fragmentum de comitibus Campaniæ, an. 1596, CLXXXV, 657, 1179.

PITTACUS, sapiens dictus, e Mitylene ortus, Athenas aliquandiu regnavit an. 579 : De eo exstat epistola ad Crœsum Lydiorum regem, XXII, 1149.

PIUS I (S.), papa et martyr Origine Italus Valentini hæresim damnavit, multas sustinuit tribulationes, gladioque vitam finiit an. 150, CXXX, 111.

PLACIDIA GALLA, imperatrix, Theodosii filia, sub nomine Valentiniani ejus filii 35 annos imperii curam gessit. Defuncta est an. 450. De ea exstant epistolæ duæ, una ad Theodosium, altera ad Pulcheriam Aug. LIV, 859, 863

PLACIDUS, cœnobii Nonantulani ordinis S. Benedicti prior, postea ignotæ sedis episc. Anonymus Melicensis

tantum memorat illud cœnobium et suum abbat. Scripsit librum *De honore Ecclesiæ contra investituras et iniquam potestatem Henrici IV*, CLXIII, 614.

PLACIDUS (D.), monachus et diaconus Casinensis. De eo nihil traditum est nisi quod supplementum scripserit libello Petri diaconi *De viris illustribus* monasterii Casinensis; sæc. XII floruit, CLXXIII, 1049.

PLATO, Aristonis filius, inter Græcos philosophos celeberrimus, Academicorum sectæ conditor fuit. Athenis philosophiam edocuit circa an. 347 ante Ch. De eo exstat epistola ad Archytam poetam e Græco Latine translatam apud sanctum Ambrosium. XVII, 1152.

POLEMEUS Ann. Silvius. *Vide* ANNÆUS.

POLIANUS, confessor. *Vide* FELIX.

POLYCARPUS (S.), Smyrnensis episc. et mart. discipulus fuit S. Joannis; sub Marco Aurelio passus est circa an. 166 in provecta ætate. De eo exstant aliquot fragmenta apud Victorem Capuanum, LXVIII, 359.

POMERIUS JULIANUS, presb. Gente Maurus, in Galliam profectus, in civitate Arelat. scholam rhetorices fundavit, demum presbyter ordinatus est, claruit circa an. 498. Ex ejus scriptis solum superest opus de Vita contemplativa, LIX, 411.

POMPEIUS, Justini imperatoris præfectus, ad Hormisdam papam scripsit ut eum de restituta pace in Orientali Ecclesia certum faceret. Circa 519, LXIII, 451.

PONTIANUS (S.), papa. Post Urbani obitum in S. Petri cathedram evectus est; multa passus est pro fide sub Maximino tyranno, et misere interiit in Sardinia quo exsulatus fuerat an. 235. Decreta quædam et epistola ei falso tribuuntur apud Isidor. Mercator. CXXX. 141.

PONTIANUS, episc. Africanus. Florebat sæc. VI, et tantum nobis innotescit per epistolam quam Justiniano scripsit de tribus capitulis, LXVII, 996.

PONTIUS (S.), diaconus Carthaginensis, videtur gente Afer, et sancti Cypriani diaconus, quem secutus est in exsilium. Scripto consignavit acta S. martyris, III, 1477.

PONTIUS, urbis Tolosæ comes, an. 1060, abbatiam Moysiacensem subjecit monasterio Cluniacensi. Charta subscriptionem fert Bernardi Cadurcens. episc. et comitissæ Adalmodis, an. 1060, CLIX, 955.

PONTIUS, Casæ Dei abbas, Concordiam iniit cum Hugone Cluniac. abbate, an. 1096, CLIX, 975.

PONTIUS, Cluniac. abbas, filius Petri Merculiensis comitis, antea Sancti-Pontii monachus, B. Hugoni successit an. 1109 : obiit an. 1125. De eo exstant statuta et præceptiones, CLXVI, 835.

PONTIUS, Claromontensis episc., antea Clarævall. abbas V, floruit circa 1180; in epistola Mauricium Parisiensem et Stephanum Tornac. episcopos interrogavit super validitate baptismi cujusdam in quo verba truncata videbantur, CCXI, 312.

PONTIUS, Vizeliacensis abbas. Sugerio scripsit in gratiam viduæ Roberti medici quondam amici sui et filii ipsius defuncti, sed deest anni mentio, sæc. XII, CLXXXVI, 1418.

POPPO, Trevirensis episc. Claris ex parentibus ortus, antea Bambergensis Ecclesiæ præpositus, favente Henrico II imperatore, evectus est ad sedem Trevirens. quam tenuit 30 annis. Obiit an. 1047. De eo exstat epistola ad Benedictum pap. IX, CXLI, 1402.

POPPO, Metensis episc., Henrici comitis Palatini frater, primum archidiaconus Trevirensis, Burchardo successit an. 1091 in sede episcopali Metensi quam pie strenueque rexit usque ad an. 1103 quo obiit. De eo supersunt epistolæ et nonnulla diplomata, CLV, 1655.

PORPHYRIUS, philosophus Græcus. Origenis scholam primum secutus est, mox ad Apollonium et Photinum transiit, christianam doctrinam impugnavit et circa an. 304 e vivis decessit. De eo quædam exstant fragmenta de arte dialectica et Aristotele inter commentaria Boetii, LXIV, 71.

POSSESSOR, episcopus in Africa. Hormisdam papam consuluit de libro cujusdam Faustini Reiensis episc. in Gallia, qui inter suos scandala et discordias promovebat de libero arbitrio et Dei gratia. Ipsi satisfecit SS. Pontifex circa 520, LXIII, 489.

POSSIDIUS, episcopus Calamensis in Africa. Primum S. Augustini discipulus et familiaris, forte unus fuit e clericis qui apud S. doctorem educabantur et sub regula vivebant. Deinceps ob merita Calamensis factus est episcopus. De eo exstat Vita sancti Augustini, L, 401; XXII, *initio*.

POTAMIUS, episcop. Ulyssiponensis. Floruit IV sæc. Primum fidem vindicavit, postea pro fundi fiscalis præmio quem habere concupiverat fidem prævaricatus est an. 366. Ex eo supersunt tractatus II quorum unus de Lazaro, alterque de martyrio Isaiæ prophetæ et ad sanctum Athanasium epistola, VIII, 1409.

PRIMASIUS, Adrumetanus episc. Gente Afer in Byzacena, unus ex iis qui Constantinopolim missi sunt an. 550 ad res Ecclesiæ Afric. procurandas; subscripsit Vigilii papæ constituto pro tribus capitulis et ideo in carcerem detrusus, demum libertati redditus, Adrumeti mortuus est. Ex eo habentur Commentaria in Epistolas sancti Pauli et in Apocalypsim, LXVIII, 408.

PRISCIANUS, Grammaticus illustris V sæc. Scholam aperuit Constantinopoli celeberrimam, Grammaticæ tractatum tradidit in XVIII libros quorum excerptiones tantum exstant apud Rabanum Maurum, CXI, 613.

PROBUS (Valerius Marcus), Grammaticus. *Vide* VALERIUS.

PROSPER qui epistolam ad Augustinum scripsit de Pelagiana hæresi in Galliis superstite, supra prædestinatione, præveniente gratia, deque præfixo electorum numero, idem omnino videtur esse atque sanctus Prosper Aquitanus. *Vide seqq.*

PROSPER (S.), Aquitanus presb., cujus vita parum innotescit, res theologicas et artes liberales accurate excoluit et in his maxime profuit, ut scriptis suis constat. De eo habentur opera dogmatica exegetica, poetica et historica. Obiit circa an. 450, LI, 10.

PROSPER, ex manichæo ad fidem catholicam conversus. De eo nihil aliud traditum est nisi quod hæresim abjuraverit, ut constat ipsius anathematismis et fidei professione, an. 526, LXV, 23.

PROTADIUS (S.), archiepisc. Vezuntinus. Nobili genere natus, quem veneratione et dilectione valde prosecutus est Clotarius II, qui sæpe consiliis ejus utebatur. An. 612 Nicetio successit in Vezuntina sede, quam tenuit usque ad an. 624. Ex illo superest opusculum liturgicum, LXXX, 410.

PROTERIUS (S.), Alexandrinus patriarcha. An. 454 ad Leonem I pap. scripsit epistolam de die Paschatis, cujus exstat duplex versio, et ex qua constat quod in hac quæstione maxime attendebant antiqui Patres ad jejunium, quod in die Pascha non licebat. Obiit an. 460, LIV, 1084.

PRUDENTIUS, Aurelius Clemens (S.), poeta Christianus. E provincia Tarraconnensi ortus, multa cura edoctus est in scientiis et liberalibus artibus, poeticæ præsertim se dedit. Adhuc juvenis quandoque a via recta ad voluptates declinavit, sed postea hæc dura expiavit pœnitentia. Ex eo non pauca metrica scripta supersunt, an. 348, LIX et LX.

PRUDENTIUS (S.), Trecensis episc. Gente Hispanus, sub rege Alphonso Magno, in Gallias venit, ubi mox ad Trecens. episcopatum evectus est an. 846. Concilio interfuit Parisiensi, Turonensi an. 849, et Suessionensi, an. 855; suam pie strenueque rexit ecclesiam. Ex illo supersunt epistolæ ad Hincmarum et Pardulum de prædestinatione, an. 861, CV, 977 *et seqq.*

PTOLEMÆUS, Romanus consul e Julia stirpe ortus, et Petri Casinensis monachi et diaconi patruus, cum audivisset Petrum nepotem suum a factiosis monachis e monasterio expulsum fuisse, epistolam ad eum transmisit ut ad se veniret et se ei daturum quoddam monasterium regendum; item secum patrem in indigentia versantem adduceret, vitam paulo digniorem acturum, circa 1128, CLXXIII, 465.

PUBLICOLA, Melaniæ et Piniani filius unicus, e senatoria origine, Augustino charissimus fuit, sed magnum inter parentes et amicos luctum injecit ejus inopinata mors; sanctus Paulinus sancto doctori de eo honorifice multa prædicat. Exstat Publicolæ epistola ad Augustin. an. 408, XXXIII, 181, 347.

PUBLIUS VICTOR, de quo silent biographi, auctor est descriptionis urbis Romæ, sæc. IV vel V, XVIII, 435.

PULCHERIA (Ælia), Arcadii et Eudoxiæ filia, sub Theodosio fratre sceptra tenuit. Aliquando eliminata post fratris obitum revocata, Marciani facta est uxor; e vita discessit an. 453, LIV, 905.

PULLUS ROBERTUS. *Vide* ROBERTUS.

PURCHARDUS, monachus Augiæ Divitis, sub florenti Wilgeri magisterio studia absolvit; ipse ingenio et facundia claruit poetaque gravis et egregius factus est. Abbatis sui Wiltgeri res præclare gestas heroico metro cecinit, an. 1003, CXXXIX, 350.

PUSTELLA ANGILBERTUS. *Vide* ANGILBERTUS.

PYTHAGORAS, celebris philosophus et mathematicus. E Samo ortus, multa loca peragravit plurimasque regiones invisit ediscendi studio; scientias et artes quaslibet aggressus est : floruit an. 590 ante Christum. Ipsi tribuitur epistola quædam ad Anaximenem e Græco Latine translatam apud D. Ambrosium, XVII, 1152.

## Q

QUODVULTDEUS, Carthaginensis diaconus. Bis ad D. Augustinum scripsit, ut librum perficeret de omnibus hæresibus quæ ad sua usque tempora pullularunt in Ecclesia. Non confundatur ille cum alio ejusdem nominis, qui ad Donatistas transivit et adversus quem gravissimam tulerat incusationem Petilianus, neque cum alio Quodvultdeo episcopo qui concilio adfuit Carthag. circa 416. Obiit an. 428, XXXIII, 997, 1000.

## R

RABANUS MAURUS, abbas Fuldensis et postmodum archiepisc. Moguntinus. Adhuc puer in Fuldense monast. ingressus est : abbas fuit an. 825, et ad pontific. Mogunt. evectus est an. 847 : obiit autem an. 856. Virtute et eruditione vir clarus, in commentariis Scripturarum maxime incubuit, in quibus solet veteres transcribere. Insuper de eo exstant commentaria, sermones et quorumdam sanctorum vitæ, CVII-CXII.

RACHIO, Argentinensis episc. Ex illo multa habemus documenta ; floruit post medium sæc. XI. Superest inscriptio codicis canones et decreta conciliorum continentis, quem codicem conscribi jussit Rachio an. 788, XCVI, 1030.

RACHISIUS, Langobardorum rex an. 747. Fines nonnullos determinat in decreto spectantes Bobiense monasterium, Idem aliud privilegium concessit in gratiam ecclesiæ Placentinæ, LXXXVII, 1376, 1406.

RADALDUS quidam pietate ductus totam hæreditatem suam tradidit ecclesiæ sive monasterio Wathinensi quod regebat S. Ludgerus et hoc donum fuit tum in terra, tum in silva, sæc. IX, XCIX, 818.

RADBODO, Tornacensis episc. Per epistolam deprecatur Lambertum Arelat. ut vel excommunicet vel excommunicare permittat Anselmum quemdam et ejus dapiferum qui non timuerunt invadere et deprædari monasterium S. Amandi et in monachos manus impias inferre cum atrocibus injuriis ; quæ contigere initio sæc. XII, CLXII, 656.

RADBODUS (S.), Trajectensis episc. insigni enituit pietate, a prima ætate, susceptus in aula Ludovici regis Caroli filii liberales disciplinas didicit. Episcopus factus est an. 899 ; obiit an. 918. De eo exstant sermones, homiliæ et carmina, CXXXIII, 537.

RADBODUS, præpositus Dolensis. Floruit sæc. X, an. 923. Nobis tantum innotescit per epistolam quam ad regem scripsit Adelstanum, CXXXII, 719.

RADBODUS, episcopus, Tornacensis et Noviomensis. Vir scientia et piis moribus apprime laudatus, ad infulas Noviomenses assumptus est an. D. 1068. Simoniæ cum accusatus esset, eo crimine se purgavit ; obiit an. 1098. De eo habentur vitæ, sermones, epistolæ et chartæ, CL, 1494.

RADCHIS, sancti Michaelis abbas in territorio Lucensi, an. 728 chartam edidit qua in eodem munere constituit Waltprandum clericum, et ipsius ducis Walperti filium, LXXXVII, 1371.

RADEGUNDIS (S.), regina Franciæ. Bertarii Tongrensis regis filia, captiva educta, Clotarii Francorum regis uxor facta est, pietate et bonis operibus claruit ; defuncto Clotario in monasterium S. crucis Pictaviense recessit, in quo obiit an. 587. Testamentum sub forma epistolæ ad episcopos direxit exsequendum, LXXII, 651.

RADULFUS ARDENS, presbyter. Patria Pictavus, pietate, zelo et eloquentia maxime enituit circa initium sæc. XII. Guillelmi IV Aquitaniæ ducis concionator fuit. De eo exstant sermones de tempore et sanctis, CLV, 1294.

RADULFUS, presb. Cadonensis, Tancredi familiaris, natus est circa 1080, a teneris educatus est Cadomi sub celeberrimo Arnulfo Normanniæ ducis capellano in Palæstina : obiit an. incerto. Librum scripsit *De gestis Tancredi*, CLV, 494.

RADULFUS, Silgeriarum dominus et uxor ejus Amicia forestam dedere de Savigneio D. Vitali eremitæ ad exstruendum ibi monasterium et in dotem concesserunt eidem monasterio censum annualem mille librarum in terra sua Silgeriarum, an. 112, CCVII, 1163.

RADULFUS, GAUFRIDUS et alii Bituricensis provinciæ barones sanctimonialibus de Ursano remiserunt quasdam consuetudines quæ pedagium vel teloneum dicuntur in præsentia D. Roberti de Arbrissello sub cujus regimine tenebantur an. 1113, CLXII, 1103.

RADULFUS, Tortarius (*de la Tourte*), Floriacensis monachus. Natus est Gennabi in diœcesi Aurissiodorensi circa medium XI sæc. A prima juventute artibus liberalibus imbutus est. Dein sæculo valedicens monachus factus est in Floriac. monasterio, ubi eruditione, doctrina et pietate claruit, an. 1114. Ex illius scriptis exstant relatio miraculorum S. Benedicti soluto sermone et miracula ejusdem sancti metrice scripta, CLX, 1171.

RADULFUS, Cantuar. archiepisc. Circa 1122 ad Calixtum II pap. scripsit querens de injuria sibi et ecclesiæ Cantuar. facta in consecratione Stigandi in archiepisc. Eboracens. qui jam depositus fuerat a sede Wintoniensi, CLXIII, 1341.

RADULFUS, archiepisc. Rhemensis electus an. 1106. Eruditione et facundia præditus studiis bonis deditus pater fuit et institutor tum monachorum tum clericorum, patronus autem et defensor pauperum : obiit an. 1124. De eo exstant epistolæ et diplomata, CLXIII, 1415.

RADULFUS, Viromandensis comes, qui et major senescalcus factus est sub Ludovico Crasso : obiit an. 1131. Quædam exstant de eo litteræ ad Sugerium, qui ei adjunctus fuerat ad regendum regnum dum Ludovicus rex in Palæstinam peregrinaretur, CLXXXVI, 1331,

RADULFUS, comes de Claromonte notum facit se querelam movisse adversus Mauricium Parisiensem episcopum super præbenda quam tenebat Petrus de Monciaco ; ejus autem rogatu quidquid juris sibi competebat tradidisse an. 1169, CCV, 909.

RADULFUS BARBOTINUS, D. Roberto de Arbrissello et Fontis Ebraldi monasterio concessit nemus de Agudella XII ineunte sæc., CLXII, 1117.

RADULFUS de FONTANELLIS, Gaufrido Acu qui dia ei familiariter servierat concessit quamdam vineam secus viam quæ ducit Bethleem et non multum ab Hierosolymis distantem (absque anni nota), CLV. 1215.

RADULPHUS. *Vide* RADULFUS.

RAGENFREDUS, Carnot. episc. Circa 960, plurima reddidit quæ prædecessores sui abstulerant monasterio S. Petri et insuper nova dona contulit, CLV, 219.

RAGINALDUS, Willelmi tertii Trecensis episc. capellanus censum unius auri unciæ remisit eidem episcopo quam susceperat ab ecclesia S. Sepulcr. an. 1171, CLV, 1213

RAIMBALDUS, archiepisc. Arelat. Ex nobili genere ortus sub disciplina S. Isarni se statuit et adeo profecit ut dignus reputatus est qui in cathedram eveheretur Arelatensem an. 1031. Defunctus est an. 1067. De eo supersunt nonnulla diplomata, CXLIII, 1390.

RAIMUNDUS de Curamonta, cum proficisci vellet in terram sanctam cum Raimundo vicecomite Torennensi, prædia quædam oppigneravit monachis Tutelensibus an. 1096, CLV, 483.

RAIMUNDUS Galliæciæ et HENRICUS Portugalliæ comites, ad S. Hugonem Cluniac. abbatem mittunt exemplar amicitiæ inter se initæ et pactorum de partienda successione soceri sui Alphonsi Castellæ regis, XI sæc., CLIX, 944.

RAIMUNDUS, Carducensis vicecomes. Monachus factus est in cœnobio Moissiacensi, cui et concessit duas ecclesias per manus abbati Ansquisitii an. 1101, CLIX, 976.

RAIMUNDUS, Tarraconensis archiepisc. Ad Innocentium III pap. Juramentum misit quod præstitit Raimundus Tolosanus comes ad Ecclesiam rediens catholicam, simul et juramentum comitum Fuscaxensis et Convenarum an. 1213. CCXVI, 845.

RAINALDUS reclusus S. Ragneberti. *Vide* GUIDO de Aranda.

RAINALDUS de Montefalcone, cum citatus fuisset in judicium ob quemdam qui sibi servitium negaverat Sugerio mandavit se paratum esse die competenti ad subeundum judicium secundum Bituricum consuetudines quod evenit per Sugerii gestionem an. 1148, CLXXXVI, 1495.

RAINALDUS quidam presbyter et ecclesiæ Montis Sion minister, vineam suam concessit ad faciendum lacum in communem usum christianorum, et aliam parvam recepit pro ea an. 1176, CLV, 1249.

RAINALDUS de Salmanche et ejus mater Juliana Essarta dederunt in eleemosynam monasterio Fontis Ebraldi quæ possidebant citra vadum de Rolaio (Rolay). Charta hæc aliud donum designat Essartæ illustris hujus matronæ Anomanensis quo mandavit in articulo mortis, ut filius Rainaldus et uxor ejus Corinda, priorem donationem augerent et darent quidquid habebat a capo de Salis usque in fossum de la Guarda, circa initium XII sæc., CLXII, 1106.

RAINALDUS, Lugdunensis episc. qui floruit ineunte sæc. XIII, an. 1213. Declarat se vidisse antiquas chartas, quibus imperator Valentinianus Majorevo cubiculario suo concesserat terras in Helvonensi valle ; eo quod ut fert charta oculo dextro orbari maluisset quam clavem cubiculi imperatoris tradere Arbogasti ejus hosti ; unde huic loco venit Majorevi nomen, CLIII, 956.

RAINALDUS quidam manumisit Constantiam vernaculam suam et in plenam reddidit libertatem, ita ut ire vel agere, libere jam posset (absque anni mentione et ex chartulario Uzersensi in Gallia), CXXXII, 469.

RAINERIUS, Acrimontis dominus, dona patris sui Ulrici sive Odolrici Morimundensibus facta confirmat an. 11 8, CLXXXV, 1443.

RANGERIUS, primum D. Brunonis discipulus, episc., postea factus est Lucensis. E vivis decessit an. 1112. Titulo funebri nomen suum inscripsit, CLII, 556.

RANULFUS de Turri, episcopus ad Gilbertum Foliot London. episcop. misit cum litteris filium Adæ quondam sui et ejus magistri dilectissimi, et ei cum magna instantia commendat in necessitate constitutum, sæc. XII, CXC, 1063.

RATEFRIDUS, cujusdam Guilichisii filius, e Longobardia, regnante Rachisio, monasterium monialium et Xenodochium S. Petri historiensis condidit in quod ejus mater, conjux et filia ingredi queant, si velint, juxta chartarum tenorem an. 748.

RATHERIUS, episc. Veronens. Notus tum diversis vitæ calamitatibus tum eruditione, floruit x sæc. Puer oblatus est monasterio Lobiensi ubi educatus est et studiis exercitatus, inde assumptus est in Veronens. episc. an. 916, ter sede sua ejectus et ter redintegratus, obiit an. 974. De eo exstant Præloquiorum libri sex, opuscula, epistolæ, confessio et sermones, CXXXVI, 9.

RATPERTUS, Sangallensis monachus, Tiguro ortus, a puero magistros sortitus est Marcellum et Isonem viros hujus ævi nominatissimos; ipse posthac præfectus hujus monasterii scholis indefesso studio litteris incubuit. Obiit an. 900. De eo supersunt liber de casibus monasterii S. Galli, variaque poemata, CXXVI, 1055.

RATPODUS comes, regnante Ludovico Pio, donationem perfecit monasterio S. Emmerammi eorum quæ possidebat ad Tullinam, an. 837, CXXIX, 953.

RATRAMNUS, Corbeiensis monachus ord. S. Bened. quem conjiciunt præpositum fuisse cœnobio Orbacensi in Suessionensi diœcesi. De eo exstant scripta dogmatica. Videtur obiisse circa an. 868, CXXI, 9.

RAUBACUS seu RORACIUS, Nivernensis episc. concilio Cabilonensi interfuit an. 647 sub Clodovæo II Dagoberti filio. De eo exstat epistola ad S. Desiderium Cadurc. episc., LXXXVII, 259.

RAVENNIUS, Arelatensis episc. Acceptis a Leone I pap. litteris, omnes Galliarum episcopos in concilio convocavit an. 452, ut super Orientis negotia pronuntiarent; quo facto, epistolam synodicam ad S. Leonem transmisit, LIV, 966.

RAYMUNDUS, Tolosanus comes multas terras concessit et mancipia ad fundationem Vabrensis abbatiæ an. 846, CXXXII, 785.

RAYMUNDUS de Agiles, canonicus Podiensis et episcopi sui capellanus. Antea Tolosanus comes, in Palæstinam profectus est ubi et defunctus est. De eo superest historia expeditionis Hierosolymitanæ, an. 1096, CLV, 591.

RAYMUNDUS ARNALLI, S. Victoris Massiliensis monachus. De ejus ortu, patria et obitu nihil certi constat. Epistolam scripsit ad abbatem suum Bernardum, sæc. XI, CLI, 659.

RAYMUNDUS IV, S. Ægidii et Tolosæ comes, Guillelmo successit, arma sumpsit adversus Turcas in bello sacro et post victoriam sceptrum sibi oblatum recusavit. Obiit an. 1112. De eo exstant epistolæ et charta pro monasterio S. Victoris Massiliensis, CLV, 390, 483, 1184.

RAYMUNDUS, Tripolitanus comes, Raymundi S. Ægidii filius, et uxor ejus Hodierna regis Jerusalem filia, plurima concessere diplomata in gratiam Willelmi S. Sepulcri prioris, circa 1144, CLV, 1191 *et seqq.*

RAYMUNDUS, Hospitalis Jerusalem custos, subditos monet ne quidquam e rebus susceptis a congregatione distrahatur, sed ad pauperum inopiam sublevandam impendatur juxta benefactorum piam intentionem (absque rubrica), sæc. XII, CLV, 1257.

RAYMUNDUS, Tolosanus comes, Narbonnensis dux et marchio Provinciæ et filius ejus Raymundus, pessimæ adhæserant hæresi Albigensium; vi armorum redacti ad resipiscentiam rediere, et abjurato errore fidelitatis juramentum præstant D. Papæ et S. Romanæ Ecclesiæ an. 1213, CCXVI, 815.

RAYMUNDUS, Aquileiensis patriarcha. Statutum fecit pro emptione domorum ad vitam communem canonicorum Utinensium an. 1278, ubi quædam de ipsorum victu definiuntur. Alia ejusdem exstat charta de singulari designatione fori in medio campi, XCIX, 649, 652.

RAYNALDUS, Vezeliacensis primum abbas, postmodum Lugdunensis archiepisc. Ad Petrum Venerab. Cluniac. abbat. et ejus fratrem epistolam scripsit indulgentiam ab eo flagitans pro quodam monacho rebelli, nomine Philippo, an. 1125, CLXXXIX, 471.

RAYNARDUS, Montis Barri castri dominus, S. Bernardi avunculus, Waldricus monachus et Milo conversus fundaverunt abbatiam B. Mariæ Fonteneti, vivente S. Bernardo Clarævall. abbate, sæc. XII, CLXXXV, 1461.

RECCAREDUS, Wisigothorum rex, cognomine *Catholicus* patri suo Leuwigildo successit; fidem amplexus est christianam ad quam subditos adducere conatus est; pertinet ad finem sæculi VI. De eo habetur edictum de confirmatione concilii Toletani, LXXII, 1122.

RECESVINTHUS, Gothorum rex, Chindaswinthi successor, obiit circa an. 655. Hujus duæ exstant epistolæ apud S. Braulionem, LXXX, 685.

RECHO quidam ad partes schismaticorum pertinens, cum objecta afferret ad Bertholdum, hic quæque refellit. Quæ disputatio viguit an. 1080, CXLVIII, 1281.

RIGINALDUS, FOLCHARDUS, etc., agrum donant ad constructionem ecclesiæ; quod actum est Withmundi an. 805 sub Caroli Magni imperio, XCIX, 800.

REGINALDUS, seu REGINO, archiepisc. Montis Regalis in Sicilia an. 1198. Innocentium III monet quid actum sit in missione pro qua delegatus fuerat una cum Panormitano et Russanensi episcopis, CCXIV, 369.

REGINALDUS de Pellento terram quamdam monasterio Fontis Ebraldi concessit per manus Roberti de Arbrissello quatuor bobus sufficientem. Eadem charta fert ambos fratres Calonem et Hugonem, dum adhuc viverent, dedisse eidem monasterio eamdem terræ quantitatem, et præterea prata et silvæ portionem, sæc. XII, CLXII, 1116.

REGINO, Prumiensis abbas. Ex nobilibus parentibus, Altrepii natus, monasterii Prumiensis in Arduennis abbas factus est, an. 892. Sed ob invidiam quorumdam eo munere destitutus, recessit in monasterium S. Maximini juxta Treviros, ubi defunctus est. Scripsit Chronicon, librum de ecclesiasticis disciplinis et alium de harmonica institutione, an. 915, CXXXII, 9.

REIMBOLDUS, præpositus Leodiensis. Leodio oriundus inter canonicos ejusdem urbis susceptus est an. 1117, dignitatem decani assecutus est an. 1144. Obiit juxta quosdam an. 1147. De eo exstant epistolæ, CLXII, 755.

REINALDUS I, Rhemensis archiepisc., thesaurarius S. Martini Turonensis. Illustri stirpe ortus, sed propriis dotibus illustrior, culmen honoris episcopalis in Galliis adeptus est an. 1080. Obiit an. 1095. Ex eo supersunt epistolæ XI, CL, 1382.

REINARDUS, Reinchusensis abbas, quondam Wibaldi magister, obiit an. 1150 sanctitate clarus. De eo epistola exstat ad Wibaldum, Corbeiensem abbat. an. 1147, CLXXXIX, 1150.

REINARDUS, Cisterciensis abbas. Filius fuit Milonis comitis Barri super Sequanam; primum monachus fuit Clarævallensis, an. 1140. Petrum Abelardum reconciliavit cum S. Bernardo. Eodem an. Innocentio II papa scripsit adversus monachos Vizeliacenses in gratiam Humberti Æduensis episc. Obiit an. 1151. De eo supersunt instituta capituli generalis et præfata epistola ad Innocent. II, CLXXXI, 1724.

REINERUS, monachus S. Laurentii Leodiensis. De eo nonnisi obscura traduntur documenta; vir excellenti ac pereleganti ingenio fuit; multa scripta reliquit tum soluta, tum metrica oratione, an. 1182, CLV, 9.

REINHARDUS, Halberstatensis episc. Floruit ineunte XII sæc. Duas scripsit Paschali II papæ epist.; in priori confirmationem petit decimarum ecclesiæ suæ; in posteriori, cum ab officio suspensus fuisset absolutionem a summo Pontifice humiliter rogat, an. 1107, CLXIII, 459.

REMBERTUS (S.), Hamburg. episc. In Flandria juxta Brugas natus est IX sæc. an. 888. Valde commendabilis tum doctrina, tum pietate, ad infulas episcopales assumptus est ut regeret Hamburg. ecclesiam. Vitam scripsit S. Anscharii sui prædecessoris, CXVIII, 959.

REMIGIUS (S.), Rhemensis episc. Egregiæ scientiæ ac rhetoricis studiis apprime imbutus, Clodovæum I, Francorum regem baptizavit. De eo magnum facit elogium Gregorius Turonensis. De eo habentur epistolæ tres et testamentum. Obiit an. 533, LXV, 961.

REMIGIUS, Argentinensis episc. De eo exstat testamentum quo monasteria Aschoviæ et Werthæ donat ad ecclesiam Argentinensem die 15 Martii an. 778; hujus chartæ formula juxta leges Romanas exprimitur, XCVI, 1582.

REMIGIUS, Curiensis episc. in Rhetia floruisse videtur ab an. 813 ad 830. Varios canones decrevit pro sua diœcesi, CII, 1093.

REMIGIUS (S.), Lugdunensis episc. De cujus nativitate tacent biographi; magnus fuit eleemosynarius impe-

ratoris Lotharii et post mortem Amolonis promotus est an. 852 ad sedem Lugdunensem. In omnibus sese præbuit rebus ecclesiasticis apprime imbutum. De eo habentur: liber de tribus epistolis, alii duo libelli de generali damnatione per Adam et de tenenda Scripturarum veritate, CXXI, 986.

REMIGIUS, monachus S. Germani Antissiodorensis ordinis S. Benedicti. Ortus est, ut creduut, in Burgundia paulo ante medium IX sæc. an. 908. Primum scholam tenuit Rhemis quam ei commiserat archiepisc. Fulco et discipulum habuit Odonem qui factus est Cluniac. abbas. Ex illo supersunt opera exegetica, tractatus de ecclesiæ dedicatione, homiliæ et epistolæ, CXXXI, 49.

RENALLUS, magister sedis Barcinonensis. De eo nihil comperimus apud historicos scriptores. Versus peregit de corpore Christi in sacramento Eucharistiæ quod opus videtur scriptum fuisse adversus errores Berengarii Turonensis an. 1080, CXLVII, 599.

REOLUS, Rhemensis episc. Villam Gangiacum concessit Berachario qui eam postulaverat ut ibi puellarum monasterium exstrueret, et facultatem simul tribuit in futurum Altumvillare monasterium repetendi, si opus sit, an. 686, LXXXVIII, 1212.

REPARATUS, episcopus primæ sedis Mauritaniæ in Africa, unus e tribus qui ad Theodorum papam scripserunt, super Pyrrho qui e sede Constantinop. depositus in Africam venerat, an. 648, LXXXVII, 81.

RHETICIUS, Augustodunensis episc. E nobili prosapia ortus, vinculis matrimonii constrictus, de uxoris consensu continentiam vovit et ordines sacros suscepit; mox ad episcopatum evectus est Æduensem, magnamque obtinuit auctoritatem in negotiis dirimendis, præsertim in negotio Donatistarum quod judicare debuit cum Materno coloniensi et Marino Arelatensi episcopis de jussu Constantini Magni; illi tribuitur commentarium in Canticum cantic., sæc. IV, VI, 45.

RICHARDUS, Floriacensis abbas. Juxta Mabillonium cellæ Patricencis primum præpositus est, deinde in Floriacensem abbat. electus est, et eo procurante, bis concrematum illud monasterium intra spatium trium annorum fuit a fundamentis denuo constructum. Obiit an. 979, CXXXVI, 1302.

RICHARDUS II, *Bonus* dictus, Normanniæ dux, Richardi I filius et successor, Roberti II regis fidelis amicus, an. 1027 mortuus est. De eo exstat diploma quo omnia dona patris sui monasterio Beccensi confirmat, CI., 579.

RICHARDUS, Bituric. archiepiscopus. De eo duplex exstat charta, alia de dedicatione Wipplensis ecclesiæ, alia de fisco presbyterali, ecclesiæ Lanatico sub Philippo Francorum rege, sæc. XI, CXXXII, 475.

RICHARDUS de Dumellis, Pratellensis cœnobii, quod fundatum est an. 1057, abbas in diœcesi Lexoviensi. Commentarium scripsit in Genesim cujus exstant solum fragmenta. Obiit an. 1100, CLV, 1630.

RICHARDUS, cardinalis Narbonensis archiepisc. Nobili prosapia ortus, vitam amplexus est monasticam in cœnobio S. Victoris Massiliensis cujus factus est abbas, post mortem Bernardi fratris sui, cum jam cardinalium purpura decoratus esset. Postea evectus est ad archiepiscopat. Narbon. an. 1106, quem tenuit usque ad an. 1121, quo obiit. Ex eo supersunt epistolæ, diplomata et narratio vexationum quas ab Americo passus est, CLXII, 1594.

RICHARDUS DE FURNELLIS, abbas Pratellensis. Gente Normannus, a puero institutus est in monasterio S. Vigoris prope Bajocum sub abbate Roberto. Mortuo Gaufrido Pratellensi abbate, ad regimen illius abbatiæ electus est an. 1101, Vir fuit eximiæ pietatis et non mediocris scientiæ, pro tempore. De eo exstat prologus in Leviticum ad Anselmum Cantuariens. an. 1131, CLXVI, 1358.

RICHARDUS, et PAGANUS de Villa fratres dederunt monasterio Claræ-vallensi quidquid habebant ab Airablo usque in Albam versus Claramvallem. de consensu matris suæ Beatricis an. 1147, CLXXXV, 987.

RICHARDUS DE HAYA et ejus uxor Mathildis an. 1154, fundaverunt monasterium in hæreditatis suæ loco qui dicitur Blanca Landa, in honorem B. Mariæ Virginis et S. Nicolai confessoris, per manum Richardi Constantiensis episcopi, quam donationem confirmavit Henricus II Anglorum rex an. 1157. CCVII, 1165.

RICHARDUS, Constantiensis episc., confirmavit concordiam quæ facta fuerat, inter Petrum Cluniac. abbatem et monachos Montis Burgi super ecclesiam Morsalinarum, circa 1158, CLXXXIX, 1071, 1072.

RICHARDUS, DE GRANDI SILVA diœcesis Tolosanæ, monachus ordinis Cisterciensis, theologus et poeta non ignobilis fuit. Circa an. 1160 carmen scripsit de laude Claravallensis cœnobii, CLXXXV, 1563.

RICHARDUS, Bristoliensis abbas qui XII sæc. an. 1170, florebat; ad Ervisium S. Victoris priorem scripsit, laudans hujus monasterii sanctitatem agitque gratias de impensis fratri suo beneficiis, CXCVI, 1386.

RICHARDUS a S. Victore. Natione Scotus sub Gilduino abbate receptus est et professus; sub magistro Hugone litteris ediscendis incubuit et valde profuit. Prior factus est, an. 1159, post Nantherum. Obiit, an. 1175, multa relinquens scripta præsertim ascetica, CXCVI, 9.

RICHARDUS I, Anglorum rex, Henrici II filius et successor. Ab initio patri restitit; postea in Orientem profectus est ubi armis claruit; sed mox inde reversus, captivus retentus a Saxoniæ duce, pecunia tantum libertatem redemit. Obiit, an. 1199. De eo exstat epistola ad Clement. papam III, de pace facta inter ipsum et Tancredum regem, CCIV, 1505.

RICHARDUS, Pictaviensis archidiaconus, XII sæc. floruit. Romam adiit super controversia D. Thomæ Cantuar cum Henrico rege, et cum multi Anglorum jam excommunicatione seu interdicto ligarentur; rationem dat quomodo apud papam suscepti fuerant nuntii regis, et istius quis fuerit stupor cum rumor de interfectione D. Thomæ jam irrepserit, CXC, 1036.

RICHARDUS, Cardinalis, apostolicæ sedis legatus et Albanensis episc. Roberto Flandriæ comiti scripsit se in maxima habere reverentia Lambertum Atrebat. episc. Idcirco, hunc hortatur ut tanquam excommunicatum habeat quemdam clericum nomine Robertum qui vivebat cum vidua quadam et rebellabat adversus proprium episc., XII sæculo ineunte, CLXII, 679, 687.

RICHARDUS, abbas Sprinckirsbacensis. sæculo XII floruit. Curæ pastoralis pertæsus sanctam Hildegardem consulit utrum eam retinere vel objicere debeat, CXCVII, 296.

RICHARDUS, Cantuar. archiepisc. Floruit XII sæc. Abbatem Malmesbur. accusat quod se ab obedientia sui episcopi subtraxerit, CC, 1456.

RICHARDUS, de Fontanis dominus, tutor factus filiarum fratris sui Joannis, pro quibus homagium facit Burgundiæ duci omnium quæ possidebant, an. 1366, CLXXXV, 1503.

RICHERUS, S. Remigii Rhemensis extra muros monachus. Patrem habuit Rodulfum Ludovici Transmarini regis militem et consiliarium, sub egregio magistro Gerberto litteris imbutus est. Obiit, an. 990: Libros IV historiarum scripsit, CXXXVIII, 19.

RICULFUS, Suessionensis episc. Synodo Rhemensi interfuit, an. 893; Herveum Rhemensem archiepisc. consecravit, an. 900, in Synodo Rhemensi, an. 900, in qua excommunicavit homines. Balduini Flandriæ comitis qui archiepiscopum Falconem interfecerunt. Obiisse creditur, an. 902. De eo supersunt statuta, CXXXI, 14.

RICULFUS, Helenensis episc. Hujus exstat testamentum, an. 915, quo legavit ecclesiæ S. Eulaliæ metropoli ecclesiarum Russilonensium plurima eorum quæ acquisierat, CXXXII, 468.

RIGOBERTUS, forte abbas Sithivensis monasterii, quasdam vendidit villas Erkembodo Tarvanensi episcopo in pagis Tarvanensi et Pontivo sitas, an. 723, quod actum est in monasterio Sithia sub Theodorico IV rege, LXXXVIII, 1279; CXXXVI, 1205.

RIHPALDUS, abbas S. Emmerammi et ejus amita plurima dona eidem contulerunt monasterio, sed ea nepotes sui postea retinuerunt, jus hæreditatis allegantes, hinc eos citavit ante comitem episcopus, et lege coacti, omnia monachis reddiderunt; sed episcopus clementer agens hæc eadem ipsis dimisit possidenda quandiu viverent, et cum modico censu quotannis persolvendo. (Absque anni mentione.) Sæc. IX, CXXIX, 929.

RILINDIS, Hohenburgensis abbatissa, tum virtutibus tum litteris ornatissima, latinam linguam eximie edocta, tantam famam pietatis obtinuit ut imperator Fredericus *Barba rufa* dictus ipsi reformandum commisit Hohenburgense monasterium; quod a pristina disciplina declinaverat. De illa exstant nonnulla carmina, an. 1169, CXCIV, 1534.

RIQUINUS, provisor Tullensis, cellam donavit Frondonensem, Pontio Cluniac. abbati, in synodo generali, quæ habita est an. 1111 in ecclesia S. Stephani, CLXVI, 849.

RISO, presbyter olim Bohemundi principis capellanus, domos quasdam quas in Antiochia possidebat simul et pomerium dono contulit capitulo Domini sepulcri, omnibus speciatim designatis, an. 1138 CLV, 1183.

ROBERTUS, episcop. Metens. Ex nobili Alemannorum genere ortus est. In cœnobio S. Galli litteras eum edocuit Notkerus; et ob eximias dotes ad infulas episcopales pro-

motus est, a Rathodo metropolitano consecratus an. 883. Ex eo supersunt epistolæ et diplomata. Obiit an. 916, CXXXII, 530

ROBERTUS PIUS, cognomine, Francorum rex, Hugonis Capeti filius et successor, rex fuit mansuetus et non mediocriter litteratus ac religiosus; præceptorem habuit Gerbertum, qui postea episcopus creatus est Rhemensis; obiit an. 1031. De eo exstant epistolæ, hymni et diplomata, CXLI, 935.

ROBERTUS de Tumbalena, abbas S. Vigoris. Natione Gallus primum monachus fuit S. Michaelis in Periculo Maris, postea ab Odone Bayocensi episcopo abbas factus est S. Vigoris an. 1087. Patrono autem ejus in carcerem injecto monasterii sui regimen abdicavit, Romamque adiit, ubi benigne a Gregorio VII exceptus est. Commentaria scripsit in Cantic. cantic. et epistolam ad monachos de Monte S. Michaelis. Obiit an. 1093, CL, 1362.

ROBERTUS, monachus S. Rhemigii in diœcesi Remensi ord. S. Bened. vir in divinis Scripturis valde versatus et litterarum humaniorum non ignarus. Concilio Claromontano interfuit. Scripsit Hierosolymitanam historiam an. 1095, CLV, 667.

ROBERTUS II, Flandriæ comes, Roberti I filius, crucem sumpsit, et in bello sacro gestis claruit. Regiam dignitatem in Oriente recusavit. Inde reversus ducatus sui renes iterum sumpsit. Obiit an. 1108, CLV, 390.

ROBERTUS de Arbrissello, ex pago Rhedonensi et villa quæ *Arbrissellus* nuncupatur, ortus est circa an. 1050. A primis annis sese exercuit liberalibus studiis, sed postea in eremum se recepit et contemplationi totum se dedit : monasterium feminarum Fontis Ebraldi fundavit. Obiit an. 1117. Ex eo habentur Regula sanctimonialium Fontis Ebraldi, præcepta recte vivendi et diplomata, CLXII, 1018.

ROBERTUS II, Nortmanniæ comes, Guillelmi Conquestoris filius, adversus patrem ducatum Nortmanniæ sibi denegantem rebellavit : inter crucesignatos armis claruit apud Antiochiam et Jerusalem. Postea reversus frustra cum Henrico fratre de imperio decertavit; in vinculis obiit an. 1134. Quasdam epistolas scripsit, CLV, 390.

ROBERTUS, Herefordiensis episc. Sugerio respondit se, essi libertatis debitorem, nonnisi modica posse transmittere et precibus potius quam nummis paratum eum adjuvare. Circa an. 1148, CLXXXVI, 1359. Vide insuper, CXC, 1019.

ROBERTUS, decanus ecclesiæ B. Mariæ Carnot. Ad Sugerium vices regis gerentem querimoniam direxit adversus Hugonem de Bretiniaco et Ebrardum vicecomitem, circa an. 1148, CLXXXVI, 1356, 1401.

ROBERTUS, decanus Stabulensis. Wibaldum quondam hujus cœnobii abbatem nunc vero Corbeiensem gratulatur de reditu suo ab itinere, an. 1148, CLXXXIX, 1155.

ROBERTUS, Exoniensis episcopus. Cum indigne ferret vitam inordinatam Hugonis de Cotes canonici ad Eugenium III pp. scripsit ut ad ejus reprimenda scandala sua utatur potestate an. 1153, CLXXX, 1640.

ROBERTUS PULLUS seu PULLANUS, cancellarius apostolicæ sedis et cardinalis in omni sapientia et doctrina vir exercitatissimus. E Britannia ortus a teneris studio incubuit philosophiæ, et dignitatem episcopalem quam ei obtulit Henricus rex recusavit. Victum et vestitum habens, his contentus fuit. De eo supersunt libri VIII sententiarum, an. 1153, CLXXXVI, 633.

ROBERTUS PORCARIUS, de Mahumeria, pago Syriæ, se et omnia sua tradidit canonicis S. Sepulcri an. 1155, CLV, 1225.

ROBERTUS, Legecestriensis comes, florebat circa 1180. Ad papam scripsit epistolam et ipsius protectionem pro monasterio Syrensi petiit, CC, 1390.

ROBERTUS DE TORINNEIO, Montis S. Michaelis abbas. Primum professus est in monasterio Beccensi an. 1149. Obiit an. 1186. De eo exstant liber de gestis Henrici I Francorum regis, aliaque opuscula, CCII, 1305.

ROBERTUS, S. Germani a Pratis abbas. Conventionem subscripsit cum Mauricio Parisiensi episcopo qua iste ancillam suam in uxorem tradit Roberto S. Germani mancipio, et idem monasterium episcopo, ancillam Emelinam tradit in uxorem Guarino homini suo, an. 1194, CCV, 914.

ROBERTUS, Peronensis dominus et ejus uxor Lamberto episcopo scripserunt epistolam. Ineunte XII sæc., CLXII, 653.

ROBERTUS, Flandriæ comes, Lambertum Atrebat., per epistolam monet se hominium fecisse imperatori Teutonico, propter pacis bonum, salva tamen dignitate sua et pontifici Romano obedientia; XII sæc. floruit, CLXII, 676.

ROBERTUS, Nannetensis episc., Epistolam scripsit ad Lambertum Atrebatensem episc. Sæc. XII, CLXII, 695.

ROBERTUS FENARDUS, Fulcoi filius, confirmat donationem patris monasterio Fontis Ebraldi. Sæc. XII, CLXII, 1113.

ROBERTUS DE BLODO, per dominum Robertum de Arbrissello consuetudines quasdam monasterio Fontis Ebraldi concessit, sæc. XII, CLXII, 1116.

ROBERTUS, monachus forte Cisterciensis sive Claræval. De eo exstat pulcherrima ad Petrum Pictaviensem monachum ordinis eremitarum epistola. Sæc. XII, CLXXXIX, 361.

ROBERTUS PAULULUS, cui tribuitur tractatus de cæremoniis, sacramentis et variis Ecclesiæ officiis, inter opera B. Hugonis a S. Victore editus, forte idem est ac Robertus Pullus (*vide supra*), an. incerto, CLXXVII, 581.

ROBERTUS, Retenensis in Anglia, postea archidiaconus Papilonensis, transtulit Librum legis Saracenorum, seu Alcoran, cui præfationem præposuit, sæc. XII, CLXXIX, 657.

ROBERTUS, S. Sedis legatus et cardinalis presb. Innocentio III, papa scripsit super celebri placito quod Erardus et ejus uxor Philippo Theobaldo Campaniæ comiti intentaverunt de re hæreditaria circa an. 1215, CXVI, 379.

ROBERTUS, Capellæ dux, notum facit quod Calo miles et ejus frater Otheninus terras quasdam et immunitates dederunt sanctimonialibus S. Mariæ de Prasluno an. 1232, CLXXXV, 1425.

ROBERTUS de BRUS, dominus Vallis Anandi an. 1273, concessit monachis Claravallensibus totam terram de Ostricost. ab ipsis quiete possidendam, ut in perpetuum accendatur luminare ad altare S. Malachiæ abbatis, CLXXXV, 1739.

ROBERTUS, filius Guidonis de Dampetra, Flandriensis comes, papam Bonifacium VIII adiit pro patre suo cui postea scripsit quæcunque gessit, Gallico sermone hujus temporis, an. 1297, CLXXXV, 1867, 1876.

RODBERTUS, Rotomag. archiep. De consensu aliorum quorumdam episcoporum. ecclesiam de Fontinido liberam effecit an. 1033, ab omni onere erga se et successores; quæ ecclesia ad monasterium S. Petri Carnot. pertinebat. (*Vide* ARNULFUS abbas Carnot.), CLV, 268.

RODBERTUS, Guillelmi filius et uxor ejus Adelina, precibus Guarini abbatis S. Petri Carnot. huic monasterio concesserunt terram in Brogilo Amari sitam quæ centum Aripennos complectitur pro censu annuali trium solidorum, an. 1080, CLV, 289.

RODERICUS Petri, villam quamdam Passerelle nuncupatam concessit capitulo S. Sepulcri Hierosolymitani, cum 31 casalibus an. 1138, CLV, 1180.

RODHMUNDUS, Augustodun. episc., confirmat traditionem Capellæ centissæ ab Udalmanno decano, Raduldo abbate et Almaro archidiacono ad duos fratres clericos Gerardum et Wichardum, sæc. IX, CXXXII, 472.

RODINUS multa dona contulit Sithivensi monasterio, ea conditione ut monachi pro se et Ava uxore sua et filiis precationes ad Deum funderent, an. 883, CXXXVI, 1251.

RODULFUS I, Germaniæ imp. et monarchiæ Austriorum conditor. E Domo Hasburgensi ortus, nobilibus restitit, urbes et vicos protexit, an. 1290 obiit, et successorem habuit Adolphium Nassaviensem. De illo habentur epistolarum libri III, XCVIII, 661, 701.

RODULFUS, Bituricensis episcopus. Ex nobili et antiqua stirpe natus, præesse cœpit metropoli Biturigarum circa 840 et ecclesiam hanc rexit usque ad 868 quo obiisse creditur. De eo exstant capitula, CXIX, 703.

RODULFUS, abbatiam suscepit Sithivensem eod. anno quo archiepiscopus factus est Folco scilicet an. 893. Quasdam commutationes peregit cum Odgrino quodam an. 887 in Sithivensi monasterio. Obiit an. 892. CXXXVI, 1252.

RODULFUS III, Burgundiæ rex, *Pacificus* dictus. Cum subditos continere non valeret, coronam remisit Henrico II imperatori. Apud Lausannam mortuus est an. 1032. De eo exstant diplomata, CXLII, 1039, 1041; CLI, 1021.

RODULFUS GLABER, Cluniacensis monach. In Burgundia natus dictus est Glaber, id est Calvus; adhuc puer susceptus est in cœnobio S. Leodegarii a Capellis dicto. Litteras celeriter didicit; sed quia erat animo levi et turbulento a fratribus expulsus est, et ultimis vitæ annis apud Cluniacum se recepit, ibi diem supremum obiit an. 1049. De eo supersunt libri V historiarum et Vita S. Guillelmi abbat., CXLII, 719.

RODULFUS, cum per iniquam invasionem villam possideret de Ermenteriis, hanc ipsam reddidit monasterio S. Petri Carnot. De quo exstat alia consimilis charta ubi Rodulfus vocatur Roscelinus, sed lector ipse conferat, an. 1070, CLV, 276, 288.

RODULFUS, monachus Cluniac. Petri venerab. discipulus et in ejus peregrinationibus comes, vitam ejus conscripsit, ea narrans quorum magna ex parte testis fuit, circa 1160, CLXXIX, 15.

RODWALDUS quidam omnia bona sua contulit mona-

sterio Sithivensi ea conditione ut filius suus Meginfridus victum et vestitum obtineat in eodem monasterio quandiu vixerit, an. 864, CXXXVI, 1240.

ROGERIUS, jurisconsultus, juxta quosdam Frigerius. Natione Italus in jurisprudentia peritus, summam sive compendium juris compilavit, sæc. XI, CXLVI, 1486.

ROGERIUS, Beccensis monachus. Natione Normannus, a puero se totum Deo dicavit in abbatia Beccensi, sub reg. Bened. Litteras et præsertim poesim excoluit. De eo habemus carmen de mundi contemptu inter scripta S. Anselmi, CL, 1431.

ROGERIUS, comes Fuxensis et uxor ejus Amica, sæc. XI, concesserunt locum S. Saturnini Frodelatensis monasticis institutis informandum, S. Hugoni Cluniac. abbati, CLIX, 940.

ROGERIUS, Ramathensis episcopus, cum consensu capituli S. Georgii plures concessit casales fratribus S. Sepulcri an. 1136, CLV, 1171.

ROGERIUS de Esclantia et ejus filii Hildricus et Hugo donaverunt monasterio Clarævallensi quidquid monachi exaraverant in Bosco et Acuvilla, an. 1147, CLXXXV, 991

ROGERIUS II, primus Siciliæ rex. Ad Sugerium scripsit eum rogans ut vicem rependens de statu suo ipsum per commeantes sæpius certiorem faciat, circa 1149. CLXXXVI, 1415.

ROGERIUS de Pontiniaco monachus, adhæsit S. Thomæ Cantuar., dum exsul versaretur in Pontiniacensi monasterio, et ejus vitam postea conscripsit, an. 1175, CXC, 53.

ROGERIUS quondam prior S. Abrahæ, ad Gaufridum S. Barbaræ subpriorem in Neustria epistolam scripsit de Spirituali profectu : exeunte sæc. XII an. 1199, CCV, 831.

ROGERIUS, Wigorniensis episc. Sæculo XII, et B. Thomæ Cantuar. temporibus vixit; post cujus occisionem ad capitulum scripsit Cantuar. incertus utrum suæ diœcesis ecclesiæ interdicto subjacerent, CXC, 1040.

ROGERIUS seu Robertus, monasterii S. Evurtii Aurelian. abbas, Ervisio S. Victoris Parisiensis priori scripsit, se excusans quod ad eum non venerit, illique commendavit sui monasterii negotia, sæc, XII, CXCVI, 1386.

ROGERIUS, Fuxensis comes qui comitem Raymundum in hæresim secutus fuerat et eamdem cum eo sortem habuerat, dedit fidei professionem qua omni renuntiabat errori, an. 1213, CCXVI, 847.

ROGERIUS, comes de S. Paulo et ejus uxor Haduis monasterio Fiscamnensi donavere abbatiam S. Bertæ Blangiacensis (absque nota temporis), CXLVII, 475 not.

ROGERIUS, Croïlandiæ in Anglia monachus, auctor est epistolæ seu prologi super vitam S. Thomæ Cantuar., sæc. XIII, CXC, 259.

ROGERIUS, Bituric. archiepisc. Ab illo facta est translatio corporis S. Odilonis an. 1345, cum concursu totius congregationis Cluniacensis in ecclesia Silviniacensi ejusdem monasterii. De quo litteras dedit cum quibusdam privilegiis, CXLII, 1047.

ROGERIUS, monasterii Fossatens. abbas, manumisit mancipium Garnerium de domibus, Dodæ filium cum omni familia sua et possessione, an. 1168, CCV, 908.

ROGERUS, S. Evurtii Aurelianens. abbas, forte idem ac supracitatus Rogerius. De eo pauca ferunt auctores biographi : primus invenisse creditur S. Evurtii corpus. Ex illo habetur revelatio quam transmisit ad monachos S. Audoeni. an. 1182, CXCIX, 1125.

*Vide supra* ROGERIUS S. Evurtii abbas.

ROGERUS, Eboracensis archiepisc. Floruit sæc. XII, sub Alexandro III, cui olim scripsit sicut et Hugoni Dulnelmensi episc. CXC, 1006.

ROHINGUS sive RAUCHINGUS et ejus uxor Rebelina ecclesiam SS. Petri et Pauli in veteri oppido Antverpiensi sitam donavere S. Wilibrordo Trajectensi episc. et monasterii Epternacensis abbati an. 726 : Quod actum est in Weimodi Castello, LXXXIX, 553.

ROLANDUS, primum subdiaconus Romanus, deinde episcopus electus Dolensis, et Silvanus Rivallensis abbas. S. Sedis legati, apud Lucium III pap. rationem reddunt de negotio episcopatus S. Andreæ in Scotia, an. 1182, CCI, 1379.

ROMANUS papa. Patria Gallesianus, e Constantino patre natus, electus est an. 900; sed paucos tantum sedit menses. Acta Stephani VI pap. adversus Formosum prædecessorem suum plane improbavit, et ipse Ludovico Bosonis filio coronam imposuit. Ex illo supersunt nonnullæ epistolæ, CXXIX, 860.

ROMARICUS, primum comes Avendi in Vosago, deinde monachus Luxoviensis monasterium puellarum condidit, circa an.. 620, si fides adhibenda sit chartæ quæ tribuitur; LXXX, 461.

ROMUALDUS (S.), Ordinis Camaldularum fundator Ravennæ e nobili familia ducum natus est, studiisque liberalibus imbutus est a pueris, inde solitudinem petiit et disciplinam Ordinis S. Benedicti tunc laxiorem corrigere studuit : floruit ab an. 887 ad 1007. Ex illo exstat fragmentum expositionis Psalmi LXVIII, CXL, 1119.

RORICO, Laudunensis episc. Electus est an. 949; e nobili prosapia ortus fratrem habuit Ludovicum regem qui filius fuit nothus Caroli Simplicis. Obiit paralysi percussus an. 976. De eo superest constitutio de restituendis in monasterio S. Vincentii monachis, CXXXIII, 951.

RORICO, Moissiacensis monachus apud Cadurcos. Ineunte sæc. XI, an. 1104 floruit. Gesta Francorum scripsit ab origine gentis usque ad obitum Clodovæi I, CXXXIX, 587.

ROSTANGNUS, Cluniacensis monachus. Floruit exeunte sæc. XV, an. 1481. Auctor est brevis tractatus super translatione capitis S. Clementis papæ et mart. a Constantinop. ad Cluniacum tempore Hugonis abbatis, CCIX, 905.

ROTBERTUS, Londinensis episc. et Alwadi successor ab an. 1044. Antea fuerat Gemmeticensis abbas; mox autem factus est primas Cantuariensis. De eo superest charta, CXLI, 1442.

ROTBERTUS, prior S. Petri Carnot. De eo exstat charta. An. 1080, CLV, 345.

ROTHADUS II, Suessionensis episc. Sacerdos factus est an. 822. Sed episcopus factus depositus est in concilio Silvanect. an. 863 ab Hincmaro Rhemensi archiepisc., Romam tamen adiit et ibi a papa sedi suæ restitutus an. 855; obiit an. 868. De eo exstat libellus proclamationis, CXIX, 746.

ROTROCUS de Nogiomo, nobilis miles et Odonis comitis fidelitati devotus, terram suam de Thevas Gisberto S. Petri Carnot. abbati dono contulit an. 996, CLV, 247, 298.

ROTRODUS, Rothomag. episc. Cantuar. Thomæ coævus fuit. De eo exstant nonnullæ ad diversos epistolæ ad causam S. hujus episc. tractum potissime habentes. Ob iitan. 1180, CXC, 671, CC 1400.

RUDOLFUS seu RODULFUS, Fuldensis monachus et ipsius Rabani discipulus, idem qui Vitam Liobæ abbatissæ contexuit. De eo exstat Vita B. Rabani Mauri, Fuldensis olim abb., postea vero archiepiscopi Mogunt., an. 861, CVII, 39.

RUDOLFUS, Leodiensis episc. post medium sæc. XII floruit. Scripsit B. Hildegardi se in maxima mentis et corporis fluctuatione versari, propter innumera peccata, ideoque precibus ejus sese commendat, CXCVII, 175.

RUFINUS, diaconus Romanus et confessor. *Vide* MOYSES.

RUFINUS, Aquileiensis presb. Apud Concordiam natus circa 340. Primo vitam monasticam egit in Aquileiensi cœnobio, a S. Chromatio baptizatus est. Peregrinans adiit Romam, Alexandriam, varia Ægypti et Syriæ visitavit monasteria. In Bethleem adiit B. Hieronymum cujus amicus fuit. Sed postea cum eodem discors inventus est super Origenis scripta quæ maxima in parte e Græco in Latinum transtulit, An. 388 presbyter ordinatus est. De eo habentur vitæ Patrum eremitarum et multæ translationes. Obiit an. 420, XXI, 9.

RUFINUS, natione Syrus, Palæstinus presb. qui videtur fuisse familiaris D. Hieronymo; Romam venit et Pammachium, Hieronymi amicum frequentavit. Sed in fide errare mox cœpit et Cœlestium secum in errore traxit. De eo duplex exstat liber *De fide*, alius brevior 12 anathematismis constat, alter majori volumine in multis manifeste peccat. Circa an. 420, XXI, 1123; XLVIII, 261, 449.

RUFINUS, incertæ sedis episc. Ex ejus epistola nuncupatoria ad Petrum abbatem Cassinensem videtur floruisse sæc. XI, an. 1070. Ex illo supersunt libri II *De Bono pacis*, CL, 1591.

RUOTGERUS, Coloniensis clericus. Comes et præcipuus familiaris fuit D. Brunonis archiepiscopi, et idcirco Folemarus sive Poppo in sede Coloniensi Brunonis successor, ei injunxit ut prædecessoris vitam describeret, quæ exstat, an. 966, CXXXIV, 957.

RUSCA (Joan.), potestas Mediolanensis, Innocentium III monet principes Colonienses elegisse in regem Ottonem Henrici Saxoniæ ducis filium, et ipsum deprecatur ut eum coronatione confirmet an. 1209, CCXVI, 1002.

RUPERTUS (Ven.), abbas monasterii S. Heriberti Tuitiensis. Primum monachus S. Laurentii prope Leodium sub Berengero abbate. Ob præclaram eruditionis famam a Friderico Coloniensi archiepisc. institutus est Tuitiensis abbas. Obiit an. 1135. De eo exstant opera dogmatica, exegetica, historica; chronicon S. Laurentii

Leodiensis, dialogus Judæi cum Christiano, CLXVII-CLXX.

RURICIUS, Lemovicensis episc. *Senior* dictus, ut distinguatur ab ejus nepote qui etiam sedem Lemovicensem occupavit. Ex illustri domo ortus est Aniciorum; sæculo primum addictus est, deinde ad meliorem frugem rediens ordines suscepit. Concilio Agathensi interfuit an. 506 et paulo post e vita decessit, an. 508. De eo habentur epistolæ, LVIII, 68.

RUSTICUS ELPIDIUS, vixit temporibus Symmachi et Boetii, Anastasio imperante et medicus fuit Theodorici regis Gothorum; e nobili stirpe natus munus adimplevit quæstoris; ex ejus scriptis supersunt tantum carmina in historiam Veteris et Novi Testamenti et de Jesu Christi beneficiis an. 520, LXII, 543.

RUSTICUS S. Romanæ Ecclesiæ diaconus, de quo nulla habemus documenta. De eo habetur disputatio adversus Acephalos, an. 549. LXVII, 1165.

## S

SALOMON, Constantiensis episc. a teneris in cœnobio sancti Galli studiis incubuit. Archicapellanus Ludovici Pii factus est, et postea abbas Sangallensis; sed vix aliquot menses præerat monasterio, cum ad Constantiæ sedem episcopalem evectus est an. 893. Obiit an. 919. Versus nonnullos misit ad Dadonem S. Vitoni abbat. postea Virdun. episcopum, CXXXII, 561.

SALONIUS, Viennensis episc. Gente Gallus, patrem habuit Eucherium qui factus erat Lugdunensis episc. Ab initio missus in Lirinense monasterium, ubi sub virorum magnorum cura et disciplina educatus est. Quando electus sit episcopus et quo tempore obierit non liquet. De eo exstat expositio in Parabolas Salomonis, an. 455, LIII, 968.

SALVIANUS (S.), presb. Massiliensis. Natione Gallus, apud Coloniam ortum habuit an. 390. Solutis matrimonii vinculis quibus constrictus fuerat vitam amplexus est monasticam in cœnobio Lirinense, ibique postea presbyter ordinatus est. Obiit circa 496. De eo exstant libri VIII *De Dei Gubernatione*, et IV alii contra avaritiam præcipue eorum qui præsunt, LIII, 9.

SAMSO, Rhemensis archiepisc. S. Bernardo Clarævallensi addictissimus omnem adhibuit curam apud Sugerium et S. Dionysii monachos ut ab eis abbatiam Morensem obtineret et monachos ordinis Clarævall. ibi constitueret. Quo peracto, hujus ecclesiæ donationem ad S. Bernardum dimisit, eum hortatus ut cito impleretur desiderata institutio, circa 1137. De eo exstant epistolæ ad Sugerium, CLXXXII, 693, 1137; CLXXXVI, 1360, 1388.

SAMSO, Wigorniensis sacerdos. Tanta fuit hujus viri prudentia et discretio ut electus sit ad tractandum negotium non modice arduum quod olim exstitit inter Anselmum Cantuariensem et Thomam Eboracensem archiepiscopos, sæc. XII, CLIX, 249.

SAMUEL Marochianus, ex Judæo Christianus. Patria Fezzanus in Africa, an. 1085 baptismum recepit; librumque scripsit *De Messiæ adventu, quem frustra exspectant Judæi*. Quando natus, quandoque obierit nos plane latet, CXLIX, 333.

SANCIA, Portugaliæ regina, et Alphonsi regis soror D. Bernardo Clarævallensi abbati donavit an. 1134. Ecclesiam S. Petri de Spina et ecclesiam S. Mariæ de Aborridos, ut ibi construeret monasterium quod incolerent monachi ordinis sui, CLXXXV, 982.

SANDRATUS, archipresb. dono contulit S. Emmerammi monasterio terram quam possidebat Gliumin, et insuper mancipia decem quorum nomina fert charta (absque temporis nota). sæc. IX, CXXIX, 954.

SATURUS (S.), confessor, et martyr sub Hilariano proconsule, patitur Carthagine una cum SS. Perpetua, Felicitate et aliis; suæ passionis relationem ipsimet, ut ferunt, conscripserunt, an. 203, III, 42.

SAULUS, gente Hispanus et, ut videtur, episc. Cordub. Pauli Alvari coævus fuit; de eo duæ exstant epistolæ, an. 860, CXXI, 467, 474.

SEBASTIANUS, Salmantic. episcop. De eo nihil compertum habemus. Chronicon scripsit, sub nomine Alphonsi III, CXXIX, 1111.

SCOTUS MARIANUS, in Hibernia an. 1028 natus, sæculum reliquit ætatis anno 24. Postea in Germaniam venit et in monasterium S. Martini se recepit, deinde Fuldense adiit ubi a Sigefrido presbyter ordinatus est. Obiit an. 1082. De eo exstat Chronicon a Nativitate Christi ad an. 1082, CXLVII, 601.

SCOTUS (Joannes) Erigena, monachus theologiæ et philosophiæ magister. In Hibernia natus circa 828, in Franciam venit sub Carolo Calvo, an. 845, cujus familiaritate gavisus est in ipsa regia aula et in summa versatus est omnium celebritate. Obiisse creditur an. 884. Opera scripsit exegetica, theologica atque philosophica, CXXII, 9.

SECUNDINUS, manichæus vir, olim familiaris S. Augustino, ad quem epistolam scripsit, qua illum hortatur ut ad eos quos dereliquit revertatur, dogmata manichæorum exponens quæ et defendit. Contra eum librum scripsit S. Doctor cui præmittitur Secundini epistolæ, an. 405, XLII, 571.

SECUNDINUS, Hibernus episc. De eo silent biographi scriptores. De eo habetur Hymnus in laudem S. Patricii adhuc exstantis, an. 490, LI, 1081.

SECUNDUS, Tigisitanus episc. et Donatistarum in Africa defensor acerrimus, Mensurium Carthagin. episc. denuntiavit falso eum arguens tradidisse Scripturas flagrante persecutione, qua accusatione se purgavit Mensurius, an. 305, VIII, 426, 742.

SEDATUS, Biterrensis episc. Floruit circa finem VI sæc. concilio Toletano et Narbonensi interfuit an. 589. De eo exstant homiliæ de Domini Epiphania, duo sermones, tres epistolæ ad Ruricium Lemovicens. episc. Quæ ipsi tribuuntur potius pertinere videntur ad Faustum Rhegiensem Ruricio coævum, LXXII, 769.

SEDULIUS COELIUS, presbyter et poeta. De hujus genere et gente non consentiunt biographi; multi, post Trithemium, eum faciunt gente Scotum. Constat eum cum aliquandiu commoratus esset in Achaia venisse in Italiam et scripsisse, regnantibus Valentiniano et Theodosio. De eo exstant carmen paschale, elegia et carmen de Incarnatione, an. 430, XIX, 453.

SEDULIUS SCOTUS, Junior dictus uta præcedenti distinguatur. Gente Scotus fuit; dubium est an idem sit qui concilio Romano subscripsit, an. 721; eum Epidamnus Sangallensis monachus clarum fuisse narrat in chronico; incertum est utrum fuerit episcopus an presbyter. Ex illo habemus collectanea in Epistolas S. Pauli et in Matth. et librum *De rectoribus Christianis*, an. 800, CIII, 9.

SEGUINUS, Senonensis archiepisc. Electus est, invito Ragenardo comite, qui eam dignitatem stulte usurpare voluerat, qui et ipsum Seguinum impedire tentavit ne in urbem suam ingrederetur episcopalem, et idcirco ab illo excommunicatus est an. 976, CXXXII, 473.

SEHERUS, abbas Calmosiacensis monasterii, cujus historiam scripsit in II libros. Obiit an. 1120, CLXII, 1119.

SEIFRIDUS, abbas de quo pauca tradita sunt documenta. Tegernseens. monasterium rexit XI sæc., an. 1048. Sex scripsit epistolas, CXLII, 719.

SERAPIO, Macarius, Paphnucius, veteres monachi in desertis Ægypti olim floruere, regulas et præcepta monachis tradiderunt sub se viventibus, quæ partim exstant translata apud S. Benedict. Anian. sæc. IV, CIII, 433.

SERGIUS I, pap. Natione Syrus, apud Antiochiam natus, de Tiberio patre; papa factus est an. 687, et defunctus an. 701. De eo habentur epistola ad Ceolfridum abbat. et privilegium ad Heronem Lingonum præsulem, LXXXIX, 9.

SERGIUS II papa. Gente Romanus, e Sergio patre natus, Joanne diacono se sedis usurpatore dejecto, an. 844, ille cathedram pacifice tenuit, sed tantum tres annos, obiit enim an. 847. De eo superest epistola, CXXIX, 997.

SERGIUS III papa. Gente Romanus ex Benedicto patre ortus, primo ambitione motus pontificatum concupivit, sed a Christophoro invasore superatus ad Francos transiit et eorum auxilio adversarium dejecit, et ipsemet papatum invasit et nonnisi postea canonice est agnitus. Obiit an. 911. Epistolas et privilegia dedit, CXXXI, 970.

SERGIUS IV papa. Patria Romanus ex Petro Martino natus, et antea dictus *Bucca-porci*, electus est an. 1009 et Joanni XVIII successit. Vir fuit insigni virtute. Obiit an. 1012. De eo supersunt epistolæ et diplomata, CXXXIX, 1499.

SEULFUS, Rhemensis archiepisc. Hervei successor, antea archidiaconus ejusdem urbis, vir admodum versatus tam in rebus ecclesiasticis quam in sæcularibus disciplinis, sub Remigio Antissiodor. magistro studuerat. Canones decrevit in concilio Rhemensi an. 923. Obiit an. 928, CXXXII, 1063.

SEVERINUS (S.), episcopus juxta quosdam Coloniensis, auctor est libelli *De doctrina sapientiæ*, etsi aliter sentiant nonnulli, LXXIV, 843.

SEVERUS, primum concivis et amicus Augustini, postea episcopus factus est Milevitanus. Exstat de eo epistola qua summis laudibus Augustinum ornat et eumdem monet de mirabili modo quo neptis sua virgo Deo sacrata de manu barbarorum liberata fuerit et lætis reddita parentibus, an. 409, XXXIII, 418, 426.

SEVERUS, Majoricensis episc. De eo nulla traduntur

documenta a biographis; solum innotescit per epistolam seu librum quem scripsit de Judæis, an. 418, XX, 731.

SEVERUS, rhetor. Quæ de eo referuntur admodum obscura et incerta. Carmen scripsit bucolicum de virtute signi crucis, sæc. IV vel V, XIX, 795.

SIBERTUS, monasterii S. Pantaleonis in diœcesi Coloniensi abbas. Floruit circa an. 1134. Scripsit Rodulfo S. Trudonis abbati de quibusdam quæ sibi acciderant ex avaro patre, qui gratis volebat puerum in monasterio suscipi, CLXXIII, 193.

SIBYLLA, cœnobii S. Crucis abbatissa. Juxta petitionem Hersendis piæ mulieris et Fontis Ebraldi priorissæ, concessit an. 1104 medietatem fructuum terræ quam possidebat in parochia de Cuseio, monasterio prædicto Fontis Ebraldi et pio Roberto ejus fundatori, et alteram medietatem monasterio S. Crucis, CLXII, 1095.

SICARDUS, episcopus Cremonensis illustris sæculi XII; subdiaconus ordinatus est ab ipso papa Lucio III an. ætatis suæ 23; vix biennio elapso episcopus consecratus est Cremonens. an. 1162. Obiit an. 1215. De eo exstat Mitrale seu summa de officiis ecclesiasticis et Chronicon, CCXIII, 9.

SICCA, mulier quædam pietate insignis tradidit S. Emmerammi monasterio partem Ecclesiæ rurisque ab ea pendentis apud Ermingam (absque anni mentione), sæc. IX, CXXIX, 927.

SICHELMUS, monasterii Bezuensis abbas post irruptionem quorumdam malefactorum in suum monasterium quod omnino prædati erant, litteras misit ad sacri palatii majoresdom. Reidebertum, Chrodebertum et Emerulfum, quibus eos rogat ut illud protegant et quiete ibi sui monachi vivere possint an. 663, LXXXVIII, 1167.

SICHIMUNDUS, Lucensis archipresbyter et cum eo tres Gazindii seu Aulici Liutprandi regis Xenodochium fundaverunt in ipso civitatis Lucensis pomario, an. 729, LXXXVII, 1572.

SIDONIUS, confessor. *Vide* MAXIMUS.

SIGEBALDUS, Occidentalium Saxonum rex, seu potius, juxta quosdam monachus, epistolam scripsit S. Bonifacio qua testatus se ardenter ambire illius pontificis reditum. Obiit an. 752, LXXXIX, 723.

SIGEBERTA, quædam centum solidis vendidit Sithiensi monasterio terram Fresingehem in pago Harvanensi, an. 794, CXXXVI, 1213.

SIGEBERTUS I, Francorum rex, Clotarii filius, Brunichildem uxorem duxit. Jussu Fredegundæ interemptus est an. 575. Hic memoratur ob epistolam episcoporum concilii Parisiensis an. 573 ut promoti cujusdam causam non temere defendat, LXXII, 1123.

SIGEBERTUS II (S.), Francorum rex, Dagoberti filius, a patre in regnum Austrasiorum sublimatus est. Hic regis nomine vere dignus fuit, quia subditos seipsumque optime rexit. Duodecim monasteria in diversis regni sui partibus ædificavit. Post permulta præclare facta, obiit an. 656. Ex illo supersunt diplomata, LXXXVII.

SIGEBERTUS, Gemblacensis monachus. Patria, ut videtur, Gallo-Brabantus, juvenili admodum ætate, regulam S. Benedicti professus est in Gemblacensi abbatia, postea inde ad tempus scholas Metenses adiit in cœnobio S. Vincentii; sed ad suum rediit monasterium et libris conscribendis se totum dedit: an. 1112 obiit. Ex illo Chronicon et multa alia scripta supersunt, CLX, 9.

SIGEFRIDUS, Moguntinus archiepisc. Partes Alexandri II pap., adversus Henricum sumpsit, a quo multa passus est. Simoniacum sacerdotem qui in episcopatum ipsi offerebatur consecrare noluit, et cædis nefandæ Cunonis Trevir. archiepisc. pœnas expetendas curavit. Floruit circa 1070, CXLVI, 1429; CXLVIII, 725.

SIGEHARDUS, monachus S. Maximini Trevir. In Aquitania natus est; in litterarum studio valde profecit. Jussu abbatis sui relationem scripsit miraculorum S. Maximini. Quando obierit incertum est, an. 963, CXXXIII, 865.

SIGIBAUDUS, Metensis episcopus. Nobis tantum innotescit charta quæ ipse cum Wolfando comite prædia quædam inter se commutant. Floruit initio VII sæc. an. 798, LXXXVIII, 1252.

SIGIHARDUS quasdam terras donavit ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis, an. 820. Ludovico Pio imper., XCIX, 807.

SIGISMUNDUS, Gundobaldi filius et Burgundiæ rex. Sub S. Avito maxima enituit pietate, abjurata Ariana hæresi, sed a perfidis subjectis Clodomiro traditus est qui eum interimi jussit, an. 524. Tres epistolæ sub ejus nomine exstant apud S. Avitum, LIX, 243, 276, 284.

SIGIWINUS, Gisleberti filius, B. Ludgero presb. vendidit curtile cum agris tribus in Hrotbertinga Hova, an. 809, XCIX, 817.

SIGRANNUS, sacerdos et monachus, monasterium Anisolense suscepit, ab Haldoindo episc. Cenomanensi, circa, an. 637. Sed Charta qua hæc didicimus videtur spuria, LXXX, 571.

SIGLOARDUS, monachus S. Remigii Rhemensis, inscriptionem fecit ad perpetuandam miraculi memoriam patrati in translatione corporis S. Remigii ex cathedrali ecclesia ad abbatiam. Exstat quoque ejus rhythmus de morte Fulconis archiepiscopi Rhemensis an. 901, CXXIX, 1146.

SILVANUS, SOPHRONIUS, NEO, etc., episcopi, synodi Seleuciensis legati, Ariminenses Arianis aurem præstantes docent quæ gerere debeant ut orthodoxi habeantur, an. 359, X, 705.

SILVANUS, episcopus, jam senex ecclesiæ Sumenensis in Africa, cum Aurelio Carthag. episcopo, ante collationem cum Donatistis duplicem scripsit epistolam tribuno Marcellino de conditionibus imponendis parti quæ vinceretur, an. 411, XXXIII, 487, 490.

SILVANUS, Rievullensis abbas *Vide* ROLANDUS.

SILVERIUS, papa. Natione Campanus, ex patre Hormisda qui factus erat ipse papa. Ab initio repudiatus fuit a clero Romano, sed postea susceptus ad vitandum schisma. Duæ de eo exstant epistolæ. Obiit an. 537, LXVI, 80.

SIMON, comes, abbatiam S. Arnulfi Crispeiensis donavit B. Hugoni Cluniacensi abbati, quod actum est in ecclesia B. Mariæ Parisiensis præsente Philippo rege, die festo omnium Sanctorum, an. 1076, CLIX, 966.

SIMON DE CHAMEON, Claræval. monasterio donavit quidquid habebat in valle Mortui Fontis usque ad Emmaurici fontem, et insuper terram quæ dicitur, Medius Mons., an. 1147, CLXXXV, 991.

SIMON, prior de Monte Dei, XII sæc. floruit. Ad Alexand. III pap., et ad Albertum cardinalem scripsit, ipsis causam commendans B. Thomæ Cantuar. archiep., CXC, 678; CC, 1456.

SIMON, comes Leicestriæ, dominus Montis-Fortis, Biterrensis et Carcassonensis vicecomes, exercitus dux contra Albigenses missus, Innocentio III pap. scripsit se paratum esse iter aggredi, an. 1209, CCXVI, 141.

SIMON, Capra Aurea. *Vide* SYMON.

SIMPERTUS (S.), Murbacensis abbas et inde episcopus Augustæ Vindelicorum. A puerilibus annis vitam amplexus est monasticam in abbatia Murbacensi. Ita crevit sanctitatis suæ fama ut in abbatem electus est, et mox in episcopum Augustæ Vindelicorum: e vita migravit an. 809. De eo exstant statuta monasterii Murbacensis, et epistola encyclica, XCIX, 746.

SIMPLICIUS (S.), pap. Natione Tiburtinus, a Cassino patre natus, pontifex creatus est, an. 467. Clarus fuit sanctimonia vitæ, fidei integritate et firmitate regiminis. Obiit an. 483. De eo exstant nonnullæ epistolæ, LVIII, 32.

SIRICIUS, papa (S.). Gente Romanus, ex patria Tibursino ortus est. Invito Ursicino competenti electus est, an. 385 post S. Damasi obitum. Annos 13 sedit. Obiit an. 398. De eo supersunt epistolæ et decreta, XIII, 1115.

SISEBUTHUS, Gothorum rex et Gundemari successor. Octo annos regnavit usque ad 621. Non tantum armis gestisque clarus, sed etiam litteris et scriptis. Ex eo supersunt epistolæ et vita seu passio S. Desiderii, LXXX, 563.

SIVIARDUS, monasterii Anisolensis abbas a S. Carilepho quintus. Vitam hujus S. fundatoris conscripsit et ut ipse fatetur, de consilio et mandato proprii Cenomanensis episcopi, sæc. VII floruit, LXXIV, 1247.

SIXTUS I (S.), papa et mart. Successor fuit S. Alexandri. Vasa sacra tantummodo a sacerdotibus contrectari decrevit; sanguinem suum pro fide libenter fudit, an. 129. Decreta quædam et epistola falso ei tribuuntur, CXXX, 99.

SIXTUS II (S.), pap. et mart. Natione Græcus Atheniensis, sancto Stephano successit, annum unum tantum cum sedisset martyrio coronatus est, an. 258. De eo exstant epistolæ, V, 99.

SIXTUS III seu Xistus (S.), papa. Concilium Ephesinum confirmavit, Eutychianos, Pelagianosque profligavit anathemate. Obiit an. 440. De eo supersunt epistolæ et decreta, L, 571.

SIXTUS, S. R. C., cardinalis. *Vide* NICOLAUS, cardinalis.

SIXTUS, Sinensis ex Judæo Christianus factus, ordinem Frat. Prædicat. elegit. Auctor est *Bibliothecæ sanctæ*. Laudes celebrat D. Bernardi Claræv. abb. Obiit an. 1569, CLXXXV, 656.

SMARAGDUS seu ARDO, abbas S. Michaelis ad Mosam in diœcesi Verdunensi ordinis S. Benedicti. Primo

grammaticam docuit. An. 810 missus est Romam cum quibusdam aliis legatis a Carolo Magno ut papam consulerent de processione Spiritus sancti : ipsum hunc elegit judicem Ludovicus Pius in controversia inter Isnardum Mediolan. abbat. et ejusdem monachos orta. De eo habemus collectiones, commentaria, Diadema monachorum, etc. Obiit an. 824, CII, 9.

SMARAGDUS, monachus S. Maximi. A præcedenti distinguendus eo quod paulo recentior sit et diverso in cœnobio professus fuerit. De eo superest præfatio in lib. Psalmorum, an. 900, CXXIX, 1022.

SMUBURGA, Bernardi cujusdam filia, partem hæreditatis suæ tradidit ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis, an. 859, XCIX, 814.

SOFFORDUS, Carthusiæ excubiarum prior, Bernardus Portarum, Stephanus Durbones et Joannes Alveriæ priores, in capitulum coacti suam mandant decisionem ad Falconem Lugdunensem episc. ut eam sanctione sua confirmet, sæc. XII, CLIII, 1123.

SOLON, Athenarum rex et legislator, unus e septem Græciæ Sapientibus, an. 600 ante Christum floruit. Ipsi tribuuntur a S. Ambrosio epistolæ IV e Græco translatæ, XVII, 1148.

SONNATIUS (S.), Rhemensis archiepisc. Antea ejusdem diœcesis archidiaconus, electus est an. 594. Concilium 40 et amplius episcoporum apud Rhemos coegit, 625. Obiisse creditur, an. 631. Ex illo exstant statuta, LXXX, 442.

SOPHIA, parthenonis Kisingunensis abbatissa. Florebat, XII sæc. Sanctam Hildegardim consuluit utrum munus quod gerebat deserere deberet, CXVII, 322.

SOPHIA RAIMFREDIS, Petri Achardi filia, ingressa est in monasterium Fontis Ebraldi cui concessit alodium suum de Polineio et alias insuper terras et vineas. Actum est sub Ludovico VI Crasso rege et Petro Pictav. episc., sæc. XII, CLXII, 1105.

SOPHRONIUS (S.), Hierosolym. patriarcha. E Damasco in Syria ortus, multiplici eruditione, divinarum Litterarum scientia et pietate insignis concilio generali II Nicæno interfuit, obiitque anno 636. Vitam descripsit B. Mariæ Ægyptiacæ, LXXIII, 671.

SOTER (S.), papa et martyr. S. Aniceti successor fuit; martyrium passus est sub Marco Antonino, an. 177. Clericorum exemplar et Ecclesiæ solatium factus in his tempestatibus. De eo exstant nonnulla decreta quæ supposititia reputantur, CXXX, 117.

SOUCELINA, S. Cyrici abbatissa, declarat se concessisse Mauricio Parisiensi episcopo, duos arpennes prati pro acceptis quatuor libris monetæ Parisiensis, an. 1190, CCV, 912.

SPECIOSUS, episcopus Florentinus, an. 724, regnante Liutprando, multa dona contulit canonicis S. Joannis Baptistæ, cujus donationis exstat charta, LXXXVII, 1402.

SPERA IN DEO, abbas cujusdam monasterii in Hispania, temporibus S. Eulogii Toletani archiepisc. Floruit circa, an. 859. Aliquot epistolas ad Alvarum Cordubensem scripsit, CXV, 960.

STEPHANUS (S.), papa et mart. Romæ natus, ex Julio in Romana sede institutus est, an. 253. Validitatem baptismi hæreticorum asseruit adversus S. Cyprianum Carthag. Martyr occubuit sub Valeriano consule, an. 257. Ex eo supersunt epistolæ duæ decretoriæque sententiæ de hæreticorum baptismate, an. 545, III, 983.

STEPHANUS, diaconus Arelatensis. *Vide* MESSIANUS.

STEPHANUS abbas. *Vide* PAULUS, sæc. IV.

STEPHANUS II, Romanus pontifex. Romæ natus ex Constantino, electus est, an. 752; sedit usque ad an. 757 quo obiit. Ex illo exstant epistolæ et decreta, LXXXIX, 960.

STEPHANUS III, papa. Natione Siculus, ex patre Oliva ortus, ad sedem evectus est, an. 768, quam tenuit annos tres. Vir strenuus et divinis eruditus Scripturis atque ecclesiasticis traditionibus, obiit an. 771. De eo supersunt epistolæ quinque, LXXXIX, 1235; XCVIII, 239.

STEPHANUS IV, papa. Gente Romanus, Leoni III successit de cleri Romani consensu; versatus non mediocriter fuit in sacris canonibus et ecclesiasticis rebus. Obiit anno 817, anno uno post institutionem. Ex immerito attribuitur decretum de papæ electione Distinct. 33, CII, 1072.

STEPHANUS V, papa. Natione Romanus, ex patre Adriano ortus, successit Adriano III, an. 885, invitus electus : integritate morum claruit et erga egenos charitate. Obiit an. 891. De eo supersunt epistolæ et privilegia, CXXIX, 786.

STEPHANUS VI, papa. Gente Romanus et ex Joanne patre ortus, antea ordinis S. Bened. monachus, Formoso successit. Qui enim sub nomine Bonifacii sedem invasérat post Formosi mortem 15 tantum diebus sedit et inter pontifices non est annumerandus. Stephanus autem post violatum prædecessoris Formosi corpus ab ejusdem parentibus in carcerem injectus est et paulo post strangulatus, an. 897. De eo aliquot exstant epistolæ et privilegia, CXXIX, 851.

STEPHANUS VII, pap. Gente et patria Germanus opera Othonis regis, cardinalium habito suffragio, electus est, an. 929 et obiit an. 931. Ex illo exstant epistolæ et privilegia, CXXXII, 1050.

STEPHANUS IX, papa, Germanum fuisse ferunt. Leoni VII successit, an. 939, obiitque an. 942. De eo habentur nonnullæ epistolæ et privilegia, CXXXII, 1087.

STEPHANUS X, papa. Gente Gallus, e nobili domo ducum Lotharingiæ, primum fuit canonicus regularis S. Lamberti in Lotharingia, postea cardinalis diaconus et apostolicæ sedis cancellarius. An. 1057 ad summum pontificatum assumptus est. Obiit an. 1058. De eo habes epistolas et privilegia, CXLIII, 866.

STEPHANUS, Leodiensis episc. Ex nobili genere ortus, in scholis palatinis cum Radbodo Trajectensi institutus est; primum clericus fuit Metensis, deinde monachus et abbas Lobiensis : obiit an. 920. Ex illo exstat Vita sancti Lamberti episc. et mart., CXXXII, 642.

STEPHANUS (S.), Hungarorum rex, Geylæ filius et successor, coronam adeptus est, an. 997. Obiit autem, an. 1038, totus in reformandis moribus populorum incubuit. De eo exstant monita ad filium, leges et privilegium pro abbatia S. Martini Pannoniæ concessum, CII, 1203.

STEPHANUS, S. R. E. cardinalis. Natione Gallus, vir pro ætate litteratissimus, a S. Leone IX purpura decoratus est; tunc monasticam vitam agebat in cœnobio Cluniac. A B. Damiano decus et defensor Romanæ Ecclesiæ nuncupatur. Obiit, an. 1068. De eo habemus canones conciliorum Turonensis et Burdigalensis, an. 1060, et epistolam ad Joannem Dolensem episcop., CXLIII, 1407.

STEPHANUS, abbas S. Jacobi Leodiensis. Vir doctrina et operibus æque eximius qui precibus monachi cujusdam victus vitam scripsit S. Modoaldi, insuper ejusdem sancti translationem a Thietmaro conscriptam emendavit. Floruit an. 1106, CLIV, 1275.

STEPHANUS HERRANDUS, Alberstatensis episc. Lectis epistolis Valrami Numburg. episc. ad Ludovicum Thuringiæ landgravium quibus hunc hortabatur ut discederet a papa et Henrico imperatori adhæreret, eas plane et Ludovici nomine refellit et damnat, an. 1110, CLIX, 988.

STEPHANUS de Mureto (S.), sic dictus a loco ubi per annos fere 50 vitam egerat solitariam, primus prior, institutor et fundator fuit ordinis Grandimonteusis. Ex nobili domo apud Arvernos natus est, an. 1044. primum sub viro eximiæ sanctitatis litteras didicit, postea Romam venit ubi annis quatuor commoratus est; a Gregorio VII (Hildebrando) obtinuit licentiam pro ordinis sui institutione. Obiit, an. 1124, tam miraculis quam virtutibus clarus. De eo exstat liber sententiarum et regula Grandimontensis, CCIV, 999.

STEPHANUS (S.), Cisterciensis abbas, cognomine Hardingus. Nobili e familia ortus, gente Anglus fuit : ab initio in Scotiæ litteris studuit. Deinde in Gallia et Parisiis studiorum curriculum complevit, procurante Stephano Cisterciensi abbate, cui defuncto postea successit. Obiit, an 1134. De eo exstat censura quorumdam locorum Scripturæ, sermo in obitu prædecessoris, epistolæ et charta donationis, usus et consuetudines Cisterciens. Exordium cœnobii et ordinis cisterc, CLXVI, 1373.

STEPHANUS de Balgiaco (*Baugé*), Guncerami domini Balgiaci filius ab an. 1112, jam cathedram Augustodun. obtinuerat, sed præ mundi contemptu, episcopatum abdicavit, an. 1129, et apud Cluniacum se recepit, et postea inter manus Petri Venerabilis animam Deo reddidit, an. 1136. De eo exstant tractatus de Eucharistia, et charta pro Fontenetensi cœnobio, CLXXII, 1271; CLXXXV, 1463.

STEPHANUS, Parisiensis episc. Ex antiqua et illustri familia Silvanectensi ortus, in omni genere litterarum excultus est. Primum factus est Parisien. archidiaconus, deinde Gerberto successor datus, an. 1124. Obiit, an. 1142. De eo supersunt epistolæ, diplomata et donationes, CLXXIII, 1399.

STEPHANUS, Stabulensis monachus et provisor ad Wibaldum abbat. mandat quæ gesserat in visitandis monasterii terris, an. 1148, CLXXXIX, 1201.

STEPHANUS, Metensis episc. Medio XII sæc. floruit; ad Wibaldum Corbeiensem abbatem scripsit, an. 1151, ut monachos Hasterienses ad obedientiam compelleret erga Walciodorensem ecclesiam. Scripsit quoque ad Theodericum abbat. Walciodor. quem accusatum dilapidationis

citat ad synodum Metensem, eodem anno, CLXXXIX, 1567, 1431.

STEPHANUS, Anglorum rex. Antea Blesensis comes, post Henrici I obitum, præjudicio Mathildis Henrici filiæ coronam usurpavit, sed victus a Davide Scotiæ rege, hanc deponere coactus est in gratiam Henrici Plantagenetæ, Mathildis filii., Obiit an. 1154. De eo exstat diploma, an. 1136, de donis a patre factis Cluniaco, CLXXXIX, 1063.

STEPHANUS de Liciaco, prior IV Grandimont. Patria Lemovicensis, vir discretus, eleemosynarius et devotus, jejuniisque austerus, ordinem valde propagavit. Obiit, an. 1161. Scribenda curavit gesta S. Stephani de Mureto fundatoris, CCIV, 1163.

STEPHANUS, Melfensis episcopus, florebat XII sæc., an. 1172. Pro S. Thoma Cantuar. exsule ad pap. Alexand. III scripsit, CC, 1414, 1415.

STEPHANUS, abbas S. Genovefæ Parisiensis et postmodum episcopus Tornacensis. Aurelianis natus est in Gallia circa an. 1135. A prima ætate ardenter incubuit pietati, et Roberto S. Evurtii abbati defuncto successit. Postea abbas S. Genovefæ factus est et demum ad Tornacensem sedem evectus est, an. 1192; e vita migravit, an. 1203. De eo exstant epistolæ et sermones, CCXI, 295.

STEPHANUS Langtoniensis, archiepiscopus Cantuar. Historiam scripsit translationis corporis sancti Thomæ decessoris quæ facta est an. 1221, CXC, 407.

STEPHANUS, presb. Romanus Basilicæ XII Apostolorum et Petrus sancti Georgii ad Velum Aureum cardinalis, testantur, Eginum comitem de Vrach et dominum de Friburg, pro 200 marcis sterlingorum obligasse fratri suo Conrado Portuensi episcopo varia indumenta et vasa pretiosa ad sacra peragenda, an. 1227, quæ pius ille episc. de domni papæ licentia monasterio concessit Claræ-vallensi, CLXXXV, 1771.

STEPHANUS JORDANIS, Patavinus canonicus, a Joanne Patavino episcopo deputatus est cum litteris procuratoriis ad Aquileiensem patriarcham, ut in nomine suo juramentum præstaret fidelitatis, an. 1296, XCIX, 651.

STEPHANUS de Lusiniaco, episcopus Limissoiensis de domo regia Cyprensi ortus, Genealogias multas descripsit. Obiit, an. 1590. De eo exstat excerptum historiæ Cyprensis Sermone Gallico, CLXXXV, 1484.

STURMIUS (S.), Fuldensis abbas. In Norico natus est, e parentibus claris tum genere tum pietate. A Bonifacio cui a puero adhæserat traditus est educandus Wigberto abbati; sub tali magistro adeo profecit ut mox sacerdotio initiatus sit et prædicatione multos e cœno voluptatum et ab errorum tenebris retraxerit. Inde factus est abbas Fuldensis. Obiit, an. 776. De eo supersunt Ordo Officii in monasteriis ord. S. Benedicti, et antiquæ eorumdem monasteriorum consuetudines, LXXXIX, 1258.

SUAVIUS, abbas S. Severi in Metropoli Vasconiæ electus est, an. 1092. Vir conspicuus fuit præsertim zelo suo ad bonum monasterii sui procurandum, quod reipsa felici eventu administravit ad annum usque 1107, quo obiit. Ex eo supersunt statuta pro S. Severi cœnobio, CLVII, 478.

SUGERIUS, abbas Sandionysianus. Clarus ille vir, cui nomen sua laus et decus, floruit ab an. 1080 ad 1151, quo nullus exstitit, juxta S. Bernardum, vir fidelior, prudentiorque in temporalibus negotiis, nemo humilior aut majori zelo accensus in spiritualibus, dilectus fuit Deo et principi, sapiens in aula, in monasterio sanctus religiosus. Obiit an. 1151. Multas scripsit epistolas, vitam Ludovici Crassi et quædam diplomata, CLXXXII, 675; CLXXXVI, 1151.

SULCARDUS, monachus Westmonasteriensis. Gente Nortmannus, juxta communiorem opinionem. Adeo claruit virtute et scientia ut familiaris præcipue factus sit S. regis Edwardi. Ejus habemus libellum de fundatione abbatiæ Westmonasterii, an. 1100, CLV, 1634.

SULPICIUS SEVERUS presb. Aquitanus. Vir genere et litteratura clarus. Primo uxorem duxit ex stirpe consulari; qua defuncta, sæculo valedixit et monasticæ disciplinæ se addixit. Juxta quosdam sacerdos factus est: Massiliæ obiit, an. 410. Epistolas, dialogos et monumenta historica reliquit, XX, 79.

SULPICIUS (S.), cognomine *Pius*, Bituricensis episcopus, claris parentibus ortus, virtutibus ipse claruit et egregiæ Bituricarum urbis pastor creatus est. Post multa præclare gesta et miracula, obiit an. 644. Ex illo tres exstant epistolæ, LXXX, 594.

SUSO (Henricus), monachus ord. fratrum prædicatorum. Constantiæ natus est. Obiit apud Ulmas an. 1366. Scripta ascetica tradidit et sermones, sed in Patrologia adduximus tantum de S. Bernardo insigne testimonium, CLXXXV, 636.

SYLVESTER I (S.), papa. Natione Romanus ex patre Rufino natus, papæ Miltiadi successit an. 314. Primum exsul in persecutione factus est, postea vero ad sedem suam reversus, Constantinum augustum baptizasse fertur in Pontificali S. Damasi; obiit an. 335. De eo supersunt capitula ac decreta, VIII, 795.

SYLVESTER II, papa. Antea nomine Gerbertus, natione Gallus, humili genere natus, Aureliani primum monachus, deinde abbas Bobiensis, præceptor fuit vicissim Ottonis III imperat. et Roberti Francorum regis; postea in sedem archiepiscopalem Ravennæ sublimatus est, et demum in S. Petri cathedram an. 999. Hanc tenuit ad annum 1003 quo obiit. Ab hoc eruditissimo viro exstant libellus *De numerorum divisione*; alter *De geometria*; liber *De corpore et sanguine Domini*; epistolæ, diplomata, et nonnulla carmina, CXXXIX, 58.

SYMMACHUS *senior* et Aurelii Symmachi pater. Summam adhibuit curam ad filiorum institutionem, christianam tamen quam noverat fidem amplecti noluit et in antiquo Gentili cultu filios educavit in quo ad mortem usque isti perseveraverunt. De eo exstat epistola ad filium Aurelium. Obiit circa an. 360, XVIII, 147.

SYMMACHUS Aurelius, Roma oriundus, ejusdem urbis factus est senator et præfectus. Consulatum gessit an. 391. Infensum christianæ religioni ubique se prodidit, imprimis in *relatione pro ara Victoriæ*, quam imperatori Valentiniano obtulit. Adversarium habuit sanctum Ambrosium qui eum strenue et eleganter refellit. Ex eo supersunt epistolarum libri X stylo et elegantia florentium. Obiit an. 398, XVIII, 141.

SYMMACHUS, papa. Gente Romanus, ex patre Fortunato ortus, Anastasio successit an. 498, invito archipresb. Laurentio, qui sedem invasit et schisma in clero suscitavit. Sed in concilio potestas Symmacho adjudicata fuit qua potitus est usque ad mortem an. 514. Ejus exstant epistolæ, LXII, 77.

SYMON (magister), cognomine *Capra aurea*, canonicus S. Victoris Parisiensis. Summus celerrimusque versificator, epitaphium composuit, sancto Bernardo rogante, comitis Henrici, XII sæc. Eidem tribuuntur alia quædam epitaphia, CLXXXV, 1251.

SYMPHOSIUS AMALARIUS, Hornbacensis abbas. Antea presbyter Ecclesiæ Metensis, magistrum habuit Alcuinum, et aliquando præfectus est scholis palatii sub Ludovico Pio; peritissimus enim scientiæ et liturgiæ evaserat. Obiit an. 836. Ex eo supersunt regula canonicorum, libri IV de officiis ecclesiasticis, liber de ordine Antiphonarii, et Eclogæ de officio Missæ, CV, 815.

SYRUS, Cluniacensis monachus, rogante Warnerio abbate, ut ipse fatetur in prologo, describere aggressus est vitam sancti Maioli ejusdem ordinis abbatis. Quando floruerit non constat, CXXXVII, 745.

## T

TAIO, Cæraugustanus episc. Electus est post mortem S. Braulionis circa medium VII sæc. an. 656, floruit. De eo exstant epistola ad Eugenium Toletanum et sententiarum libri quinque, LXXX, 720.

TALESPERIANUS, Lucensis episcopus, floruit sub Liutprando Langobardorum rege. De eo exstat instrumentum quo presbytero cuidam Romualdo nomine, monasterium cum xenodochio concessit an. 725, LXXXVII, 1370.

TANCREDUS, Siculus princeps, cum Bohemundo Tarentino adversus Turcas profectus est, multisque gestis claruit. Cum aliis ducibus christianis interdum discors fuit et principatum in Galilæa condidit. Obiit apud Antiochiam an. 1112. Quædam de eo verba refert Rodulfus Cadomensis, CLV, 505, 510.

TARASIUS, primum a secretis fuit imperatoris Constantini Copronymi, a quo patriarcha electus est Constantinopol. Sub eodem celebratum est II concilium gen. an. 785, in quo dominati sunt monothelitæ. Ipsi imperatori firmiter restitit. Obiit an. 806. De eo exstant Apologeticus ad populum, allocutio in concilio VII generali et epistolæ Adriano pap., CXXIX, 201, 209, 497.

TARRA, monachus. De eo nulla fere supersunt documenta. Ambrosius Moralis asserit se reperisse epistolam ab hoc monacho scriptam ad Reccaredum regem an. 600, LXXX, 19.

TATTO, monachus Sangallensis Grimaldi coævus ad Reginbertum magistrum suum obtulit regulam S. Patris Benedicti a se et Grimaldo transcriptam, ut fert utriusque ad eumdem epistola an. 872, CXXI, 925.

TEDUINUS et ARDUINUS militia sæculari addicti terras dono contulerunt monasterio S. Petri Carnot. an. 984 et 996, CLV, 248, 249.

TELESPHORUS (S.) papa et mart. Ex Græcia oriundus

successit S. Sixto in sede sancti Petri, et martyrii coronam adeptus est an. 139. Decreta quæ ei supponuntur exstant apud Isidorum Merc., CXXX, 105.

TERALDUS monachus, ut videtur, Floriacensis, nobis tantum innotescit per epistolam quam scripsit cuidam Guidoni similiter monacho, CXXXVIII, 186.

TERRICUS, Templariorum magnus præceptor, exeunte XII sæc. an. 1187 floruit. Duas epistolas scripsit; aliam ad Fratres Templarios de clade christianorum, et alteram ad Henricum Anglorum regem De expugnata a Saracenis Hierosolyma, CCI, 1405.

TERTULLIANUS, presbyter, Carthagine natus an. 160 ex gentilibus parentibus, primum in cultu ethnico educatus, postea christianus factus est et presbyter, et ad fidem propugnandam multa conscripsit. Sed austeritate Montanistarum deceptus ad eos transiit, et ideo de hujus magni scriptoris fide dubitatur. Obiit an 245, I, III.

TEUDERADUS, presbyter Langobardus et ejus frater Teupertus fundare ecclesiam prope Sistorium in loco Croci dicto statuerunt sub Pippini regno sæc. VIII, LXXXVII, 1439.

TESTALDUS comes et EBRARDUS vicecomes quosdam servos donant monasterio S. Petri Carnot. an. 1070 et 1080, CLV, 299, 300.

TEUTGAUGUS, Trevir. archiep. De eo exstat epistola generalis ad Carolum Calvum et ad omnes episcopos pro Egilone presb. ad sanctorum Apostolorum loca peregrinante, an. 860, CXXIX, 1390.

TEUCHUS, Mauriniacensis monachus. A juventute educatus est in Abbatia Mauriniacensi ubi factus est cantor et prior. Demum abbas electus est, sed quia nonnulli ei obponerentur, jus suum libenter abdicavit. Factus est postea abbas S. Remigii Rhemensis. Chronicon Mauriniac. scripsit an. 1147, CLXXX, 131.

TEUTPALDUS, DOMMULUS aliique pii cives Lucenses sacram ædem sub S. Sylvestri invocatione una cum xenodochio in Lucarum civitate exstruxerunt an. 718, sub Talesperiano episcopo, LXXXVII, 1361.

THALASSIUS, Berytiorum episc. cum plurimis episcopis Orientis libellum misit ad Agapetum papam adversus Anthimum Antiochenum et sedis Constantinop. invasorem an. 536, LXVI, 67.

THALES, celebris philosophus, e Phœnicia ortus, Mileti scholam condidit et a Græcis inter veros sapientes annumeratus est. De eo exstant epistolæ duæ apud sanctum Ambrosium e Græco translatæ. Floruit an. ante Christum 587, XVII, 1147.

THANGMARUS, presb. Hildesheimensis. Natione Saxo, primum scholæ puerorum primicerius, deinde presbyter et decanus factus est ecclesiæ Hildesheim. S. Bernwardum discipulum in maxima dilectione habuit, qui postea episcopus electus fuit. De eo exstat Vita sancti Bernwardi, an. 1025, CXL, 386.

THEGANBALDUS, Hrodbaldi cujusdam filius, beato Ludgero dono contulit villam Fislacu dictam juxta ripam Ruræ fluvii; quæ donatio confirmata est a nepote ejus Berngero, an. 801, XCIX, 803.

THEGANUS, Trevir. archiepisc. circa medium IX sæc. floruit. Librum scripsit de Gestis Ludovici Pii usque ad an. 837. Obiit an. 843, CVI, 402.

THEOBALDUS, Cabilonensis comes, donationem monasterii S. Marcelli Cabilonensis a se factam subscripsit in gratiam sancti Maioli Cluniacensis abbatis an. 960, CXXXVII, 780.

THEOBALDUS, Campaniæ comes, B. Hugoni Cluniac. abbati scripsit, ut filium suum susciperet in baptismo abluendum XI sæc., CLIX, 943.

THEOBALDUS Stampensis, gente Anglus, sacerdos sæcularis, claruit ab an. 1108. Ex eo supersunt epistolæ, CLXIII, 759.

THEOBALDUS, Cantuar. archiepisc. De eo nulla fere supersunt documenta. Floruit XII sæc. circa an. 1150. Epistolam seu potius testamentum scripsit, quod reperitur inter Joannis Saresberiensis epistolas, CLXXXVIII, 1675. *Vide insuper* CXCIX, 30, 36.

THEOBALDUS, Blesensis comes, Devicto Odone an. 1125, Campania potitus est, et Ludovico Crasso regi diu restitit. Obiit an. 1151. Donationem confirmavit quam Jobertus de Firmitate Hierosolymas proficiscens fecerat Clarevallensibus monachis an. 1145. De eo insuper exstant aliæ chartæ, CLXXXV, 986; CLXXXVI, 1352, 1365, 1403, 1403; CC, 1447.

THEOBALDUS IV, Campaniæ et Briæ comes palatinus et Navarrorum rex, per Blancam uxorem suam et Sanchii VII filiam, in Palæstinam profectus est an. 1239, unde reversus, obiit circa 1253. Quædam cantilenæ ipsi tribuuntur. De eo exstat diploma quo ceram largitur monachis Clarævallensibus an. 1232, CLXXXV, 1761.

THEOBALDUS, Campaniæ comes. De consensu Hugonis Altissiodor. episc., Hattonis Trecensis, D. Bernardi Clarævall. abbatis, et Guillelmi S. Martini abbatis, ecclesiam S. Lupi concessit canonicis sancti Martini ad divinum cultum in ea neglectum an. 1135, CLXXXV, 980.

THEOBALDUS de Saliva, ecclesiæ sanctæ Mariæ de Fonteneto donavit quidquid habebat infra terminos Puteolifranci, testibus Rainerio de Rochia, Gerardo de Castellione, sororio suo et aliis, absque anni nota sæc. XII, CLXXXV, 1464.

THEODADRA, abbatissa sanctæ Mariæ Argentoliensis, mancipia quædam cum Eginhardo abbate commutat an. 854, CIV, 604.

THEODATUS seu Theodahatus, Gothorum rex, ad solium evectus est, cum duxit Amalasuntham Athalarici viduam, quam postea occidi jussit. Victus a Belisario, regno spoliatus est. An. 536 obiit. Ex illo supersunt epistolæ, LXIX, 797, 812; LXXII, 1118.

THODEBALDUS, Austrasiorum rex Theodeberto patri successit an. 548, legatos Justiniani benigne suscepit et epistolam per eos ad eumdem misit qua pacem gerere et amicitiam nectere promittebat. Obiit circa an. 555, LXXI, 1165.

THEODEBERTUS, Austrasiæ rex. Contra Vitigem Ostrogothorum regem et imperatorem Justinianum arma sumpsit, quos et devicit, et jam obsidionem ipsius Constantinopolis moliebatur cum subita morte præreptus est, circa an. 548. De eo exstat epistola ad Justinianum, LXXI, 1164.

THEODERICUS IV, Dagoberti III filius. Post Childericum II in solium conscendit, seu potius suffectus est a Carolo Martello, rex nomine, non re. Obiit an. 765, LXXXVIII, 1130.

THEODERICUS seu DEODERICUS, Metensis episc. et Brunonis Coloniens. successor, antea canonicus Alberstadiensis, et Wormatiensis præpositus. Favente Ottone imper. in episcopatum sublimatus est an. 964. Obiit autem an. 984. De eo habetur epitaphium Evrardi comitis, inventio quorumdam sanctorum ab ipso relata, et epistola ad Carolum Lotharii regis fratrem, CXXXVII, 359.

THEODERICUS, monasterium S. Matthiæ Trevirensis ingressus est an. 1006. Ab abbate Richardo rogatus libellum de translatione et miraculis S. Celsi scripsit, sermone quidem inflato, sed quo multa de Egberti rebus aliaque notatu digna memoriæ tradit; vitam quoque dedit et passionem Conradi archiepiscopi an. 1020, CLIV, 1253, 1252.

THEODERICUS, Carnot. episc. testatur monasterium S. Trinitatis Vendocini conditum fuisse a comite Goffrido et uxore ejus comitissa Agnete, et a se cum pluribus aliis episcopis consecratum fuisse an. 1050, CLVII, 289.

THEODERICUS, cœnobii S. Petri Carnot. abbas, testatur. Gualterium *Infantem* dictum presbyterium ecclesiæ S. Mariæ de Alogia dedisse monasterio S. Petri Carnot. an. 1069, CLV, 356.

THEODERICUS, Flandriæ comes, ducis Lotharingiæ filius et Guillelmi Clitonis successor, in Palæstinam semel et iterum transiit, obiitque an. 1169. D. Bernardo et suis monachis concessit immunitatem ab omni tributo solvendo, in itu et transitu per terras totius sui comitatus an. 1143, CLXXXV, 984.

THEODERICUS, Ambianensis episc. Huic Sugerius scripserat sicut et aliis episcopis, ut subsidia quædam conferret regi pro expeditione Hierosolymitana, a quo se excusatum haberi respondit ille, et modo tanquam in frixorio positum manere inter regem et papam, circa an. 1148, CLXXXVI, 1359, 1362.

THEODERICUS, Corbeiæ novæ abbas, statutum dedit ut quodcunque memoratu dignum in cœnobio evenisset accurate et fideliter scripturæ mandaretur, de anno in annum an. 1337, CLXXXIX, 1506.

THEODGAUDUS, Belgicæ Galliæ primas, Guntharius Coloniensis, et Arduinus Vezuntinus episcopi collective ad Hincmarum Rhem. archiepisc. conscribunt, eo quod electioni Hilduini obstiterat, de quo ægre queruntur et ut concilio Mediomatrici mox futuro adsit cum admonent. Iidem epistolam scripsere ad totius regni episcopos, cum quibus tam capitulis minus verecundis adversus Nicolaum papam, an. 866, CXXI, 577 *et seqq.*

THEODGRIMUS, diaconus et Aldgrini filius, omnem hæreditatem quam a Riefrido habuit ecclesiæ S. Salvatoris dono contulit per chartam, an. 821, Ludovico Pio imperante, XCIX, 819.

THEODO quidam, monasterio Morbacensi nonnulla bona vendidit in marca Hamaristodensi juxta Novum

Brissacum, an. 730, Theoderico IV regnante, LXXXVIII, 1285.

THEODOLDUS et ejus frater Thrudgerus, filii Wiggeri, partem suæ hæreditatis domo contulerunt ecclesiæ S. Salvatoris Werthinensis in pago Rurrigo, id est pastionem pro 20 porcis, quod actum est in Werthinensi, an. 837, Ludovico Pio imper., XCIX, 810.

THEODORETUS, Cyrensis episc. Antiochiæ natus, primum in cœnobio prope Apameam monachus vixit, litteris ac scientiis colendis totum se dedit vastamque assecutus est eruditionem; aliquando ad Nestorii partes declinavit; sed paulo post eidem anathema dixit; Eutychianis restitit et ipsi imperatori a quo e sede dejectus est, deinde restitutus, multa scripta exaravit. Obiit autem, an. 458. In nostris columnis quædam exstant fragmenta, XLVIII, 1063; LIV, 845; LXXIV, 9.

THEODORICUS, Gothorum rex. Natus erat in Pannonia circa an. 455. Obiit an. 526. De eo exstant nonnullæ præceptiones et epistolæ, LXIX, 503; LXXII, 1111.

THEODORICUS, Paderburnensis canonicus, a quo fere nulla exstant monumenta. Librum scripsit de Oratione Dominica, an. 1079, CXLVII, 331.

THEODORICUS, S. Audoeni monachus, de quo pauca annotanda reperimus, XI floruit sæc. vitam monasticam egit in cœnobio S. Audoeni Rotomag. sub Nicolao abbate. Ex eo supersunt fragmenta Vitæ S. Audoeni, CL, 1187.

THEODORICUS, abbas S. Huberti Andaginensis. Floruit hic Theodoricus circa initium XII sæc., an. 1107. Nobis solum innotescit per epistolam quam ad Leodienses scripsit et Chronicon S. Huberti Andaginensis, CLIV, 1428.

THEODORICUS, Lotharingiæ dux et marchio. Hujus exstat epistola ad Paschalem papam, an. 1115, CLXIII, 468.

THEODORICUS, Campensis abbas, florebat sancti Bernardi temporibus, cujus quædam miracula, ipse testis oculatus conscripsit, an. 1136, CLXXXV, 590, *passim*.

THEODORICUS, auctor vitæ S. Hildegardis seu potius duorum primorum librorum. Juxta Trithemium abbas fuit. Sed alii putant tantum monachum fuisse et ipsi sanctæ Hildegardi coævum, videlicet post an. 1200 vixisse, CXCVII, 91.

THEODORITUS, Lignidensis episcopus, in sinum Ecclesiæ ex Eutychianismo regressus, Hormisdæ papæ obedientiam promisit circa an. 519, LXIII, 452.

THEODORUS, episcopus Ecclesiæ Orient. *Vide* Eusebius.

THEODORUS Mopsuestenus, Antiochiæ natus a S. Joanne ab errore eductus, ordines suscepit, et postea Mopsuestæ sedem episcopalem consecutus est; sed in hæresim denuo lapsus est. Obiit, an. 428. Quædam fragmenta de eo exstant, XLVIII, 258, 416, 585, 1041.

THEODORUS (S.), papa. Natione Græcus, ex Theodoro patre episcopo, natus, vir benignus et summe misericors, ad sedem evectus est, an. 641. Obiit an. 648. De eo duplex exstat epistola, LXXXVII, 75; CXXIX, 577.

THEODORUS, Cæsareæ episcopus, cum hæresim Eutychianorum defenderet, damnatus est et excommunicatus a Vigilio papa, an. 552. Hujus hæretici capitula cum Vigilii responsionibus exstant, LXIX, 72.

THEODORUS, episcopus Cantuar. (S.), e Tharso Ciliciæ oriundus; ab initio vitam agebat monasticam; a Vitaliano papa in Angliam missus est et episc. institutus, an. 668; primus super universam Angliam potestatem exercuit. Obiit an. 690, superest ejus *Pœnitentiale*, XCIX, 902.

THEODORUS, Londoniensis episc. Initio VIII sæc. multa S. Wilfrido Eboracensi episc. mala suscitaverat; morte imminente damna hæc resarcire sategit. Hac de causa Ethelredo Merciorum regi litteras misit circa an. 702, LXXXIX, 45.

THEODORUS *Studita* dictus eo quod abbas fuerit Studii monasterii in suburbio Constantinopolis; sacras imagines defendit adversus Iconoclastas; quam ob causam multas sustinuit persecutiones et exsilium, quandiu vixit Leo imperator; ad fratres suos demum reversus, obiit an. 826. De eo exstat sermo e Græco translatus ab Anastasio bibliothecario, CXXIX, 729.

THEODOSIUS (Flavius) Magnus, imperator. Natus est in Hispania, an. 325. Insigni pietate claruit, præsertim in pœnitentia publica quam ei imposuit S. Ambrosius post cædem Thessalonicensium : multis rebus præclare gestis, obiit, an. 395. Ejus exstant constitutiones et epistolæ, XI, 1192; XX, 769, 770.

THEODOSIUS II, Arcadii filius, in solium conscendit, an. 408. Regnavit usque ad an. 450, quo obiit. De eo supersunt constitutiones, LIV, 875.

THEODOSIUS, Cæsareæ Bithyniæ episc. monothelitarum partes secutus est, cujus verba referuntur in dialogo Græco-Latino, cum S. Maximo abbate Constantinop., an. 662, CXXIX, 625.

THEODULFUS, Aurelianensis episc. Natione Italus, et ex illustri Gothorum domo ortus, ut litterarum restaurator habetur. A Carolo Magno in Gallias adductus est, an 808, sede pulsus est et in carcerem apud Andegavos trusus; sed juxta quosdam redintegratus est, an. 821, quo obiit. De eo exstant Capitula ad presbyteros, liber de ordine baptismi, alter de Spiritu sancto, et carmina, CV, 187.

THEOGERUS, Metensis episc. E nobili genere ortus, frater Folcmari comitis, vitam monasticam primum professus est et ad sacerdotium promotus, quo munere tanta reverentia fungebatur ut, cum collo stolam imponeret pene deficeret; abbas deinde factus est S. Georgii in Hercynia silva, et paulo post ad episcopatum evectus. Obiit an. 1120. De musica scripsit, CLXIII, 778.

THEOGNIUS, episcopus Græcus. *Vide* Eusebius.

THEOPHYLACIAS, archidiaconus S. Sedis, VIII sæc., an. 752, floruit. Duplicem conscripsit epistolam ad B. Bonifacium Moguntinum archiepisc. quem summe venerabatur, quem et confortatur adversus tribulationes, LXXXIX, 782.

THEOPHILUS episcop. unus e tribus legatis Lampsacenæ synodi ad Liberium pap., an. 366. *Vide* Eustathius.

THEOPHILUS, Alexandriæ patriarcha. Nimio ardore Origenis asseclas prosecutus est. S. Joannem Chrysostomum eadem de causa denuntiavit et de sede ut expelleretur et exsularet procuravit, tamen cum eo, antequam moreretur, in gratiam rediit. Ejus exstant nonnullæ epistolæ ad Hieronymum adversus Origenistas, an. 410, XXII, 755, 758, 773.

THEOPHILUS, SERGIUS et HYGINUS, monachi de quibus nihil compertum habemus nisi quod auctores habeantur Vitæ S. Macharii Romani abbatis, an. incerto, LXXIII, 415.

THEOTMARUS, Juvaviensis Ecclesiæ archiepisc. et alii Bavariæ episcopi ad Joannem IX scripserunt, querentes quod creati fuerint archiepiscopus et episcopi tres in Sclavorum terris prius Pataviensi episcopo subjectis, an. 904, CXXXI, 34.

THEOTWINUS, S. Sedis apostolicæ cardinalis. De ejus vita pauca invenimus documenta; medio XII sæc., an. 1149 floruit; de eo exstant nonnullæ epistolæ, CLXXXIX, 1140; CXC, 981.

THEUDOINUS, præpositus Catalaunensis, floruit VII sæc., an. 869, et nobis solum innotescit epistola quam misit ad Almannum monachum Altivillarensem prope Rhemos, ut vitam S. Memmii primi Catalaunensis episc. scribe et, CXXI, 386.

THEUZO, eremita et monachus S. Mariæ de Florentia, qui distinguendus est a celebri Theuzone S. Joannis Gualberti discipulo et huic nostro coævo, auctor est commentarii in Regulam S. Benedicti quem Odelrico episc. nuncupavit an. 1057, CXLIII, 843.

THEVIT quidam nobilis vir et uxor ejus Erbilt ad monasterium S. Emmerammi venerunt ut renovarent et confirmarent traditionem quorumdam bonorum. Quod actum est sub Ambrichone episc. an. 868, CXXIX, 923.

THIEBOLDUS seu THIEBALDUS, Xantensis præpositus cum ad se venisset abbatissa Gesckensis quæ deposita fuerat a Wibaldo, illius causam defendere voluit; ideo ad Wibaldum scripsit, qui ab incœpto eum revocavit an. 1149, CLXXXIX, 1217, 1278.

THIETMARUS, Merseburgensis episc. Natione Saxo filius fuit Sigifridi comitis et Cunigundæ. Primum monachus, deinde abbas factus est Corbeiensis. Obiit an. 1008. De eo superest Chronicon, CXXXIX, 1169.

THIETPALDUS, Tegernseensis monachus, notus tantum epistola quam scripsit ad S. Adelbertum Prusiensem episc. Floruit X sæc., an. 1003 exeunte, CXXXIX, 371.

THIOFRIDUS, Epternacensis abbas, in ducatu Luxemburgensi. Obiisse creditur an. 1110. Ex illo supersunt flores epitaphii sanctorum, sermones duo, et fragmenta vitæ S. Willibrordi, CLVII, 297.

THOMAS, Eboracensis episc. nomine II. Natione Nortmannus, Junior dictus est ut a prædecessore secerneretur, omni scientiarum genere et virtutum præditus; se totum Dei servitio devovit; ad episcopatum evectus est an. 1108. Obiit an. 1114. De eo exstat epistola ad Lanfrancum, et alia ad episcopos per Angliam constitutos, CLV, 1626.

THOMAS, quondam abbas Mauriniacensis. Abdicato sponte regimine, ad S. Martinum de Campis secesserat, postea regredi cupiens et iterum regere suam abbatiam, ab Ademaro legato arcessitus est, qui nepotibus suis Machario et Lancelino morem gerere volebat. De quo queritur noster abbas apud S. Bernardum; paulo post obiit in Columbensi cœnobio quo se receperat, an. 1131, CLXXXII, 683.

THOMAS BECKET (S.), archiepisc. Cantuar. Londinii natus an. 1117; a prima ætate litteris humanioribus ini-

tiatus est; deinde Parisios adiit, ibique valde profecit in juris canonici scientia; ordines suscepit an. 1138, et ob insigne meritum paulatim pervenit ad sedem Cantuariensem an. 1161. Sed cum rege Henrico rem gravissimam habuit, et demum a sceleratis trucidatus occubuit; an. 1174, ut martyr in Ecclesia colitur De eo supersunt multæ epistolæ variique tractatus, CXC, 9.

THOMAS, monachus de Radolio, cujus pauca supersunt vestigia apud biographos, in fine XII sæc. floruit. Vitam scripsit Ven. Petri Claræval. abbatis quam Walchero abbati Longipontis nuncupavit, circa an. 1200, CCIX, 1007.

THOMAS, Cisterciensis monachus, vir summe eruditus, præsertim in Scripturis quas solebat omni tempore manibus volvere et mente meditari; diu elaboravit commentarium in Canticum cantic. quem misit cum epistola ad Pontium Claromontanum episc. Exstat apud nos cum Joannis Algrini commentario collatum, circa an. 1200, CCVI, 9.

THOMAS Aquinas, *Angelicus doctor* nuncupatus. Gente Neapolitanus, in ordinem S. Dominici ingressus est. Magistrum habuit Albertum Magnum et scientia profecit præsertim coram crucifixo meditando. *Summam theologicam* insigne opus cum multo labore edidit. Obiit an. 1274. Hujus opera exstant in supplemento ad 217 tomos Patrologiæ Latinæ; sed de eo habetur elogium S. Bernardi Claræval. abb., CLXXXV, 629.

THOMAS AGNI de Leontino, Siculus, ordin. Prædicat., primo Bethleemitanus episcopus et legatus apostolicus sub Alexand. IV, deinde Cusentinus archiepisc. sub Clem IV, et demum patriarcha Hierosolymitanus factus est an. 1272. Obiit an. 1285. De eo exstat epistola ad Rudolfum Germ. imperat., XCVIII, 820.

THOMELLUS. *Vide* TOMELLUS.

THRASYBULUS, Atheniensis dux, bis patriam in libertatem vindicavit. Victor Cyzici et Ephesi victus, cum Lacedemoniis bellum gessit; ante Christum an. 390 e vita exiit. Epistolam ipsi tribuit S. Ambrosius e Græco Latine translatam. XVII, 1150.

THRUDGERUS, Theodoldi frater donator. *Vide* THEODOLDUS.

TICHONIUS Afer, quem S. Augustinus ait hominem acri ingenio et uberi eloquio præditum, sed donatistam, IV sæc., an. 399 floruit. Ejus superest liber de septem regulis, XVIII, 13.

TIMASIUS, cujus exstat epistola apud S. Augustinum. *Vide* JACOBUS.

TOMELLUS, Hasnoniensis monachus, secretarius fuit Balduini comitis, Montani cognomine; ille gravis auctor historiam fundationis monasterii Hasnoniensis scripsit. Sæc. XI, an. 1080 floruit, CLXVII, 586.

TORTHELMUS, sedis ignotæ episc. in Germania, floruit VIII sæculo. De eo exstat epistola ad B. Bonifacium Moguntinum archiepisc. an. 733, LXXXIX, 724.

TRACTEMUNDUS seu aliter REGIMUNDUS, primum Toletanus subdiaconus, mox presbyter ordinatus, ac demum Illiberitanus episcopus a Bonito Toletano episcopo consecratus, an. 946, CXXXVI, 967.

TRECCA, Britannus episcopus, scripsit ad S. Lullum Mogunt. archiepisc. cujus preces requirit; ibi Aldbertus ejus diaconus quædam eidem sancto episcopo, verba introduxit, an. 756, XCVI, 835.

TRIFOLIUS, presb. VI sæculi, cujus vitæ desunt monumenta, epistolam scripsit Fausto cuidam senatori de monachorum Scytharum doctrina, circa an. 514, LXIII, 534.

TROJANUS, episcopus Santonensis, floruit circa medium sæc. VI, an. 540. Idem ille est de quo scripsit Gregorius Turonensis in *Gloria confessorum*. Nobis reliquit epistolam ad Eunarium Nannetensem episc., LXVII, 995.

TROMUNDUS, Claræval. monachus, propter S. Bernardi canonizationem Romam adiit, et inde postea scripsit quæ acta sunt ab Alexandro III papa, circa an. 1163, CLXXXV, 626.

TURGOTUS, prior Dunelmensis, qui et Simeonis nomen usurpavit, XI sæc. floruit. Vitam dedit Ven. Bedæ presbyteri, et translationis historiam, XC, 53, 59.

TURRIBIUS, Asturicensis episc. in Tarraconensi provincia. Hostis acerrimus fuit Priscillianistarum; nonnisi pauca tradita sunt de eo documenta. Exstat de eodem epistola de non recipiendis apocryphis scripturis in auctoritatem fidei, contra Priscillianistas, ad Idacium scripta an. 447, L, 1294.

TURSTINUS, Eboracensis archiepisc. in Anglia. Hujus exstat epistola ad Willelmum Cantuar. circa 1132, CLXXII, 697.

TUSAREDUS, de quo omnino desunt documenta, accepit epistolam a quodam Ascarico episc. et eidem responsum direxit, XCIX, 1231.

TUTILO (S.), Sangallensis monachus circa finem sæc. IX, an. 898 floruit. *Itinerarius* dictus est quia e monasterio sæpius excurrere solebat ad utilitatem fratrum; post obitum inter beatos relatus est. Simul poeta, pictor et musicus fuit. Quando obierit non constat. De eo exstant nonnulla carmina, CXXIX, 664.

## U

UDALRICUS (S.), episcopus Augustanus, floruit X sæc., an. 973. Ex illo habentur sermo synodalis et charta, CXXXV. 999, 1074.

UDALRICUS, Tegernseensis abbas. Perpauca ad nos de eo pervenerunt; tantum liquet eum scripsisse quatuor epistolas, circa an. 1048, CXLI, 1321.

UDALRICUS, Cluniac. monachus. Ille vir venerabilis ex nobili Bavariæ prosapia Ratisponæ natus est; petente Willelmo Hirsaugiensis cœnobii abbate, in monasteria Alemanniæ consuetudines Cluniacenses introduxit, circa an. 1086, CXLIX, 634.

UDASCALCUS, monachus Augustanus cœnobii S. Ulrici. Ex nobili familia de Maissack ortus, monasticam vitam amplexus est sub Eginone S. Ulrici abbate, cujus comes inseparabilis fuit. Litteras et artes liberales excoluit, deinde abbas factus est an. 1126, et obiit an. 1151, CLXX, 835.

ULFILAS, Mœsogothorum episcopus Arianus. Hujus gentis episcopum fuisse et ab ea oriundum tradit Philostorgius. Linguæ Gothicæ et Græcæ peritissimus Evangelia et alios quosdam tum Veteris tum Novi Testamenti libros e Græco transtulit Gothice. Quidam eum putant totam Bibliam vertisse, sed plurima deperiisse, sæc. IV exeunte, XVIII, 462.

ULGERIUS, episcopus Andegavensis, vicissim canonicus, scholasticus et archidiaconus fuit, sed ob vastam ipsius eruditionem et eximias virtutes ad sedem episcop. Andegavorum assumptus est, quam tenuit usque ad 1147. Ex eo supersunt nonnullæ epistolæ, relatio ad Innocent. II pap. pro monasterio Rotensi, et ejus testamentum, CLXXX, 1612.

ULRICUS, canonicus et Gerardus *Sine terra* dictus de Acrimonte dominus et Rainerii fratres concesserunt terram quamdam monachis Morimundi circa 1148, CLXXXV, 1443.

ULTIANUS, notarius regis Luitprandi in Langobardia, a quo missus est ut controversiam dirimeret quæ orta erat inter Talesperianum Lucensem episcop. et Joannem episc. Pistoriensem, an. 716, LXXXVII, 1560.

UNALDUS, abbas Moissiacensis per testamentum disposuit de decimationibus quas redemerat a variis sæcularibus, et illud instrumentum in manus transmisit Hugonis Cluniac. abbatis an. 1073, CLIX, 964

UNIBERTUS seu HUMBERTUS, Lugdunensis archiepiscopus apud Sugerium se excusat quod Carnotensi colloquio ad subveniendum ecclesiæ orientalis miserabili statui in dicto adesse non possit, eo quod Senonensis archiepisc primatui suo derogare non veretur circa 1149, CLXXXVI, 1411.

URANIUS, Ecclesiæ Nolanæ presbyter, S. Paulini discipulus fuit, cui in extremis versanti religionis solatia attulit an. 431. Narrationem scripsit obitus S. Paulini ad Pacatum, LIII, 859.

URBANUS I (S.), papa et martyr S. Callixto successit: passus est sub Alexandro Severo an. 230. Quædam ipsi tribuuntur decreta apud Isidorum Mercatorem, sed supposita sunt et spuria, CXXX, 137.

URBANUS confessor. *Vide* MAXIMUS.

URBANUS II, papa. Natione Gallus, antea Otto dictus, ex Castellione in territorio Rhemensi ortus; cardinalis jam creatus ad sedem pervenit apostolicam an. 1088. Obiit an. 1099. Anathemate percussit Guibertum antipapam et quosdam clericos concubinarios. De eo exstant epistolæ, privilegia et sermones, CLI, 9.

URBANUS, episcopus Landavensis in Wallia Britannorum, circa 1119; ad Calixtum II, pap. scripsit, dum esset Rhemis, epistolam in qua mentio fit de antiqua celebritate suæ Ecclesiæ et de ejus debilitatione, præsertim ab adventu gentis Normannicæ, eumque deprecatur ut ipsi succurrat ad restaurandam istam Ecclesiam, an. 1119, CLXIII, 1338.

URBANUS III papa, antea Lambertus dictus. Mediolani ortus ex illustri Gibellorum genere, Lucio papæ successit an. 1185. Eo sedente capta est Hierosolyma a Soldano, quod tanto dolore eum affecit ut paulo post obierit, an. 1187. Ejus supersunt epistolæ et privilegia, CCII, 1329.

URBANUS V pap. Natione Gallus ex nobili domo natus, antea nomine Grimaldus, sextus papa fuit Avenionensis et Innocentii VI successor. Obiit an. 1370. De eo exstat rescriptum ad Marquardum Aquileiens. patriarc. de abusu in judiciis ferendis corrigendo an. 1367, XCIX, 664.

URSACIUS, Singidunensis episc., arianus. *Vide* VALENS.

URSUS quidam clericus factus monasterium sanctimonialium in civitate Lucensi condidit, an. 722, cujus prima abbatissa constituta est filia ejus Ursa, LXXXVII, 1366.

URSUS, subdiaconus Ecclesiæ Romanæ, vitam Latine transtulit e Græco S. Basilii, auctore S. Amphilochio Iconiensi episc. cui præfationem adjecit Ursus. Eodem tempore floruit ac Anastasius Bibliothecarius, scilicet an. 860, LXXIII, 295.

USUARDUS, monachus Sangermanensis et presb. in cœnobio S. Germani a Pratis Lutetiæ Parisiorum, floruit sub Carolo Calvo, cui opus suum scilicet *Martyrologium* dedicavit an. 875; obiit circa 877, CXXIII, 600.

UTHO, episcopus Argentinensis, filius comitis Uthonis, viri in militia clari; sese totum dedit suæ Ecclesiæ servitio, seditque ab an. 950 ad 965, quo migravit e vita. Ex eo superest vita S. Arbogasti Argentinensis episc. in prima Germania, CXXXIV, 1005.

## V

VALCANDUS, monachus factus in monasterio Mellii Monsteriensis in diœcesi Tullensi. De tempore quo floruerit silent biographi. Vitam seu potius commentarium in vitam S. Hidulfi scripsit sæc. x sive xi, CLI, 583.

VALENS, Mursiensis et Ursacius Singidunensis episcopi, arianæ hæresis fautores, semel atque iterum damnati, reditum ad fidem simulavere, S. Athanasio multas suscitarunt persecutiones, suffragiis innixi Constantii imperatoris. Patres Ariminenses deceperunt et ubique malam fidem ostenderunt. De iis exstant nonnullæ epistolæ. An. 360, VIII, 911; X, 647, 649.

VALENS (Flavius), imperator Romanus. E Pannonia ortus, Valentiniani frater et successor, arianorum partes tenuit; adversus orthodoxos plurimas emisit constitutiones : misere obiit in bello contra Gothos Mœsiæ, memorabili clade devictus an. 378, XI, 1180 *et seqq.*

VALENTINIANUS, imperator Romanus. E Pannonia oriundus, Joviani in locum suffectus est an. 364. Arianorum temulentiam continuit, defunctus est an. 375, imperium relinquens fratri suo Valenti quem sibi sociaverat. Multas constitutiones et epistolas dedit, XI, 1180; XIII, 575, 583, 593.

VALENTINIANUS (Flav. Placid. III), imperator Occidentis. E Constantio natus est Ravennæ; Honorio successit, procurante Placidia ejus matre. Aetium ducem interfici jussit, Galliam et majorem Italiæ partem amisit. Ipse autem a Petronio Maximo cujus uxorem corruperat trucidatus est, an. 455. De eo supersunt nonnullæ epistolæ et constitutiones, LIV, 622, 636, 857, 899.

VALENTINUS, cujusdam monasterii abbas, de dissidio inter suos orto circa liberum arbitrium scripsit S. Augustino quod per ordinem enarrat et quomodo ad Evodium episcopum omnem causam remiserit iis invitis : de eo exstat epistola, an. 426, XXXIII, 974.

VALENTINUS papa. Natione Romanus, ex patre Petro in via Lata natus, electus est ut succederet Eugenio II, sed 40 dies tantummodo sedit. Vir fuit eximiæ sanctitatis, an. 827, CV, 649.

VALERIA Faltonia Proba. *Vide* FALTONIA.

VALERIANUS (S.), Cemeliensis episc. in Gallia, non minus scientia quam pietate insignis; concilio Rhegiensi interfuit an. 439, et Arelatensi an. 453. Ex illo supersunt homiliæ 20, LII, 681, 755.

VALERIANUS et SIODOALDUS, Leonis cujusdam filii, cives Brixiani, jus canalis ad deducendum aquam in cœnobium S. Salvatoris venerabili Anselbergæ hujus monasterii abbatissæ concesserunt an. 761, sub regibus Desiderio et Adelgiso, LXXXVII, 1390.

VALERIUS (S.), abbas S. Petri de Montibus in Hispania, sub Wamba Gothorum rege. Quædam reliquit opuscula sive epistolas, quibus variorum visiones et revelationes narrat monachorum. Quidam eidem tribuunt vitam S. Fructuosi, sæc. VII, LXXXVII, 683.

VALERIUS (Marcus Probus), grammaticus cujus nec patriam neque genus neque ætatem novimus. Opusculum scripsit de notis antiquis et de vocum abbreviationibus a scribis usitatis, CXXX, 1177.

VALRAMUS, ab aliis Walerannus et Gualerannus sive item Wal Rabanus, Numburgensis episcopus. Ad Ludovicum Thuringiæ landgravium epistolam scripsit, illi suadens ut deficeret a Romano pontifice et partes sequeretur Henrici imperatoris schismatici. De eo exstant aliæ epistolæ de investituris a regibus factis. A Stephano Herrando Halberstat. refutatus est, an. 1110, CLIX, 986.

VANDEMIRIS, nobilis vir et uxor ejus Erchamberta, variis Parisiorum ecclesiis plurima dona contulerunt circa an. 690. Charta hæc, quæ characteribus Merovingicis describitur, in multis locis lacera est. Data fuit sub episcopatu Sigefridi, et documenta maximi momenti complectitur, an. 690, LXXXVIII, 1216.

VASO, Leodiensis episc. qui Waso seu Wazo dictus est, primum capellanus fuit, Leodii deinde scholarum magister, capellanus Henrici III imperatoris, Decanus Leodiensis præpositus et archidiaconus, tandem episcopus factus est an. 1042; obiit an. 1048. Ex eo supersunt epistolæ et chartæ, CXLII, 763.

VENANTIUS, Honorius Fortunatus. *Vide* FORTUNATUS.

VERANUS (S.), Cabellitanus episc., cujus ignoramus patriam et genus, floruit VI sæculo exeunte. Concilio Matisconensi interfuit an. 585. De eo superest sententia de clericis : non quærendum quot sint, sed quanti valeant, LXXII, 701.

VERANUS (S.), Vinciensis episc., qui patrem habuit S. Eucherium Lugdunensem episc. et frater erat Salonii Genevensis episc. Ipse quoque honore insignitus est episcopali præfuitque Ecclesiæ Vinciensi : notus est per epistolam quam scripsit ad S. Leonem Magnum pap., sæc. V, LIII, 1011.

VERUS (S.), episc. Ruthenensis, de quo nulla fere dantur documenta, concilio Rhemensi adfuit an. 625, et privilegium a S. Farone concessum monasterio S. Crucis, cum aliis episcopis subscripsit. Obiit an. 656. Ex ejus scriptis duæ tantum supersunt epistolæ, LXXX, 446.

VICTOR (S.), pap. et mart. Gente Afer, S. Eleuthero successit an. 187. Theodorum Byzacenum excommunicavit et pro Christi fide passus est an. 197. Ejus supersunt juxta Isidorum Mercat. decretum de Pascha et epistola ad Afros, CXXX, 121.

VICTOR PUBLIUS. *Vide* PUBLIUS.

VICTOR Vitensis, presb. Africanus, in persecutione Hunerici regis, confessores innumeros in exilio secutus est, non exsulans ipse, sed ut exsulibus serviret eosque consolaretur. Scripsit hujus persecutionis historiam in V libros sub inscriptione, *De persecutione Vandalica*. Obiit an. 481, LVIII, 126.

VICTOR Marius Claudius, Massiliensis, ad proprium filium Etherium dedicavit suam commentationem in Genesis initium, in qua homo videtur secundum litteratura imbutus et parum in sensu mystico Scripturarum exercitatus. Claruit temporibus Theodosii junioris et Valentiniani an. 426, LXI, 955.

VICTOR, episcopus Africanus, floruit an. 553, quo ad Fulgentium Ruspensem scripsit, et a Victore Carthag. episc. differt, siquidem hic floruisse dicitur tantum an. 646, LXV, 372.

VICTOR, Capuanus episcopus, de quo silent auctores biographi, nobis innotescit libello de Cyclo paschali an. 550, LXVIII, 251, 1097.

VICTOR, Tunonensis seu Tununensis episcopus. Acerrime propugnavit tria capitula, et quia restitit decretis tum Vigilii papæ, tum Justiniani imperatoris, in exsilium missus est, et postea in monasterium quoddam Constantinop. detrusus. Obiit an. 556. Ejus exstat tantum fragmentum, LXVIII, 937.

VICTOR, Carthaginensis episc. Fortunato propter hæresim depositio subrogatus, est et nihil antiquius habuit quam se profiteri catholicum, suamque fidei professionem juxta veterum morem ad Theodorum pap. misit in epistola quæ exstat, an. 646, LXXX, 635.

VICTOR II papa, antea nomine Gebehardus seu Eberhardus, episc. Achistatensis. Natione Germanus fuit, nobilique prosapia oriundus. Vir summe prudens et valde eruditus ad Petri cathedram sublatus est an. 1055; obiit an. 1057. De eo exstant epistolæ et diplomata, CXLIII, 799.

VICTOR III, pap. Patria Beneventanus, e domo illustri hujus urbis principum ortus an. 1027. Primum nomine Duuferii notus et Desiderii in monasterio Cassinens. vitam profitebatur monasticam; Gregorio successit an. 1086 et an. 1087 obiit. De eo supersunt epistola et dialogorum libri III, CXLIX, 962.

VICTORINUS (S.), Petavionensis episc. et martyr Natione Græcus, in exeunte sæc. floruit, sub Diocletiano passus est. De eo supersunt fragmentum de fabrica mundi et Scholia in *Apocalypsim* S. Joannis an. 303, V, 301.

VICTORINUS MARIUS, gente Afer, teste Hieronymo, rhetoricam Romæ docuit, et adeo claruit ut illi statuam voverint discipuli. In senectute ad fidem Christianam se convertit. Ejus exstat liber ad Justinum Manichæum an. 372, VIII, 992.

VICTORIUS, Cenomanensis episcopus, concilio Turonensi interfuit an. 460, et una cum Leone Bituricensi et Eustochio Turonensi ad altos misit episcopus Lugdunensis epistolam qua excommunicati declarantur qui

præternisso ecclesiastico judicio, sæcularem adierint potestatem clerici, an. 460, LIV, 1259.

VICTRICIUS (S.), Rotomagensis episc. Primum militiæ sæculari addictus est. Miro modo ad fidem conversus, et sacerdos factus in Flandriam Christi Evangelium portavit. Ad episcopatum electus est an. 385, eo quod fama ejus de die in diem creverat in Ecclesia; obiit an. 410. Librum scripsit De laude sanctorum, XX, 438.

VIGILA, Albeldensis monachus in Hispania, de quo nihil traditur nisi quod continuationem dederit Chronici Albeldensis a Dulcidio incepti sæc. IX, CXXIX, 1123.

VIGILIUS (S.), episcopus Trident. et martyr. Gente Romanus, Athenas adiit ut liberalibus studiis vacaret; episcopus postea factus est a Valeriano Aquileiensi episcopo. Duplici gloria coronatus est martyrii et virtutum; De eo supersunt duæ epistolæ an. 381, XIII, 344.

VIGILIUS, diaconus et monachus, vir in Scripturis valde eruditus et disciplinæ monasticæ custos et rector. Multa scripsit ad monachorum ædificationem, quorum tantum superest monachorum regula, vulgo *regula Orientalis* dicta. Obiit an. 430, L, 374.

VIGILIUS, Tapsensis episc. Gente Afer, in Bysacena claruit an. 484, episcopus creatus est, sed sævitia Vandalorum Arianorum patriam suam deserens Constantinopolim adiit, ibique libros suos scripsit adv. Eutychianos, Arianos et Sabellianos. Librum edidit de unitate Trinitatis, librosque XII *De Trinitate* an. 518, LXII, 94.

VIGILIUS papa. Gente Romanus, ex patre Joanne natus, annos sedit 17. Primum sedis apostolicæ invasor fuit, vivente Silvero, sed postea legitima facta est ejus electio obitu Silveri et assensu cleri. Obiit an. 555. De eo exstant epistolæ et decreta, LXIX, 9.

VIGILIUS, Antissiodorensis episc. Monasterium in honorem B. Mariæ extra muros civitatis suæ exstruxit; plurima deinde eidem concessit monasteria per Chartam an. 670, LXXXVIII, 1193.

VINCENTIUS (S.), Lirinensis abbas seu monachus, in qua insula diu vitam monasticam egit. Pauca de eo habentur documenta. Theologus hic eruditissimus obiit an. 450. De eo superest celebre Commonitorium pro fidei catholicæ auctoritate adversus profanas hæreticorum novitates, L, 629.

VINDICIANUS, episc., quem novimus tantum ex epistola sua ad Joannem pap. in qua ejus rescriptum inscribitur, quo confirmantur privilegia ecclesiæ S. Mariæ Atrebatensis an. 680, LXXXVIII, 1200.

VITALIANUS papa, patria Signiensis in Campania de patre Anastasio natus, electus post Eugenii I obitum an. 657. Obiit autem an. 672. Omnem adhibuit curam in tuenda stabiliendaque ecclesiastica disciplina. Ex illo supersunt epistolæ, LXXXVII, 998.

VITIGES, Gothorum rex, Theodati successor fuit, Belisario bellum indixit, sed devictus captivus ductus est Constantinopolim, ubi obiit an. 1563. De eo habentur nonnullæ epistolæ, LXIX, 819.

VIVENTIOLUS, Lugdun. episcopus. Primum monasticam vitam duxit in monasterio Cordatensi ubi educatus est et sacerdotio initiatus : an. 557 ad episcopatum Lugdunensem promotus est, quando autem obierit incertum. Ex eius scriptis una superest epistola ad S. Avitum, LXVII, 994.

VIVENTIUS episc. *Vide* CYPRIANUS.

VIVIANUS, Fucherii frater, Villam Pomerariam nuncupatam et villam Levoz monasterio S. Petri Carnotensis dono contulit an. 988, CLV, 244.

VIVIANUS, Præmonstratensis canonicus, vir in rebus theologicis versatissimus, videtur unus fuisse ex discipulis S. Norberti, cum floruerit paulo post hujus congregationis fundationem. De eo exstat Harmonia sive tractatus de libero arbitrio et gratia, an. 1150, CLXVI, 1322.

VIVIANUS de Caifa et ejus filius PAGANUS, quasdam terras concesserunt capitulo canonicorum S. Sepulcri inter Caiphan et Palmaræam sitas in Syria an. 1165, CLV, 1218.

VIVIANUS (magister), Ecclesiæ Romanæ advocatus, qui regem Angliæ adierat in causa D. Thomæ Cantuariensis; duplicem misit epistolam ad sanct. archiep; item scripsit Alexand. II et regi Anglorum eadem de causa, sæc. XII, CXC, 690, 691.

VOLDARIUS, Aquileiensis patriarcha; statuit solemnitatem B. Mariæ Magdalenæ celebrandam esse cum officio IX lectionum, et cessit canonicis ejusdem ecclesiæ stationem quamdam jure proprietatis ad servitium hujus festi procurandum, an. 1180, XCIX, 645.

VOLMARUS alias Volkemarus. Complures Claræ-vall monachi S. Bernardi socii et discipuli narrationem contexuere miraculorum hujus S. Patris, an. 1150, CLXXXV, 385.

VOLUSIANUS, cui scripsit Augustinus, Melaniæ Junioris avunculus fuisse creditur et Albinæ frater; consulatum in Africa gessit cum tribuno Marcellino curantibus Melania nepti et Proclo Constantinop. episc. In extremis baptizatus est, juxta Photium et Metaphrastem. In epistola quasdam quæstiones S. Augustino posuit, an. 412, XXXI, 1253.

VULFADUS, episc. Bituric., in locum Radulphi suffectus est an. 866 a Carolo Calvo imperatore, cujus filium Carlomannum educavit. Pallium archiepiscopi obtinuit ab Adriano II papa an. 869, et vitam clausit an. 876. De eo superest epistola pastoralis ad parochos et parochianos suos, CXXI, 1136.

VULGRINUS, LXII archiepiscopus Bituric. Vir fuit nobilis, doctus, consilio providus et omni virtutum decore ornatus, qui D. Sugerium abbatem S. Dionysii consecravit, præsente Ludovico rege; ubi Girardus Engolismensis episc. vir factiosus partes Petri Leonis antipapæ defendere cœpit, ipse vehementer pro Innocentio II scripsit et omnes Galliæ episcopos secum suis epistolis adduxit, an. 1130, CLXXX, 41.

VULSTANUS (S.), Wigorniensis episc. sæc. XI floruit. Plurima patravit miracula; eum sæpissime consuluit S. Anselmus Cantuar episc. De an. quo obierit non constat; sed non videtur obiisse ante 1095. De eo exstat epistola ad sanctum Anselmum, CLIX, 202.

## W

WALAFRIDUS Strabus, sive Strabo, ita dictus a vitio oculorum. De ejus patria certant eruditi : juxta Sigebertum Gemblac. Suevus fuit; Rabanum Maurum præceptorem habuit; primum monachus et decanus S. Galli, deinde factus est abbas Augiæ Divitis in diœcesi Constantiensi. Obiit an. 849 in itinere per Galliam quo missus fuerat cujusdam negotii expediendi causa. De eo exstat Glossa ordinaria seu commentaria in Scripturas, opera historica, et carmina, CXIII-CXIV.

WALBERTUS, Pontivensis et Tornacensis comes, vir eximiæ probitatis, juxta prædictionem S. Bertini, crus fractum habuit, sed, eo intercedente, incolumitatem recuperavit, unde villam Arcas et multa alia prædia dedit S. Bertini monasterio an. 668, CXXXVI, 1192.

WALBERTUS, abbas de Esrom, florebat circa 1180. Quasdam compositiones confecit cum fratribus S. Thomæ de Paracleto an. 1178, CCIX, 752.

WALDEBERTUS, venditor. *Vide* HARDRADUS.

WALDRAMNUS, Argentinensis episcopus creatus est an. 888, et obiit an. 905. Hic distinguendus est a Waldramno S. Galli monacho, qui eodem floruit tempore. Poema elegiacum scripsit ad Salomonem episc. ut eum consolaretur de morte fratris sui, an. 905, CXXXII, 574.

WALERANNUS seu Gualerannus, comes Castri Melenti; cum quidam Wallerius nomine uxorem duxisset unam ex ancillis suis, eo inscio, utrumque mancipium usurpavit, sed precibus Landrici abbatis S. Petri Carnot. illos mancipavit in gratiam hujus monasterii an. 1071, CLV, 309.

WALFRANDUS, Walperti ducis filius ipse dux fuit et episcopus Lucensis; circa 739. sub Astolpho rege per testamentum omnia bona quæ possidebat concessit ecclesiis S. Martini, S. Fridiani, S. Reparatæ et xenodochio Lucensi, LXXXVII, 1405.

WALTERIUS, Aurelianensis episc. De ejus vita nihil fere reperitur. Quædam promulgavit capitula in synodo quam celebravit apud Bullensem Fundum secundo suæ ordinationis anno, an. 867, CXIX, 725.

WALTERIUS, Senonensis episc. præcedentis Walterii Aurelianensis nepos antea canonicus majoris ecclesiæ, scientia et nobilibus dotibus claruit. Evrardo successit in sede Senonensi consecratusque est an. 887. Cum minas intendisset Richardo Burgundiæ duci ab eo captus est et incarceratus an. 896. Ad ecclesiam reversus aliquot post menses eam ex tunc tranquille rexit. De eo exstant statuta, an. 923, CXXXII, 717.

WALTERIUS Dorcassinus comes et Theotfridus, mononasterio S. Petri Carnot. donavere ecclesiam sub titulo S Georgii consecratam, an. 965, CLV, 222.

WALTERIUS, comes, Cellam Ledonis Curiæ donavit monachis S. Petri Carnot., an. 1055, Landrico abbate, CLV 528.

WALTERIUS PAGANUS, Teduini filius, quasdam dimisit consuetudines in gratiam monasterii S. Petri Carnotensis an. 1070. Item per aliam chartam quosdam servos manumisit an. 1061, CLV, 319.

WALTERIUS quidam, clericus de Montemirabili, mo-

nasterio S. Petri Carnot. remisit medietatem sepulturæ, panis atque candelarum ecclesiæ Alogiæ quam usurpaverat an. 1080, CLV, 326.

WALTERIUS, Flodaldi filius, cum uxore sua et sorore Alodum Piei Villaris quem a Bernardo socero suo tenebat, simul et duos alios alodos dono contulit monast. S. Petri Carnot. an. 1080. De eo exstat et alia charta, CLV, 346, 356.

WALTERIUS, episcop. Cabillonensis seu Gualterius dictus, electus est, an. 1080; ad Cisterciensis ordinis fundationem et propagationem omnibus viribus intendit. Obiit an. 1120. Ejus exstant diplomata, CLX, 1166.

WALTERIUS, Walterii Pineti filius, et ejus frater Henricus Clarævalli dederunt quidquid habebant juxta Petrecinium et in ejus finagio (absque anni mentione), an. 1147, CLXXXV, 988.

WALTERIUS, Camerarius Corbeiensis, ad Wibaldum rationem reddens de ædificiis corruendis, optatque ut quam cito Corbeiam redeat an. 1148, CLXXXIX, 1181.

WALTERIUS, abbas S. Laurentii Leodiensis, D. Wibaldo Corbeien. abb., gratias agit quod in Synodo Leodiensi ejus defensionem susceperit, an. 1152. CLXXXIX, 1446.

WALTERIUS, Rotomagensis archiepisc., decimam de Diepa et Botellis concessit capitulo Rotomagensi an. 1198, CCVII, 1166, 1179.

WALTERUS, Albanensis episc. et domni Papæ vicarius, sæc. XII, florebat. Gilberto Londoniensi episcopo per epistolam narrat quemdam subdiaconum apud se venisse et absolutionem petiisse ab excommunicatione quam incurrerat causa homicidii; quem et propter ejus epistolas commendatitias absolutum dimisit, CXC, 1017.

WANDALBERTUS, Prumiensis monachus, IX sæc. an. 870, florebat. Gente Teutonicus, a primæva ætate vitam amplexus est monasticam; deinde promotus ad diaconatum, præpositus est scholæ monasterii Prumiensis, scriptor celebris. Quando obierit non constat. De eo habemus *Martyrologium*, librum *De nominibus duodecim mensium*, carmen de creatione mundi, et Vitam sancti Goaris, CXXI, 574.

WARINUS, Metensis monasterii abbas. Aliquando cum Joanne Fiscamnensi abbate rem habuit, an. 1078, CXLVII, 465.

WARNAHARIUS (S.), presb. Lingonensis, cujus ortum ut obitum ignoramus, florebat circa initium VII sæc. an. 615. A S. Ceraunio Parisiensi episcopo rogatus utpote vir eruditus, Acta SS. martyrum Tergeminorum fratrum descripsit, LXXX, 186.

WARNEFRIDUS (Magnificus), Castaldius civitatis Sinensis, dona quædam fecit ecclesiæ S. Eugenii Sinensis quam ipse fundaverat. De illa donatione, exstat charta sed valde mutila an. 1403. Vixit an. 751, LXXXVII, 1405.

WENRICUS, et ejus frater Albertus juxta patris sui votum ecclesiam B. Mariæ Treconis concesserunt monachis S. Petri Carnot. an 1080, CLV, 339.

WERNERUS, episc. Mindensis, Henrici successor, ad venerab. Wibaldum Corbeiensem abbat. scripsit an. 1156. Obiit circa 1160, CLXXXIX, 1439, 1444.

WERNERUS, abbas S. Blasii in Silva Nigra, de quo loquitur Felix Faber in Suevorum Historia. Apud Ellerbach e nobili genere ortus est. Abbas factus, devotissime et misericorditer monachos suos rexit, reclusorium pro sanctis virginibus juxta suum monasterium exstruxit. Obiit an. 1126. Libros scripsit defloratorum SS. Patrum, CLVII, 719.

WERNERUS, Kircheimensis abbas, XII floruit sæc. Sancta Hildegardis eum precibus efflagitat et ejus verba scripto consignata habere vult, CXCVII, 268.

WETBERTUS, presb. et monachus qui e Britannia ad Bonifacium venerat ut fidem Saxonibus et Hessonibus adhuc gentilibus prædicaret. Scripsit ad fratres suos Glestinburgen. monachos se feliciter aditi.. eris terminum pervenisse, an. 747, LXXXIX, 773.

WETZEL, vir irreligiosus et seditionis fautor, instat apud Fridericum imperatorem, ut, excusso S. Pontificis jugo, imperium a senatu populoque Romano tantum recipiat, an. 1152. CLXXXIX, 1421.

WIBALDUS, Stabulensis, postea Corbeiensis abbas. Leodii natus est in Arduenna Silva, e nobilissima familia. Commissus est adhuc puer abbati Stabulensi ut instrueretur; inde Leodium venit ut studiorum curriculum absolveret. Monasticam vitam amplecti jam in mente habens domum Vasonis magistri intravit, et ita profecit ut brevi præpositus sit scholæ. Inter Stabulenses monachus et abbas factus est, postea regimen Corbeiæ monasterii assumpsit. Ille vir amicus fuit Lucii II papæ et in aula imperatoris magna potitus est auctoritate, ita ut merito dictus sit *Sugerius* suæ gentis: Obiit an. 1158. De eo exstant non paucæ epistolæ, CLXXXIX, 1075.

WIBERTUS, Tullensis archidiaconus, vitam conscripsit S. Leonis IX papæ, qui primo Tullensis fuerat episcopus et ipsi coævus, vixit an. 1055, CXLIII, 457.

WIBOLDUS, Cameracensis episc., antea Noviomensis archidiaconus. Vir fuit æque sæcularibus et ecclesiasticis disciplinis imbutus. Electus est in episcop. an. 965. Ut clericos averteret a ludo alearum, ludum quemdam cum suis regulis composuit, quo virtutibus vitia domare edi scerent. Ipso anno ordinationis suæ obiit, CXXXIV, 1007.

WICARDUS, abbas monasterii cujusdam non longe ab oppido Bonna, de reliquiarum dono gratias agit per epistolam, an. 840, CVI, 872.

WICBERTUS, abbas in Anglia, epistolam direxit ad S. Lullum, archiepiscopum Mogunt. an. 756, XCVI, 856.

WICBODUS seu Wigbaldus florebat circa finem VIII sæc. an. 790. Commentarium scripsit super octo priores libros Veteris Testamenti, quod fecit sub forma Dialogi. A discipulo objiciuntur difficultates quas responsis solvit Magister, XCVI, 1102.

WIDBERTUS, abbas S. Petri Carnotensis an. 967. Quarumdam terrarum commutationem contraxit cum quodam Ingelerio, CLV, 225.

WICMANNUS, Magdeburg. archiepisc. Litem componere conatus est inter Wibaldum Corbeiensem abbatem et episcopum Osnabrugensem, an. 1136, CLXXXIX, 1441, 1446.

WIDEGERNUS, Argentoratensis episc. De eo silent biographi. Nobis notus est tantum charta qua confirmat monasterii Morbacensis fundationem ab Eberardo comite et illud ornat privilegiis, an. 728, LXXXVIII, 1280.

WIDERADUS, Flaviniacensis abbas, testamentum fecit quo multa legat tum basilicis SS. Andochii, Fereoli, et Reginæ, tum monasterio S. Præjecti Flaviniacensis, an. 721, LXXXVIII, 1268.

WIDERICUS Oacrii, Lotharingiæ ducis filius, Bertham Sigeberti Metensis regis amitam uxorem duxit, cui dotem opulentissimam præstitit. Sed cum hæredibus se orbatum perspexisset maximam partem bonorum quæ possidebat impendit in condendo Hasterii monasterio quo de consensu episcopi, clericis quibusdam prave agentibus ejectis, moniales introduxit an. 626, LXXXVIII, 1159.

WIDO, monachus Horbacensis cum alio fratre ad S. Lullum Mogunt. archiep. scripsit ut presbytero Machario ejusdem monasterii permitteret officium peragere in quadam ecclesiæ suæ diœcesis an. 774, XCVI, 847.

WIDO, electus est rex Italiæ et apud Papiam coronatus, sed mox Arnulfo cedere coactus est. Obiit an. 894. De eo exstat electionis descriptio et leges, CXXXVIII, 797.

WIDO, monachus monasterii ignoti, scripsit ad Heribertum Colonien. archiepisc. quem variis calumniis impetitum fuisse docet Rupertus Tuitiensis abbas, circa an. 1000, CLI, 637.

WIDO, Cisterciensis abbas, descripsit constitutiones militum de Calatrava, quas direxit ad Nonnum hujus ordinis magistrum et ad Innocent. III ut eas confirmaret, an. 1198, CCXVII, 284.

WIDO dominus de Sanz et ejus uxor Elisabeth concessere fratribus Albæ Ripæ partem cujusdam vauræ, an. 1203. De eodem aliæ supersunt nonnullæ chartæ. Obiit an. 1209, LXXXV, 1433, 1437.

WIDRADUS episcopo Hildigrim vendidit quidquid in pago Nivensi possidebat pro solidis VI, quod factum est in loco qui dicitur Ad crucem, an. 818, XCIX, 814.

WIDRICUS, abbas S. Ghisleni in Hannonia, Heribrando abbati successit an. 1056. Ejus superest epistola ad Henricum III imperat. contra Balduinum comitem qui monasterium S. Ghisleni dire vexabat, an. 1065, CXLI, 1371.

WIDRICUS, Danobriensis senior (dominus) et ejus uxor Gepa offerunt cellam S. Christophori de Magno Vico Hugoni abbati Cluniacensi et multa alia dare promittunt, sæc. XI, CLIX, 941.

WIDUKINDUS, Corbeiensis monachus. Patria Saxo a juvenili ætate vitam amplexus est monasticam in cœnobio Corbeiæ. Sed discendi causa Hirsaugiam adit et postea ad Corbeiam rediit ubi scholis præfuit. Obiit circa an. 983, scripsit de gestis Saxonum libros III, CXXXVII, 115.

WIFREDUS seu Guifredus Narbonnensis archiepisc. Ab Oliva Vicensi episcopo invitatus, cum episcopis suæ provinciæ et magno clericorum comitatu venit ut dedicaret ecclesiam ab isto fundatam, et synodum apud Narbonam eodem anno tenuit cui præfuit. Olivæ Vicensis seu Ausonensis exstat epistola synodica, an. 1038, CXLII, 603, 607.

WIGANDUS, Tharisiensis cœnobii abbas, circa 1127.

Ad Ottonem Bamberg. episc. scripsit eum exhortans ut e Pomerania quo Evangelium prædicare inceperat cito reverteretur; propter bella et incendia quæ tum circa suum furebant monasterium quæ et ejus præsentia tantum extinguere posset, CLXXIII, 1342.

WIGO, Phyuthwangensis decanus, an. 980 floruit. De ejus biographia nihil fere superest. De eo exstant epistolæ XIII, CXXXVII, 9.

WIGO, comes de Vizilia, juxta Gratianopolim, Hugonem Cluniac. abbat. monet ei et successoribus ejus concessum esse honorem de Vizilia, etsi quidam adversati fuerint, pro quibus indulgentiam expostulat, sæc. XI, CLIX, 941.

WILFRIDUS (S.), Eboracensis episc. Multas passus est perturbationes propter quorumdam ambitionem; diu exsul exstitit a propria sede; Romam adiit ut papæ causam suam committeret; sed Alfredo rege, qui eum deposuerat, jam emortuo, concilium convocavit, et in sedem restitutus est. In pace obiit an. 705. De eo exstat epistola ad Joannem VII papam, LXXXIX, 47.

WILHELMUS, Bernardi comitis filius et Ausciorum archiepisc. cum suis fratribus ecclesiam S. Michaelis de Monte Alto concessit Hugoni Cluniac. abbati, an. 1069, CLIX, 961.

WILHELMUS (S.), abbas Hirsaugiensis. E nobili Bavariæ familia, a religiosis parentibus ortus, adhuc puer oblatus monasterio S. Emmerammi, an. 1068 factus est abbas Hirsaugiensis, ubi floruit usque ad an. 1091 quo defunctus est. Summa ingenii polebat excellentia, et variarum artium peritia, ut patet ex ejus scriptis. De eo exstant constitutiones Hirsaugienses, tractatus de musica etc., CL, 890.

WILHELMUS, prior Ursicampi insignis monasterii ordinis Cisterciensis an. 1129 fundati, a Richardo S. Victoris priore petit aliquid ex ejus opusculis describendum, an. 1172, CXCVI, 1226.

WILLEBURGA, prædium seu terram vendidit episcopo Hildigrim in pago Rurægavia, quod actum est in Werthinensi monasterio sub Caroli Magni imperio.

WILLELMUS, *Pius* dictus, Arvernorum comes, et Aquitanorum dux. Si fundator proprie non sit celebris abbatiæ Cluniac., saltem præcipuus restaurator merito reputatur, ut constat omnibus quæ huic donavit monasterio an. 910, CXXXIII, 843.

WILLELMUS, honoris Alogiæ dominus, Mahildis filius et Eustachiæ maritus, Ecclesiam S. Leobini Castridunensis concessit cum quibusdam terris monasterio S. Petri Carnotensis an. 1080, CLV, 338.

WILLELMUS de Sumbernone, militiæ addictus, per chartam declarat quod quidam e fidelibus famulis cum vovisset Dei servitio se totum dare, improvisa morte se mox rapiendum videns, petiit ut in cœnobio quo degere voverat sepeliretur, item et susciperetur donum quod prius promiserat, an. 1081, CLV, 352.

WILLELMUS Calculus, Gemmeticensis monachus, de quo pauca supersunt documenta circa finem XI sæc. an. 1087 floruit. Natione Nortmannus fuit, et ordinem professus est S. Benedicti. Libros VIII scripsit de Historia Nortmannorum, CXLIX, 778.

WILLELMUS I, dux Nortmannorum, *Conquestor* dictus eo quod Angliam armis obtinuerat, filius erat nothus Roberti ducis et Harbeliæ, civis cujusdam Falesiensis filiæ. Coronatus est in Anglia an. 1066, et obiit an. 1087 post multa præclare gesta. Ex illo exstant leges, epistolæ et diplomata, CXLIX, 1218.

WILLELMUS, Clusiensis monasterii monachus, de quo nihil pene compertum habemus, floruit desinente XI sæc. an. 1097 et vitam monasticam professus est sub venerab. abbate Benedicto II. Historiam Clusiensem scripsit simul et vitam abbatis Benedicti, CL, 1447.

WILLELMUS, achidiaconus Pictaviensis, et deinde Lexoviensis, XI sæculo, an. 1098 floruit. Gesta conscripsit Willelmi Conquestoris, Angliæ regis, CL, 1593.

WILLELMUS, Burgundionum et Matisconensium comes, confirmavit an. 1107 omnes donationes a suis prædecessoribus factas monasterio Cluniac., CLIX, 979.

WILLELMUS de Buris duo casalia concessit monasterio S. Sepulcri sub Fulcone rege et Willelmo patriarcha, an. 1132, CLV, 1172.

WILLELMUS, Petragoricensis episc. Pontio Cluniacensi abbati ecclesiam S. Theodori de Rocaboucort concessit de consensu totius cleri Petragoricæ sedis a... 1121, CLXVI, 851.

WILLELMUS, monachus Malmesburiensis. Genere Nortmannus, majorem vitæ partem egit in monasteriis, tempus devovens litteris atque scientiis quod officiis non expendebatur. Dies ejus ortus et obitus incerti. De illo supersunt libri V Gestorum Anglorum, et libri V de gestis Anglorum Pontificum, liber unus *De antiquitate Glastoniensis ecclesiæ*, et vita S. Vulstani, an. 1143, CLXXIX, 956.

WILLELMUS, Æduensis ecclesiæ decanus, ad Sugerium scripsit ut ratam haberet electionem Henrici ducis Burgundiæ fratris et archidiaconi, in abbatem Cisterciens. an. 1147, CLXXXVI, 1371.

WILLELMUS, ecclesiæ S. Sepulcri in Jerusalem prior factus, quasdam tulit constitutiones pro universis domibus congregationis suæ; inde patriarcha factus est, floruit circa 1148, CLV, 1111 *et passim*.

WILLELMUS, comes Nivernensis, cujus pater in Carthusiam secessit an. 1147; ibique a cane devoratus est. Ipse autem ab Hierosolymis rediens an. 1149, naufragio in itinere imminente se pluribus votis astrinxit, Sugerioque scripsit et obsecratus est ut apud S. Dionysium ipsum videre queat et cum eo colloqui, CLXXXVI, 1382.

WILLELMUS, Sandionysianus monachus sub regimine Sugerii, cujus animum ita sibi conciliavit ut ejus secretarius factus sit. Altercationes habuit cum Odone, successore Sugerii, et ideo monasterium deseruit et ad prioratum transiit S. Dionysii. De eo supersunt epistolæ et vita S. Dionysii; obiit an. 1152, CLXXXVI, 1468.

WILLELMUS, Antissiodorensis episc., XII sæc. vixit. Epistolam Alexandro III papæ scripsit adversus Gilbertum London. episcopum pro Thoma Cantuar. circa 1174, CC, 1406.

WILLELMUS, Carnot. episc., floruit XII sæc. 1174. Alexandro III papæ scripsit pro Thoma Cantuar, CC, 1407.

WILLELMUS, Stephani cujusdam filius, S. Thomæ concivis, clericus et in ejus capella subdiaconus, ad ejus mensam vixit et quotidie cum eo colloquebatur. Post illius ædem, vitam ejus conscripsit Willelmus, incipitque ascriptione civilatis Londoniæ, his in temporibus, an. 1175, CXC, 105.

WILLELMUS, Siciliæ rex, prohibet ne quis vexet quoquomodo personas ad ecclesiam S. Sepulcri pertinentes, et eorum jura lædat et possessiones per regnum sparsas, an. 1178, CLV, 1250.

WILLELMUS de Thierno in Arvernis, et uxor ejus Adeleida terras quasdam in Limaniæ territorio sitas donavere B. Hugoni Cluniac. abbati, ineunte XII sæc. De quo exstat alia donatio eidem facta, CLIX, 980.

WILLELMUS et AUDEBERTUS medietatem mansi monachis Fontis Gonibaudi concessere, et decreverunt eamdem dare postea sanctimonialibus Fontis Ebraldi: quod actum est in ecclesia B. Petri Pictaviensis, sæc. XII, CLXII, 1111.

WILLELMUS, monasterii S. Trinitatis London. abbas, XII sæc. floruit. Hujus exstat epistola ad Alex. III pap., CXC, 687.

WILLELMUS, Radingensis abbas, floruit XII sæc sub Alexand. III. De eo nihil alius reperimus nisi aliquot epistolas ad eumdem pap. missas, et ad Thomam Cantuar, CXC, 688, 692.

WILLELMUS, Norvicensis episc. XII sæc. floruit. Ad D. Thomam Cantuar. archiepisc. duos misit presbyteros qui de terra comitis Hugonis interdicto subjecta venientes apud se celebrare præsumpserant ab ipso jam absolutos et petens, ut pariter eos absolvat postquam juraverint stare interdicto episcopi sui, CXC, 1021.

WILLELMUS, Ramesiensis, Gilbertum Romam adeuntem Alexandro III papæ commendat in causa Thomæ Cantuar., sæc. XII, CC, 1439, 1440.

WILLELMUS, Senonensis episc. qui XII sæc. floruit sub Alexandri III pontificatu; quem epistola deprecatus est ut confirmet sententiam excommunicationis a Thoma Cantuar. latam adversus episcopos London. et Saresberien., CC, 1425.

WILLELMUS, ecclesiæ Acconensis episcopus, cognitor electus in causa quadam inter canonicos S. Sepulcri et monachos de Latina super decimas cujusdam casalis, omnibus perpensis canonicos absolvit (absque anni nota), CLV, 1231.

WILLELMUS, subprior Cantuariensis vitam scripsit B. Thomæ, cujus tantum supersunt pauca fragmenta sub quadrilogi forma; quæ tamen gemini speris naturam non exhibent. Nulla ejus memoria exstat. CXC, 233.

WILLELMUS quidam epistolam nuncupatoriam adjecit operi Willelmi Rhemensis archiepiscopi, cui titulus: *Microcosmographia*, CCIX, 869.

WILLELMUS, Papiensis cardinalis. *Vide* OTTO.

WILLELMUS (S.), abbas S. Thomæ de Paraclito in Dania. Ex nobili prosapia ortus, an. 1104, Hugoni abbati S. Germani de Pratis traditus est ut educaretur; fere omnes condiscipulos in studiis liberalium artium superavit. Factus canonicus regularis quæ ad eum pertinebant fideliter exsequebatur, an. 1161 in Daniam cum venisset, factus est abbas Roschildensis, deinde S. Thomæ Cantuar.

Obiit an. 1202. Ex eo supersunt epistolarum libri II et diplomata, CCIX, 589.

WILLELMUS de Campania *Ad albas manus* dictus, archiepisc. Rhemensis, quartus filius Theobaldi IV comitis et Mathildis Carinthiacæ. A juventute clero ascriptus est; deinde episcopus Carnotensis factus an. 1176, unde transiit ad archiepiscopatum Senonensem et demum ad ecclesiam Rhemensem. Obiit an. 1202. Ex illo supersunt epistolæ et diplomata, CCIX, 825.

WILLIBALDUS, S. Bonifacii discipulus et biographus. In Anglia natus, litteris ediscendis incubuit in monasterio Waltheimensi; inde profectus est in Palæstinam ut loca sancta visitaret, et reversus apud montem Cassinum se recepit. Deinde an. 738 ad S. Bonifacium missus est a Gregorio III papa et presbyter ab eo ordinatus, tandem episcopus Eistetensis. De eo exstat Vita S. Bonifacii, LXXXIX, 536.

WILLIBRORDUS (S.), Ultrajectinus episc. Gente Britannus, ad inferiorem Germaniam transiens a Sergio Romano pontifice, rogante Pipino Francorum rege, Ultrajecti archiepisc. factus est; quam ecclesiam rexit 40 annos. Obiit an. 739. De illo exstant diplomata, LXXXIX, 537.

WILLIHELMUS, comes, maxima dona contulit S. Emmerammi monasterio in loco quodam Bernicha nuncupato an. 833 et an. 834, CXXIX, 932.

WINFRIDUS. *Vide* Bonifacius (S.), archiep. Mogunt.

WIPPO, presbyter in Burgundia natus. Sacellanus seu eleemosynarius fuit imperatoris Henrici III. Ex illius scriptis supersunt Vita Conradi Salici imperat. Panegyricus ad Henricum III; carmina et proverbia, CXLII, 1214.

WITGERUS, presb. Compendiensis genealogiam contexuit Arnulfi Flandriæ comitis, circa an. 959, cujus exstat autographus manuscriptus apud S. Audomarum, CCIX, 927.

WLFAJUS, alias Wlfagus, condiscipulus Magistri Milonis sub Haimino S. Amandi abbate. De eo exstant pauci versiculi in confirmatione carminis de vita Milonis, an. 872, CXXI, 966.

WOLBERO, monasterii S. Pantaleonis abbas an. 1147 electus est in loco Gerardi qui munus resignaverat senio confectus; tam eloquio quam ingenio claruit. In Scripturis eruditus, libros IV in *Cantica canticorum* scripsit virginibus Deo sacratis et ord. S. Bened. Obiit an. 1167, CXCV, 1001.

WOLF et REINBRAT cum sororibus suis Osbirin et Meinbirin partem hæreditatis suæ donant ecclesiæ S. Salvatoris Verthinensis, Ludovico Pio imp. an. 834, XCIX, 804.

WOLFAUDUS. *Vide* Sigebaudus.

WOLFEO, Constantiensis episcopus, litteras misit ad Bernaltum Argentoriensem episc. pro Annone clerico ut parochiam administrare possit, susceptis sacris ordinibus, an. 817, CXXIX, 1389.

WOLFHARDUS, Hasenrietanus presbyter, et monachus ordinis S. Benedicti in diœcesi Eistetensi, floruit circa initium X sæc. Vitam scripsit sanctæ Walpurgis quam et nuncupavit Erchambaldo episcopo suo, cui postea adjecit tres libros de ejusdem miraculis, an. 908, CXXIX, 865.

WOLFOALDUS seu Wolfaudus et ejus uxor Adalsinda plurima dona contulerunt monasterio S. Michaelis in pago Virdunensi an. 709. Utrum ille idem sit qui cum Sigebaudo quasdam effecit commutationes nobis non constat, an. 1038, LXXXVIII, 1254.

WOLPHELMUS (B.), Brunnwillerensis abbas prope Coloniam in Ripuarensi pago. Ex illustri prosapia ortus adhuc puer liberalium artium disciplinam professus est apud Coloniam, sed mox ruptis voluptatum terrenarum catenis S. Maximinum apud Treviros adiit et monachus effectus est, non multo post abbas electus est Brunnwilerensis. Libros scripsit *De sacramento altaris*, an. 1100, CLIV, 403.

WOLSTANUS, monachus Wintoniensis in Anglia Ethelwoldi fuit discipulus; floruit X sæculo, an. 993, vitam scripsit S. Swithini episcop. et Wintoniensis Ethelvoldi, CXXXVII, 79.

WRACHARIUS, Brunhari cujusdam filius, nonnullas terras donavit B. Ludgero monasterii Werthinensi abbati, quod actum est an. 799, Carolo Magno regnante, XCIX, 815.

## X

XISTUS (S.). *Vide* Sixtus.

## Z

ZACCHÆUS CHRISTIANUS, monachus V sæc. Non constat utrum Gallus an Italus fuerit. Quidam conjiciunt eum Africanum fuisse ob styli sui affinitatem cum hujus regionis scriptoribus. De eo exstant libri III consultationum, an. 420, XX, 1062.

ZACCHARIAS (S.), papa, ex Polychronio Pontinio natus in Calabria; primum canonicus regularis, deinde monachus sancti Benedicti, tandem presbyter S. R. E. cardinalis, Gregorio III successit an. 741. Obiit an. 752. De eo exstant epistolæ et decreta, LXXXIX, 892.

ZACHARIAS, Chrysopolytanus episcopus. Auctor ille quem vulgo episcopum Vezontinum faciunt, videtur tamen nunquam exiisse a Præmonstratensi statu quem amplexus erat in abbatia S. Martini Laudunensis. Ex illo exstat commentarium in concordiam evangelistarum. Obiit an. 1152. CLXXXVI, 9.

ZACHARIAS, sedis incertæ episc. Ejus nemo nos originem patriam, ætatemve docet. Alii Sabinensem episcopum eum dixerunt, alii Brixiensem. De eo exstat sermo de S. Georgio æque gravis doctus et elegans, CLXXXVI, 619.

ZACHARIAS BENEDICTUS, Vicentinus Carthusianus, de quo nihil compertum habemus, carmen edidit quo celebrat sacri Carthusiensis ordinis originem. Floruisse videtur sæc. XV sive XVI, CLIII, 571.

ZANETO. *Vide* Erro.

ZENO, Stoicorum dux, e Cypro ortus, Athenas venit ibique novum systema rerum sub porticu edocuit ideoque Stoicus dictus est. E vivis decessit ante Christ. an. 260. De eo exstat apud sanctum Ambrosium epistola Antigono Syriorum regi, XVII, 1152.

ZENO (S.), episcopus Veronensis, de ejus patris ortu non constat. Vulgo putant eum ad episcopatum evectum fuisse an. 363, cum Veronæ pullularunt tum pagani, tum Ariani quos fere omnes lucratus est S. Zeno vi eloquentiæ suæ et virtutum exemplis; circa finem IV sæc. obiit. Ex eo supersunt libri II Tractatuum seu sermonum, an. 381, XI, 9.

ZEPHERINUS sive ZEPHIRINUS (S.), papa et martyr, S. Victori successit, res ecclesiæ prudenter gessit; sed, eo sedente, sæviit pessima persecutio adversus Christi cultores. Obiit an. 218. Quædam ipsi tribuuntur decreta apud Isidorum Mercatorem, CXXX, 125.

ZONARAS (Joannes), Græcus auctor XII sæc. circa an. 1130, et primus a secretariis Joannis et Manuelis impp. Annales tradidit. Hujus exstant apud Cyprian. præfatio et fragmenta super conciliis Carthag. Græco-Latine edita, III, 1079, 1083.

ZOSIMUS (S.), papa. Natione Græcus, unanimi consensu electus est in loco S. Innocentii I an. 417. Multum egit advers. hæresim Pelagianorum. Decreta epistolasque emisit super regimine Ecclesiæ. Obiit anno 418, et via Tiburtina sepultus est juxta corpus S. Laurentii mart., XX, 657.

# XIII.

# INDEX ANALYTICUS

ORDINE DIGESTUS ALPHABETICO

AUCTORUM OMNIUM QUORUM SCRIPTIS PROSTAT

PATROLOGIÆ LATINÆ CURSUS.

(Numerus romanus *tomum*, arabicus *columnam* designat.)

## MONITUM.

Hoc in indice, ut ex titulo patet, omnes scriptores alphabetice ordinavimus et sub uniuscujusque nomine omnia ejus opera vel etiam opuscula, hinc inde sparsa revocavimus, tomum et columnam, ubi reperiuntur, indicantes, et quidquid complectuntur brevissima colligentes analysi, adeo ut lector, ne tactis quidem voluminibus, sciet quidquid unusquisque scripserit auctor, statimque ad manum habebit desiderata, et sic alieno labore gaudens fruetur.

### A

FROTHARIUS, Tullensis episc., an. 844. Epistolæ XXIV, ad Hilduinum, ad Gerungum summum sacri Palatii ostiarium, ad Ludovicum imperatorem, ad Judith imperatricem, ad Drogonem Metensem episcopum, ad Eginhardum, etc., CVI, 864.

FROUMUNDUS, cœnobita Tegernseensis, an. 1011. Epistolæ XIV, ad Gozpertum abbatem Tegernseensem, ad Bdotkerum abbatem Herbipolensem, ad Pabonem monachum pro vestimentis quibus se a frigore defendat, ad Reginaldum monachum quem hortatur ad perseverantiam in statu monastico, ad eumdem ut sibi exemplum Horatii poetæ transmittat, ad eumdem petit sibi poemata Statii transmitti, etc., etc. 2. Poematica XXVII, in imaginem Crucifixi, ad Pabonem, in eos qui Froumundum ad suscipiendum presbyterii ordinem urgebant, in Gerhardum saxo atrociter puerum ferientem, in adventum Heinrici ducis Bojariæ, ad eumdem precatur faustum iter et reditum; in duodecim apostolos Domini; apologia pro schola Wirtzburgensi ejusque magistro adversus quemdam calumniatorem, etc., CXLI, 1283 *seq.*

FROWINUS, abbas cœnobii Montis Angelorum apud Helvetios. Post annum 1131. 1. Prologus in explanationem Dominicæ orationis. 2. De libero arbitrio ad Adelbertum monachum libri VIII, CLXXIX, 1801.

FRUCTUOSUS (S.), Bracarensis episc., an. 670. 1. Regula monachorum. 2. Regula monastica communis. 3. Epistola ad Braulionem episcopum Cæsaraugustanum. 4. Carmina Fructuoso a quibusdam ascripta, LXXXVII, 1088 *seq.*

FULBERTUS (S.), Carnotensis episc., an 1029. 1. Epistolæ CV, ad Bonibertum archiepiscopum, ad Abbonem, ad Einardum, ad Adalberonem præsulem, ad Adeodatum, ad Leuthericum archiepiscopum suum, ad Robertum regem ac reginam Constantiam, ad Ebalum Rhemorum archipræsulem, ad Guillielmum ducem Aquitanorum, ad Arnulfum Turonensium archipræsulem, ad Hildegarium, etc. 2. Tractatus in vers. 1, cap. XII, Act. apost. 3. Tractatus contra Judæos. 4. Sermones IX ad populum, de purificatione B. Mariæ, de nativitate B. Mariæ virginis, de Deo uno in Trinitate, de annuntiatione Dominica. 5. Hymni et carmina ecclesiastica XXVII. 6. Versus de uncia et partibus ejus et de scrupulo. 7. Proclamatio antequam dicant pax Domini. 8. Diplomata II, pro monachis Majoris Monasterii Turonensis, de Jeranividare per precariam dato Gradulfo militi, etc. 9. Vita sancti Autberti Cameracensis episcopi, CXLI, 161 *seq.*

FULCHERIUS, Carnotensis presbyter, an. 1127. Historia Hierosolymitana libri III, CLV, 825.

FULCHERIUS, procurator domorum militiæ templi, sæc. XII. Epistola ad Ludovicum regem Francorum, CLV, 1273.

FULCO, Andegavorum comes, circa annum 1022. Epistola ad Robertum regem, CXLI, 938.

FULCO, Andegavensis comes, an. 1096. Donationes piæ III, ecclesiæ S. Mauritii Andegavensi, pro monasterio S. Nicolai, CLV, 480. Aliæ donationes, CLXII, 1097.

FULCO III, rex Jerosolymorum, an. 1137. Privilegia, CLV, 1123, 1181.

FULCO, Rhemensis archiep., an. 900. Epistolæ II, ad Stephanum V pontificem Maximum, ad Carolum Calvum imperatorem, CXXXI, 12.

FULCO, abbas Corbeiensis, an 1090. Epistola ad Alexandrum II papam de Corbeiæ libertate ab episcopo Ambianensi vexata, CL, 1431.

FULCOIUS, Ecclesiæ Meldensis subdiaconus, an. 1098. 1. Epistola ad Hugonem abbatem Cluniacensem, metrice scripta. 2. Fragmenta in quibus sancti diœcesis Meldensis enumerantur, 36 versus hexam. 3. Epitaphium Otgeri et Benedicti militum qui tempore Caroli Magni in cœnobio sancti Faronis monachalem susceperunt habitum, CL, 1552.

FULGENTIUS (S.), Ruspensis episc., an. 533. 1. Ad Monimum libri III, de duplice prædestinatione Dei, una bonorum ad gloriam, altera malorum ad pœnam, de sacrificii oblatione, de Spiritus sancti missione, de supererogatione B. Pauli, de vera expositione illius dicti evangelici : *et Verbum erat apud Deum.* 2. Contra Arianos liber I. 3. Ad Trasimundum regem Vandalorum libri III, de mysterio Mediatoris Christi duas naturas in una persona retinentis, de immensitate divinitatis Filii Dei, de sacramento Dominicæ passionis. 4. Epistolæ XIII, de conjugali debito et voto continentiæ a conjugibus emisso, ad Gallam viduam de consolatione super morte mariti et de statu viduarum, ad Probam de Virginitate atque humilitate, ad Probam de oratione ad Deum et compunctione cordis, ad Eugyppium abbatem de charitate, ad Theodorum senatorem de conversione a sæculo, ad Venantiam de recta pœnitentia et futura retributione, ad Donatum de fide orthodoxa et diversis erroribus hæreticorum, Ferrando de salute Æthiopis moribundi, etc. 5. De Trinitate liber I ad Felicem notarium. 6. Contra sermonem Fastidiosi Ariani, ad Victorem, liber I. 7. De remissione peccatorum, ad Euthymium libri II. 8. De incarnatione Filii Dei et vilium animalium auctore, ad Scarilum, liber I. 9. De veritate prædestinationis et gratiæ Dei, ad Joannem et Venerium. 10. De fide, seu de regula veræ fidei, ad Petrum, liber I. 11. Pro fide catholica, adversus Pintam episcopum Arianum, liber I. 12. Sermones X, de dispensatoribus Domini, de duplici Nativitate Christi, de sancto Stephano protomartyre, de Epiphania, de charitate Dei ac proximi, de sancto Cypriano martyre, de latrone crucifixo cum Christo, de sancto die Pentecostes, etc. 13. Contra Fabianum fragmenta XXXIX. 14. Duo sermones hactenus inediti, in Circumcisione Domini, in Purificatione B. Virginis Mariæ, LXV, 101 *seq.*

FULGENTIUS, Affligemensis abbas, an. 1125. Epistola ad Franconem monachum, CLXVI, 717.

G

GAIDOALDUS, medicus, sæc. VIII, donatio, pro monasterio sancti Bartholomæi Pistoriensi, LXXXVII, 1432.

GALBERTUS, Brugensis, an. 1127. De Vita et martyrio B. Caroli Boni Flandriæ comitis. Vita altera, auctore Galberto notario, CLXVI, 873, 944.

GALERIUS M., Imperator Rom., an. 311. Edictum Galerii, VII, 249.

GALLUS (S.), abbas et confessor, an. 646. Sermo habitus Constantiæ, de beneficiis Dei a creatione ad incarnationem Filii Dei, LXXXVII, 13.

GALLUS (S.), episcop. Claromontanus, an. 650. Epistola ad sanctum Desiderium Cadurc., LXXXVII, 212, 265

GALO, Parisiensis episc., an. 1125. 1. Epistola ad Lambertum Atrebatensem episcopum. 2. Diploma quo ejectis monialibus ecclesiam S. Eligii monachis Fossatensibus concedit, CLXII, 725.

GALTERIUS, cognomento Saveyr Meldensis episcop., an 1082, epistola ad Bartholomæum Turonensem archiep. de cella Credonensi in concilio Romano sub Nicolao papa Vindocinensibus asserta, CXLVII, 1212.

GALTERIUS, an. inc. Vita sancti Anastasii monachi et eremitæ, CXLIX, 424.

GALTERIUS, cancellarius Gallus, an. 1100. Antiochena bella, CLV, 993.

GALTERIUS, Cæsareæ dominus, circa an. 1140. Privilegium de dono et concessione Casalis de Fraisse, CLV, 1169.

GALTERUS, Lingon. episc., an. 1179. Testimonia III, CLXXXV, 1436.

GALTERUS ab Insulis, Magalonensis episc., an. 1110. 1. Epistola ad Robertum præpositum Insulanum, de Floribus Psalmorum a Lietherto collectis. 2. Diploma pro monasterio Gellonensi, CLVII, 714.

GAMMO, vir illustris, an. 697. Charta pro monasterio Lemausi a se condito, LXXXVIII, 1235.

GARCIAS, monachus S. Michaelis Cuxasensis, an. 1045. Epistola ad Olivum episcopum Ausonensem de initiis monasterii Cuxasensis, et de sacris reliquiis in eo custoditis, CXLI, 1441.

GARLANDIA (J. De), an. 1040. 1. Opus synonymorum, 650 versus hexam circ. 2. Fragmentum ex libro de æquivocis. 3. Fragmentum ex libro de mysteriis Ecclesiæ. 4. Fragmentum libri de orthographia, CL, 1592.

GARNERIUS, abbas, an. inc., sæc. VIII. Legatio ad regem Aistulphum, XCVI, 1369.

GARNERIUS, presbyter societatis Jesu, an. inc. Liber diurnus, CV, 9 *seq.*

GARNERIUS, Lingonensis episc., an. 1198. Sermones XL, in Adventu Domini, de Nativitate Domini, in Epiphania Domini, in Purificatione B. Mariæ, in Dominica Septuagesimæ, in Quadragesima, in Cœna Domini, in die sancto Paschæ, in Ascensione Domini, in die sanctæ Pentecostes, in festo sanctissimæ Trinitatis, in Nativitate sancti Joannis Baptistæ, in Assumptione B. Mariæ, in Nativitate B. Mariæ, in Capitulo generali, in festo Omnium Sanctorum, in Dedicatione Ecclesiæ, de arca Spirituali, etc., CCV, 556.

GARNERIUS de Fontanis, an. 1210. Donationes, CLXXXV, 1424 *seq.*

GARNERUS, canonicus regularis sancti Victoris Parisiensis, an. 1166 Gregorianum, libri XVI; hoc est allegoricæ omnium pene rerum in Bibliis contentarum explanationes promptæ ex universis D. Gregorii papæ scriptis, CXCIII, 9 *seq.*

GASTO de Bearno, an. 1212. Professio Gastonis de Bearno, CCXVI, 818.

GAUCHERIUS, monach., sæc. XII. Epistola ad quemdam militem templi de amicitia spirituali, CXCVI, 1616.

GAUDENTIUS (S.), Brixiæ episcopus, an. 420. 1. Sermones vel tractatus XXI; de Exodi lectione VII; de Evangelii lectione et diversis Capitulis XIV. 2. Ad laudem B. Filastrii episcopi carmen Saphicum pentametrum, XX, 792, 828.

GAUFREDUS, Ranconiensis, sæc. XII. Epistola ad Sugerium qua declarat sibi traditam a rege terram Pictaviensem, CLXXXVI, 1384.

GAUFREDUS MALATERRA, monac. Benedictinus, an. 1099. Liber de acquisitione regni Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ et insulæ Siciliæ per gloriosum principem Robertum Guiscardum et fratres in Normannia venientes, CXLIX, 1088.

GAUFREDUS, dux Normannorum et comes Andegavensis, an. 1150. Epistolæ III ad Sugerium, de colloquio cum eo Balgemiaci habituro, se esse sanum et paratum ad serviendum regi; gratias agit, quod restituendæ paci inter regem et seipsum operam præbeat, CLXXXVI, 1351, 1364, 1427.

GAUFREDUS, archiepiscopus Burdegalensis, circa an. 1148. Epistolæ V ad Sugerium, rogat ne quid immuletur in terra Burdegalensi donec terræ statum resciverit; significat terræ suæ statum et infestationem regis terræ per vicecomitem Gavarritanum; rogat quid fieri velit de præpositura urbis Burdegalensis, tunc vacante; quod interesse non possit conventui Carnotensi, CLXXXVI, 1359, 1369, 1392, 1412, 1421.

GAUFRIDUS, Carnotensis episcopus, circa annum 1142. Epistolæ III ad Stephanum Parisiensem episcopum; ei significat deligere arbitrium causæ suæ S. Bernardum Clarævv.; excusat se quod ad colloquium non possit accedere, etc., CLXXIII, 1412 *seq.* Epistola ad Sugerium, queritur de præposito Hienvillæ, qui in ipsum insurrexerat, CLXXXVI, 1399.

GAUFRIDUS, miles, frater S. Hugonis Cluniac., an. 1180. Charta de Martiniaco in pago Augustodunensi, CLIV, 969.

GAUFRIDUS, Catalaunensis episc., an. 1142. Epistolæ et diplomata VII, ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem, ad Stephanum Parisiensem episc.; charta fundationis abbatiæ monasterii in Argona; confirmatio donationum præcipuarum factarum monasterio Trium-Fontium; privilegium pro monasterio S. Petri; anniversarii sui fundatio in ecclesia S. Martini de Campis Parisiensi; fundatio in abbatia Mauri-Montis, CLXXIII, 1393 *seq.*

GAUFRIDUS GROSSUS, monachus Tironiensis. an. 1137. Vita B. Bernardi fundatoris congregationis de tironio in Gallia, CLXXII, 1362.

GAUFRIDUS, abbas Clarævv., an. 1166. 1. Declamationes de colloquio Simonis cum Jesu ex S. Bernardi sermonibus collectæ, ad Henricum S. R. Ecclesiæ cardinalem, CLXXXIV, 436. 2. Vita sancti Bernardi Clarævv., CLXXXV, 321, 393, 523. 3. Sermo in anniversario obitus S. Bernardi, CXXXV, 573.

GAUFRIDUS, major communiæ S. Richarii, sæc. XII. Epistola ad Sugerium, CLXXXVI, 1363.

GAUFRIDUS, apud S. Barbaram in Neustria canonicorum regularium subprior, circa finem sæc. XII. Epistolæ XLIII, ad Joannem abbatem Baugezeum de onere pastorali sibi imposito, ad monachos Baugezienses, ad Joannem abbatem, de vitiis viriliter resecandis in monasterio et de variis, ad Petrum amicum suum, de assidua lectione Scripturæ sacræ, ad W. quondam priorem S. Stephani Cadomensis de contemplatione, ad quemdam juvenem eremitam salutaria ei dat monita, ad Hugonem priorem sancti Martini Laeginis de præparatione ad festum Resurrectionis Dominicæ, ad R. presbyterum de significatione in Missa stationis sacerdotis ad dexteram, et de quibusdam aliis ritibus, etc., CCV, 828 *seq.*

GAUNILO, majoris monasterii monachus, an. 1109. Liber pro insipiente adversus sancti Anselmi in Proslogio ratiocinationem, CLVIII, 241.

GAUSLINUS, Bituricensis Ecclesiæ archiep., an. 1027. 1. Gauslini epistolæ II ad Robertum regem de causis pluviæ sanguinis, ad Olibam Ausonensem episcopum, de morte Bernardi, comitis Bisuldunensis, fratris Olibæ. 2. Sermo de S. Martiali, CXLI, 765 *seq.*

GAUSSELMUS, abbas S. Victoris Massiliensis, an. 1130. Epistola ad A. priorem S. Victoris Massiliensis; arguit Massilienses fratres quod mortuum extumulaverint, queriturque quod debitam sibi non impendant reverentiam, CLXVI, 1335.

GAUTERIUS, Augustodun. episc., an. 1191. Testimonium, CLXXXV, 1472.

GEBHARDUS (S.), Salisburgensis archiep., an. 1085. Epistola ad Hermannum episcopum Metensem pro Gregorio VII pontifice Maximo contra ejusdem temporis schismaticos, CXLVIII, 848.

GEBUINUS, Lugdunensis archiep., an. 1082. Epistola ad Rodulphum Turonensem, ut consulatur electioni abbatis monasterii Sabiniacensis, CXLVII, 1209.

GELASIUS I (S.), papa, an. 492. 1. Epistolæ et decreta XV, ad Euphemianum ut Acacium anathematizet, ad Laurentium de Lignido episcopum de formula fidei quam omnes episcopi profiteri teneantur, ad episcopos Dardaniæ quibus nuntiat se pontificem electum hortaturque ut cum Eutychianistis non communicent, ad Faustum magistrum fungentem legationis officio Constantinopoli de Acacio jure a sede apostolica damnato, ad Honorium Dalmatiæ episc., de hæresi Pelagiana, ad omnes episcopos per Picenum de eadem hæresi Pelagiana cujus tria præcipua capita refellit, ad Anastasium imperatorem de pace restituenda Ecclesiis, ad episcopos Lucaniæ, nonnulla ecclesiastica statuta exponuntur, ad OEonium Arelatensem episcopum de episcopatus sui primordiis, etc., LIX, 9, *seq.* 2. Canones Gelasio ascripti, LIX, 142. 3. Sacramentarium Gelasianum sive liber sacramentorum Romanæ Ecclesiæ, LXXIV, 1049.

GELASIUS II, papa, an. 1119. Epistolæ et privilegia XXVIII ad A. priorem ecclesiæ S. Frigdiani Lucensis et ejus fratres, ad clerum et plebem Romanam de pseudopapa intruso, ad Jordanum Mediolan. archiep. de Landulpho restituendo, ad Gallos de Mauritio pseudopapa, ad Bernardum Toletanum episcopum de Mauritio in sedem intruso, ad Pontium abbatem Cluniacensem pro monasterio Cluniacensi, ad Gualterum Ravennatem archiep., ad canonicos Lucences quorum consuetudines approbat et innovat. Bulla in qua Nobiliaci possessiones recensentur, ad exercitum Christianorum civitatem Cæsaraugustanam obsidentem. Privilegium pro monasterio S. Andreæ Avenionensis, etc., CLXIII, 473 *seq.*

GEMMULUS, diaconus S. Sedis apostolicæ, an. 744. Epistolæ II ad sanctum Bonifacium Mogunt. archiep., munera ei mittit et exposcit ab eo preces, LXXXIX, 753, 754.

GENNADIUS, Massiliensis presbyter, an. 492. 1. Liber de ecclesiasticis dogmatibus. 2. Liber de scriptoribus ecclesiasticis, LVIII, 980 *seq.*

GERALDUS (S.), primus abbas et fundator Silvæ-Majoris, an. 1080. 1. Vita sancti Adalardi abbatis Corbeiensis. 2. Miracula S. Adalardi. 3. Charta de precibus pro fratribus suæ congregationis et aliis sibi confœderatis faciendis, CXLVII, 1004, 1045, 1064, 1078.

GERALDUS, Ostiensis episc., an. 1073. Notitia de monasterio S. Montis, CLIX, 963.

GERALDUS de Terrazo, Solemniacensis abb., an. 1149. Epistola ad Wibaldum abbatem Stabulensem, CL, 1267.

GERALDUS, Cadurcensis episc., circa annum 1200. Epistola ad Fridericum imperatorem, orat imperatorem ut e carcere eum a militibus detentum liberari jubeat, CCV, 923.

GERARDUS, presbyter, an. 973. Vita sancti Udalrici Augustani episcopi, CXXXV, 1001.

GERARDUS, decanus S. Medardi Suession., sæc. X. Prologus in vitam sancti Romani, CXXXVIII, 171.

GERARDUS I, Cameracensis episc., an. 1051. 1. Acta synodi Atrebatensis in Manichæos, Gerardi epistola. 2. Epistolæ VI ad archidiaconos Leodienses de agendi ratione erga excommunicatos, ad Adalberonem in Laudunensem sedem electum, ad Ebalum Rhemensem archiep., de electione Adalberonis, ad Leduinum abbatem sancti Vedasti de incendio ecclesiæ cathedralis Atrebatensis, etc., CXLII, 1268 *seq.*

GERARDUS II, Cameracensis episcopus, an. 1092. Charta de fundatione Aquicincti, CL, 1380.

GERARDUS, Clarævall. abb., an. 1161. De vita sancti Bernardi, CLXXXV, 383, 390.

GERARDUS, presbyter, an. 1134. Historia Compostellana, libri, III, CLXX, 876.

GERARDUS, Engolismensis episc., an. 1136. 1. Consilium Lausdunense de statu Ecclesiæ a Girardo celebratum anno Domini, 1109. 2. Epistolæ et diplomata XV, in causa Bellæ Insulæ. 3. Charta qua controversiam inter Bernardum vicecomitem de Comburn et abbatem Usercensem de loco de Amanzenas ortam dirimit, CLXXII, 1312.

GERARDUS ITHERII, Grandimontensis prior VII,

circa annum 1818. Vita sancti Stephani de Mureto, CCIV 1130.

GERBERTUS. *Vide* SYLVESTER II, papa.

GERHOHUS (Ven.), præpositus Reicherspergensis, an. 1169. — 1. Epistolæ XIV, ad magistrum A. cui mittit et commendat opus suum contra Græcorum errores, ad Henricum S. R. E. Cardinalem cui offert et commendat suam expositionem psalmi sexagesimi quarti, ad Othonem episcopum Frisingensem de expositione sua in Psalmos... ad Adamum abbatem Eberacensem adversus errores Folmari præpositi Truff., ad abbatem Windbergensem, controversa sententia de Christi gloria et honore; ad Alexandrum III papam, nuncupat ei expositionem suam psalmi CXXXI, denuntiat Petrum Lombardum, et reformationem Ecclesiæ commendat, etc. CXCIII, 489. 2. Commentarium in Psalmos, CXCIII, 462, *seq.* 3. Expositio in Canticum Isaiæ, CXCIV, 938. 4. Expositio in Canticum Ezechiæ, *ibid.*, 1001. 5. Expositio in Canticum Annæ, *ibid.*, 1009. 6. Expositio in Canticum Moysis I, 1017. 7. Expositio in Canticum Habacuc, 1027. 8. Expositio in Canticum Moysis II, 1045. 9. Epistola ad Eberhardum Babenbergensem episcopum de Filio hominis, 1065. 10. Expositio in psalmum LXIV sive liber de corrupto Ecclesiæ statu, 1074. 11. Opusculum de gloria et honore Filii hominis, *ibid.* 12. Liber contra duas hæreses, 1162. 13. Liber de ædificio Dei, seu de studio et cura disciplinæ ecclesiasticæ, 1188. 14. Tractatus adversus Simoniacos, 1335. 15. Liber epistolaris seu dialogus ad Innocentium II Pont. Max. de clericis sæcularibus et regularibus, 1376. 16. Vitæ BB. abbatum Formbacensium Berengeri et Wirntonis ordinis S. Benedicti, 1425. 17. Syntagma de statu Ecclesiæ sub Henrici IV et V impp et Gregorio VII nonnullisque consequentibus pontificibus, 1444. 18. Præfatio in librum de investigatione Antichristi, 1480, CXCIII, CXCIV.

GERMANUS (S.), Parisiensis episcopus, an. 576. 1. Epistola ad Brunichildem reginam, de bello Sigeberti cum fratre suo. 2. Charta Parisiensis basilicæ S. Crucis et S. Vincentii. 3. Expositio brevis antiquæ liturgiæ gallicanæ in duas epistolas digesta, LXXII, 77 *seq.*

GERMANUS, episc. legatus papæ an. 519. Epistolæ IV ad Hormisdam papam, de Acacio cæterisque sectatoribus, quæ Thessalonicæ a Dorotheo contra Joannem episcopum acta fuerint, Dorotheum Heracleam fuisse perductum, nec imperatorem permisisse ut Romam duceretur, de Paschali die Orientalem Ecclesiam cum Romana convenire, LXIII, 415, 468, 473, 481.

GERMINIUS, episcopus Semiarianus, an. 366. Epistolæ III adversus Arianos, X, 717, 719; XIII, 575.

GERVASIUS, archiep. Rhemens., an. 1067. 1. Epistolæ ad Nicolaum II et Alexandrum II pontifices Romanos. 2. Diplomata Gervasii, charta fundationis seu restitutionis duodecim canonicorum in ecclesia SS. Timothei et Apollinaris, pro fundatione abbatiæ S. Dionysii Rhemensis, CXLIII, 1400.

GERWINUS, episc. Ambian., an. 1119. Epistolæ II ad Lambertum Atrebat. episc. de quodam feretro ad reliquias reponendas B. Fusciani, de quibusdam clericis ordinandis, CLXII, 647, 658.

GEZO, abbas Dertonensis, an. 984. Liber de corpore et sanguine Christi, CXXXVII, 370.

GIBERTUS, magister hospitalis, an. 1100. Epistolæ II ad Ludovicum VII regem Francorum de domo pauperum hospitali Jerusalem, CLV, 1264, 1270.

GILBERTUS, episc. Lunicensis in Hibernia, an. 1110. 1. De usu ecclesiastico seu de canonicali consuetudine in discendis horis et peragendo totius ecclesiastici ordinis officio, ad episcopos Hiberniæ. 2. Liber de statu Ecclesiæ. 3. Epistola ad S. Anselmum Cantuar. archiep., CLIX, 996.

GILBERTUS de Hoilandia, abbas ordinis Cisterciensis, an. 1153. 1. Sermones XLVIII in Canticum Salomonis, ab eo loco ubi sanctus Bernardus morte præventus desiit. 2. Tractatus Ascetici VII, de contemplatione rerum cœlestium, de quærendo Christo, et de viatorum beatorumque contemplatione, viæ et patriæ quam dispar sit gaudium, de confabulatione et meditatione circa res divinas, de mysteriis redemptionis humanæ, etc. 3. Sermo de semine Verbi Dei. 4. Epistolæ, IV ad Richardum fratrem quem commendat, ad Adamum quem hortatur ad statum religiosum, etc., CLXXXIV, 12 *seq.*

GILBERTUS FOLIOT. *Vide* FOLIOT.

GILDAS SAPIENS, an. 556. De excidio Britanniæ liber querulus, LXIX, 330.

GILDUINUS, abbas S. Victoris Parisiensis, an. 1155. Epistola ad episcopum Belvacensem cui commendat presbyterum, alia epistola de ecclesia S. Petri de Monte Letherico, CXCVI, 1380.

GILLEBERTUS, monachus Elnonensis, an. 1090. Historia miraculorum sancti Amandi corpore per Franciam deportato, CL, 1434.

GILO Parisiensis, Tusculanus episc., an. 1142. 1. Epistola de vita B. Hugonis Cluniacensis abbatis. 2. Epitome vitæ sancti Hugonis Cluniac. 3. Historia de via Hierosolymitana. 4. Acerrima disputatio adversus Antiochenum patriarcham quod nolit papæ Romano concedere primatum, contemnat litteras papæ, ignominia afficiat papales legatos, etc., CLXXIII, 1385; CLIX, 909; CLV, 941.

GIRARDUS, familiaris Didaci Compostell. episc. in Hisp. sæc. XII. Ex historia ecclesiæ S. Jacobi de Compostella, CLI, 267.

GIRARDUS PUCELLE, sæc. XII. Juramentum magistri Girardi et aliorum a schismate redeuntium, CXC, 392.

GIRARDUS de Podio Brunello, an. 1117. Donum de Longo prato, CLXII, 1110.

GIRARDUS de Perona, monachus, an. 1180. Epistola ad quemdam hominem suum, de ingratitudine, CXCVI, 1608.

GIRARDUS AVENTANUS, abbas Prulliaci, an. 1215. De parentela inter Erardum et Philippam filiam comitis Henrici, CCXVI, 981.

GISLEBERTUS CRISPINUS, abbas Westmonasteriensis, an. 1117. 1. Disputatio Judæi cum Christiano de fide Christiana, CLIX, 1006. 2. Vita sancti Herluini fundatoris Beccensis cœnobii, CL, 697.

GISLEBERTUS, Turon. archiep., circa an. 1120. Epistola ad Conanum comitem, CLXII, 1525.

GISLEBERTUS PORRETANUS, Pictaviensis episc., 1154. 1. Epistola ad Matthæum abbatem S. Florentii Salmuriensis, qualiter puniatur sacerdos in solo pane sine vino sacrificans, et de quibusdam aliis quæstionibus. 2. Commentaria in Boetium. 3. Liber de sex principiis, CLXXXVIII, 1248 *seq.*

GISULFUS, rex Longobardorum, an. 768. Donatio pro Cassinensi monasterio, LXXXVII, 1392.

GLABER. *Vide* RODULPHUS.

GLYCERIUS, imperator, sæc. V. Edictum contra ordinationes simoniacas, LXXII, 1112; LVI, 896.

GODEFREDUS, Stabulensis monachus, an. 1080. Triumphus sancti Remacli de Malmundariensi cœnobio, CXLIX, 288.

GODEFRIDUS, dux Alemanniæ, an. 691. Charta pro ecclesia B. Arnulphi Metensis, fragmentum traditionis factæ monasterio Sangallensi, LXXXVIII, 1253, 1222.

GODEFRIDUS, Lucensis, an. 723. Diploma quo fundat monasterium sancti Petri in loco Castellione cum Aurinando pro filiis suis, LXXXVII, 1368.

GODEFRIDUS BULLONIUS, Lotharingiæ dux, Hierosolymæ rex I, an. 1100. 1. Epistolæ IV, ad Boemundum principem Antiochiæ, de Græcorum versutia et dolis; ad Urbanum papam, de obsidione et expugnatione Antiochiæ; ad universos Christi fideles, de pace inita cum imperatore Constantinopolitano, deque victoriis ab exercitu Christianorum reportatis in Turcas; ad Paschalem papam, de iisdem victoriis. 2. Concio ad milites Christianos ut pristinæ virtutis memores obsidioni Antiochiæ insistant. 3. Diplomata III pro cella Satanacensi, pro monasteriolo seu prioratu S. Petri, in municipio Bullonensi, pro ecclesia S. Dagoberti in Sathanaco Lotharingiæ oppido sita, CLV, 369, 390 *seq.*

GODEFRIDUS (S.), Ambianensis episc., an. 1115. 1. Epistolæ et diplomata VII. Diploma pro monasterio Lehunensi. Concessio prioratus SS. Viti et Modesti de Ligniaco, ad Conchiam fluvium, in agro Atrebatensi. Fundatio S. Fusciani de Nemore, ad Baldericum Noviomensem episcopum. Diploma pro ecclesia Crispeiensi. Diploma pro Majori monasterio. Diploma pro ecclesia Compendiensi. 2. Tituli primigenii chartæ communiæ Ambianensis, CLXII, 732.

GODEFRIDUS, Ven. abbas Admontensis, an. 1142. 1. Homiliæ Dominicales LVIII. 2. Homiliæ Dominicales æstivales XCII. 3. Homiliæ in festa totius anni LXXXV. 4. Homiliæ in diversos Scripturæ locos XVI. 5. Opusculum de benedictionibus Jacob patriarchæ ad cap. XLIX Geneseos. 6. Liber de decem oneribus Isaiæ. 7. Epistola ad O. quondam monachum suum ut sibi Josephi aliorumque auctorum libros exscribendos mittat, CLXXIV, 22 *seq.*

GODEFRIDUS, Lingonensis episc., an. 1158. Probatio de donationibus a Warnerio de Suberno et fratre ejus Bartholomæo factis, CLXXXV, 1409, 1476.

GODEFRIDUS S. Victoris Parisiensis superior, an 1175. Fragmenta, CXCVI, 1417.

GODEFRIDUS abbas, auctor inc. 1. Vita S. Hildegardis abbatissæ, CXCVII, 92. 2. Epistola ad Hildegardem de muliere dæmoniaca, 278.

GODEFRIDUS, Trajectensium episcopus, an. 1178. Epi-

stola ad Hildegardem cui suum affectum declarat, CXCVII, 176.

GODEFRIDUS, Viterbiensis presbyter, an. 1190. Pantheon sive memoria sæculorum ab origine mundi ad annum 1186, CXCVIII, 872 *seq.*

GODEFRIDUS monachus Claræ-vallis, an. 1256. Relatio visitationis ejus in abbatia civitatis Portuensis, CLXXXV, 1769.

GODEFRIDUS, abbas S. Eucharii, an. 1208. Epistola ad Guibertum abbatem Gemblacensem, promittit ei sicut pro uno ex suis suffragiorum vota, CCXI, 1305.

GODEHARDUS (S.) episc. Hildesheimensis, an. 1038. Epistolæ v, ad Nideraltahenses, eis nuntiat quomodo a Tegernseensibus exceptus sit; ad Theodulum episcopum quomodo se accesserit ad monasterii Tegernseensis regimen; ad Azelimum abbatem Lunælacensem ut quamprimum se episcopo Pataviensi sistat, etc., CXLI, 1160, 1229 *seq.*

GODESCHALCUS, auctor inc. Continuatio gestorum abbatum Gemblacensium, CLX, 628.

GODESCHALKUS, an. 1039, (an idem ac supra, nescio) Sequentiæ v, de conversione sancti Pauli apostoli, de B. Maria Magdalena, de decollatione S. Joannis Baptistæ, de divisione apostolorum, de una virgine, CXLI, 1321.

GOFFRIDUS, abbas Vindocinensis, sancti Priscæ cardinalis, an. 1107. 1. Epistolæ CLXXXIV, libri v; Urbano II papæ, Paschali II papæ, legatis S. Sedis, de suis ordinis privilegiis et bonis quæ adversus iniquos defendit, Ivoni episcopo Carnot., Goffrido Carnotensium episcopo, de iisdem. Variis episcopis, Goffrido Andegavensium episcopo, Rainaldo Andegav. episc. Ulgerio Andegavensi episcopo, Ildeberto Cenomannorum episcopo, Ranulfo Santonensium episcopo. Variis abbatibus, Hainrico Angeriacensi abbati, Guillelmo S. Florentii abbati, Hamelino abbati S. Albini, Bernardo abbati S. Landomari, etc. 2. Opuscula XVIII, tractatus de corpore et sanguine Domini Jesu Christi. De ordinatione episcoporum, et de investitura laicorum. De simonia et investitura laicorum. De possessionum ecclesiasticarum investitura, quod regibus concedatur. Ad Calixtum papam, qualiter in Ecclesiam dispensationes fieri debent. De Arca Fœderis. De Sacramentis. De illis qui in Capitulo inordinate clamant. Invectio Dei contra peccatorem, etc. Quæ tria pastoribus inesse debeant, etc. 3. Sermones XI, in Nativitate Domini, de Resurrectione Domini, de Ascensione Domini, de Purificatione sanctæ Mariæ, in festivitate omni B. Mariæ matris Domini, etc. 4. Tractatus de ordinatione episcoporum, et de investitura laicorum, CLVII, 9 *seq.*

GOIBERTUS, an. 828. Charta de dote basilicæ Domini Salvatoris in Steneland, CXXXVI, 1272.

GONDEMARUS, rex Gothorum, an. 612. Decretum de Ecclesia Toletana, LXXX, 181.

GONTERUS, Spirensis episc., an. 1160. Epistola ad Hildegardem cujus precibus se commendat, CXCVII, 171.

GOSBERTUS, an. inc. Carmen acrostichum ad Guillelmum Blesensium comitem, CXXIX, 1147.

GOSCELINUS, Cantuariensis monachus, an. 1100. 1. Vita major S. Augustini Anglorum apostoli. 2. Ejusdem vita minor. Historia translationis sancti Augustini episcopi Anglorum apostoli aliorumque sanctorum qui in ipsius monasterio Cantuariensi quiescebant. 4. Vita sancti Swithuni episcopi confessoris Wintoniæ in Anglia. 5. Vita sancti Yvonis episcopi Persæ. 6. Vita sanctæ Wereburgæ virginis regis Merciorum filiæ. 7. Vita sanctæ Eadgithæ seu Editha Eadgari Anglorum regis filiæ et Sanctimonialis Wittoniensis. CLV, 9, *seq.*, LXXX, 44.

GOSCELINUS, decanus Belvacensis, an. 1120. Epistola ad Radulfum Rhem. archiep., de domibus canonicorum a sæcularibus non possidendis, CLXIII, 1421.

GOSLENUS, episc. Carnot., sæc. XII. Epistola ad Sugerium, excusat se quod ab eo vocatus interesse non possit solemnitati sancti Dionysii, CLXXXVI, 1399.

GOSLENUS seu JOSLENUS Suession. episc., an. 1152. 1. Expositio in Symbolum. 2. Expositio in orationem Dominicam. 3. Charta pro monasterio Silvæ-Majoris. 4. Epistolæ II ad Sugerium, CLXXXVI, 1475, 1480, 1437, 1438.

GOTHERUS decanus Turnacensis, sæc. XII. Epistola ad Lambertum Atrebat., CLXII, 697.

GOTTESCHALCUS, Orbacensis monachus., an. 868. 1. Confessio Gotteschalci monachi post hæresim damnatam. 2. Confessio prolixior. 3. Fragmenta Libelli de prædestinatione per Gotteschalcum oblati Rabano archiepiscopo Moguntino in placito Moguntiæ, an. 848. 4. Epistola ad Ratramnum metrice scripta, 150 versus circ. CXXI, 345 *seq.*; CXXV, 618.

GOYLA donatrix, an. 734. Charta qua basilicæ S. Benigni Divionensis dona confert, post suum et viri sui obitum possidenda, LXXXVIII, 1287.

GOZECHINUS scholasticus, circa an. 1059. Epistola ad Valcherium itidem Scholasticum, suum olim discipulum. Præmissa apologia, quod relicto Laodicensis cathedræ magisterio, Moguntiam secesserit, mala sui temporis deplorat, ex Berengarii maxime perversa doctrina consecuta, CXLIII, 885.

GOZPERTUS, abbas Tegernseensis, an. 995. Epistolæ XVI, ad Romualdum abbatem S. Emmerammi, ad Arnoldum comitem de obitu Adelheidis imperatricis, ad eamdem de pueris quos discendi causa hactenus in monasterio enutrivit, ad Meginhelmum comitem petit sibi suisque busones mitti, ad Gebhardum episcopum Augustanum cujus pietatem laudat et spondet se ad eum brevi accessurum, etc., CXXXIX, 365.

GRADONICUS, Aquileiens. patriarch, an. 1629. Pastoralis pedi donatio Capitulo Utinensi, XCIX, 682.

GRATIANUS, monachus S. Felicis Bononiensis, an. 1151. 1. Concordia discordantium canonum, ac primum de jure divinæ et humanæ constitutionis. 2. Decreti pars secunda, causæ XXXIII. 3. Decreti pars tertia de consecratione, CLXXXVII, 28, 477, 1704.

GRATIANUS imperator, an. 377. 1. Constitutio in Rebaptizantes ad Flavianum vicarium Africæ, XI, 1181. 2. Rescriptum Gratiani Augusti ad Aquilinum vicarium urbis, quo id omne prope conceditur, quod superiori epistola petitum est, XIII, 583. 3. Epistola ad Ambrosium quem ad se invitat, ut se in fide de Filii ac Spiritus sancti divinitate confirmet, XVI, 875.

GRATIANUS, subdiaconus S. R. E. et papæ notarius sæc. XII. Epistola ad Gaufredum Ridel et alios, CXC, 985.

GREGORIUS (S.), Turonensis episc., an. 595. 1. Historiæ Francorum libri X. 2. Miraculorum libri II. 3. Liber de gloria Confessorum. 4. De miraculis sancti Martini episcopi libri IV. 5. Vitæ Patrum, seu liber de vita quorumdam felicior um. 6. Fragmenta commentarii in Psalmos. 7. De miraculis S. Andreæ. 8. Historia septem dormientium. 9. Liber de vita sancti Juliani. 10. Vita sancti Aridii. 11. Antiphona de SS. Medardo et Gildardo, LXXI, 9, 162, 705 *seq.*

GREGORIUS (S.) papa I, Cognom. Magnus, an. 595. 1. Moralium libri XXXV, sive expositio in librum Job. 2. Homiliarum in Ezechielem prophetam, libri II. 3. Homiliarum XL in Evangelia, libri II. 4. Oratio ad plebem de mortalitate. 5. Liber regulæ pastoralis. 6. Dialogorum libri IV. 7. Epistolæ, libri XIV. 8. Liber Sacramentorum. 9. Liber Antiphonarius. 10. Liber Responsalis. 11. Commentarii in librum I Regum. 12. Expositio super Cantica canticorum. 13. Expositio in psalmos pœnitentiales. 14. Concordia quorumdam testimoniorum sacræ Scripturæ, LXXV, LXXVI, LXXVII, LXXVIII, LXXIX.

GREGORIUS II (S.) papa, an. 731. 1. Epistolæ XIX, ad Bonifacium presbyterum cui potestatem facit fidei mysterium incredulis gentibus annuntiandi; ad Carolum ducem Majorem domus regiæ Francorum cui commendat Bonifacium; ad episcopos et alios omnium ordinum tum clericos tum laicos de Bonifacio; ad optimates Thuringorum ut sint obedientes Bonifacio; ad Bonifacium episcopum quem gratulatur de infidelium conversione.... ad Leonem Isaurum imperatorem de sacris imaginibus, etc. 2. Canones Pœnitentiales. 3. Capitulare datum Martiniano episcopo, Georgio presbytero, etc., in Bavarium ablegatis, LXXXIX, 453, 496 *seq.*

GREGORIUS (S.) III papa, an. 741. 1. Epistolæ IX, ad Bonifacium archiepiscopum cui mittit pallium archiepiscopale docetque quomodo uti eo debeat; ad omnes episcopos presbyteros et abbates quibus commendat Bonifacium ut illum adjuvent, ad optimates et populum provinciarum Germaniæ ut Bonifacio obediant; ad episcopos Bajoariæ et Alamanniæ de eodem; ad Carolum Martellum Majorem domus Regiæ Franciæ ut defendat Ecclesiam R. adversus reges Longobardorum, etc. 2. Excerptum de diversis criminibus et remediis eorum ex Patrum dictis Canonumque sententiis, LXXXIX, 558, 576 *seq.*; XCVIII, 64.

GREGORIUS IV papa, an. 844. Epistolæ IV, Rabano abbati, bulla pro monasterio Patavino S. Justinæ, ad episcopos et alios Dei fideles per Galliam constitutos de dignitate et privilegiis monasterii Floriacensis, ad Olgarium Moguntinum archiep., CXXIX, 992. Quatuor aliæ epistolæ Gregorii IV, CVI, 853.

GREGORIUS V papa, an. 999. Epistolæ et privilegia XXII, ad Winigonem abbatem; privilegium pro ecclesia Cameracensi; bulla pro monasterio S. Martini Turonensi; privilegium pro ecclesia Ravennate; ad Ottonem imperatorem; ad Willegisum Moguntinum archiep., ad Joannem Ravennat archiep.; privilegium pro monasterio S. Genesii in diœcesi Bisuldunensi; epistola ad Constantiam reginam Galliarum, etc., CXXXVII, 900 *seq.*

GREGORIUS VI papa, an. 1046. Epistolæ et privilegia IV, bulla pro Farfensi cœnobio ejusque abbate Almerico, epistola ad omnes Christianos; ad Rolandum ecclesiæ Florentinæ præpositum, bulla pro monasterio S. Quintini de Monte in concilio Romano lata, CXLII, 573.

GREGORIUS (S.) VII papa, an. 1085. 1. Registrum, libri XI, Epistolæ CCCXXX circiter. 2. Epistolæ LXXX, extra registrum vagantes. 3. Concilia Romana X, pro reformando Ecclesiæ statu, adversus Henricum regem Germaniæ, adversus Berengarium, adversus Guibertum antipapam et hæresiarcham. 4. Commentarius in VII Psalmos pœnitentiales. 5. Fragmentum expositionis in Matthæum, CXLVIII, 9, 284 *seq.*

GREGORIUS VIII papa, an. 1187. Epistolæ et privilegia XXVII, Germano clero quem hortatur ad expeditionem pro recuperanda Palæstina, animum ut adhibeant; ad omnes Christi fideles de clade Hierosolymitana; pro monasterio Lucellensi; pro monasterio de Charitate Fuliensi; pro ordine Calatravæ cujus possessiones confirmat; ad Fridericum imperatorem, etc., CCII, 1535.

GREGORIUS IX papa, an. 1238. Epistola de canonizatione sancti Brunonis, CXLII, 34.

GREGORIUS CATINENSIS, Farfensis monachus, sæc. IX. 1. Chronicon collectum ex diplomatibus pontificum Romanorum, imperatorum, regum Langobardorum, ducum, comitum aliisque publicis tabulis, in quo apparet series Roman. pontif., imperatorum, regum, ducum, etc., necnon ejusdem cœnobii abbatum, etc., CXXVII, 333. 2. Præfationes Gregorii monachi ad Chartarium Farfense, CL, 1300.

GREGORIUS, presbyter Romanus, an. 1119. Collectio canonum, CLXIII, 748, 752.

GREGORIUS, Aquileiens. patriarcha, an. 1263. Jura archidiaconatus Aquileiensis, XCIX, 647.

GREGORIUS S. R. E. Legatus, an. 1125. Epistolæ II, ad Angelrannum episcopum Ambianensem, ad A. Aquicinctensem abbatem, CLXVI, 851.

GRIMALDUS, Sangallensis abbas, an. 872. 1. Liber Sacramentorum ex operibus SS. Patrum excerptus. 2. Epistola ad Reginbertum magistrum scholæ monasterii S. Galli, CXXI, 796.

GRIMOALDUS, an. 650. Charta pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi, LXXXVII, 325.

GRIMLAICUS, presbyter, an. 898. Regula Solitariorum, CIII, 574; CXXIX, 863.

GUAIFERIUS, Casinensis monachus, an 1084. 1. Carmina VI, in laudem Psalterii, de miraculo illius qui seipsum occidit, de conversione quorumdam Salernitanorum, hymnus de sancto Secundino, in laudem sancti Martini episcopi, 250 vers. circ. 2. Vita sancti Secundini episcopi Trojani. 3. Vita sancti Lucii papæ et martyris, CXLVII, 1282 *seq.*

GUALBERTUS (S.) Joannes, abbas Vallumbrosanæ congregationis Ius institutor, an. 1073. 1. Preces S. Joannis Gualberti. 2. Epistola ad fratres, CXLVI, 668, 970 *seq.*

GUALFREDUS, Pisanus civis, an. 754. Fundatio monasterii S. Petri in loco Palatiolo, territorii Lucensis, LXXXVII, 1384.

GUALTERUS, prior S. Victoris Parisiensis, an. 1181. Excerpta contra quatuor labyrinthos Franciæ CXCIX, 1127.

GUALTERUS, Tarwannensis ecclesiæ canonicus, an. 1127. De vita et martyrio B. Caroli Boni Flandriæ comitis, CLXVI, 874.

GUALTERUS, Ravennatensis archiepisc., an. 1130. Epistola ad N. Parthenopolitanum seu Magdeburgensem archiepisc., CLXXIX, 38.

GUALTERUS, Insulanus præpositus, an. 1119. Epistola ad Lambertum Atrebatensem episc., CLXII, 647.

GUALTERUS, Cluniacensis monachus, an. 1141. De miraculis Beatæ Virginis Mariæ, CLXXIII, 1380.

GUALTERUS de Castellione, Tornacensis magister, an. 1202. 1. Tractatus contra Judæos, libri III. 2. Alexandreis sive gesta Alexandri Magni libris X comprehensa, 550 versus hexametri circiter, CCIX, 420 *seq.*

GUARINUS, abbas S. Victoris, an. 1180. Epistola ad Alexandrum III, CC, 1373. Epistola ad Cœlestinum III, CCVI, 1261. Aliæ Epistolæ Guarini abbatis, ad Joannem cardinalem Neapolitanum, ad Philippum regem Francorum ut finem imponat dissidio Grandimontensium, CXCVI, 1388.

GUARINUS, comes Rosnacensis, an. 1082. Litteræ de Ecclesia S. Margaretæ data monasterio Cluniacensi, CLIX, 970.

GUARINUS, Ambian. episc., an. 1138. De concessione duorum altarium in episcopatu Ambianensi, CLXXXIX, 1065.

GUDINUS Luxoviensis, an. inc. Planctus Rhythmicus super morte Constantii monachi Luxoviensis, CLI, 636.

GUERRICUS, Trevirensis scholasticus, an. 1054. Epistola sub ficto Ulrici nomine ad Nicolaum II papam de continentia sacerdotum, CXLIII, 1361.

GUERRICUS, abbas Ignacensis discipulus sancti Bernardi, an. 1153. Sermones per annum, 50 circiter. De adventu Domini, de Nativitate Domini, in Epiphania, de Purificatione B. Mariæ, in Quadragesima, in festo sancti Benedicti, de Annuntiatione Domini, in Dominica Palmarum, de Resurrectione Domini, etc., usque ad festum B. Mariæ Magdalenæ, CLXXXV, 9.

GUIBERTUS, ord. Minorum, an. inc., vita sancti Eleutherii Tornacensi episcopi, LXV, 59.

GUIBERTUS, ven. abbas S. Mariæ de Novigento, an. 1104. 1. Liber quo ordine sermo fieri debeat. 2. Moralia in Genesim, libri X. 3. Tropologiæ in Osee, Amos et Jeremiam. 4. Tractatus de Incarnatione contra Judæos. 5. Epistola de buccella Judæ data et de veritate Dominici corporis. 6. Liber de laude S. Mariæ. 7. Opusculum de virginitate. 8. Epistola nuncupatoria de pignoribus sanctorum. 9. Gesta Dei per Francos sive Historia Hierosolymitana, libri VIII. 10. De vita sua sive Monodiarum libri III, CLVI, 9 *seq.*

GUIBERTUS, Gemblacensis abbas, an. 1208. 1. Epistola XXVI, ad Philippum archiepiscopum Coloniensem de moribus pravorum pastorum; ad Herveum abbatem et fratres majoris monasterii; ad Gemblacenses fratres; ad abbatem S. Eucharii, etc. Epistolæ ad sanctam Hildegardem. 2. De combustione monasterii Gemblacensis, CCXI, 1281, 1288, *seq.*

GUICHARDUS, Lugdunensis archiepisc., an. 1180. Antiqua statuta Ecclesiæ Lugdunensis a Guichardo archiepiscopo renovata, CXCIX, 1092.

GUIDO II, Podiensis episcopus, an. 996. 1. Statuta ad pacem inter Christianos conciliandam promulgata. 2. Charta scripta cum abbas ageret in monasterio S. Pauli Cormaricensis; monasteriis ablata restituit, CXXXVII, 852.

GUIDO ARETINUS, abbas S. Crucis Avellanæ, an. 1034. 1. Micrologus Guidonis de disciplina artis Musicæ. 2. Versus de Musicæ explanatione. 3. Item aliæ Guidonis Regulæ de ignoto cantu. 4. Epistola Guidonis Michaeli monacho de ignoto cantu. 5. Tractatus correctorius multorum errorum, qui fiunt in cantu Gregoriano in multis locis. 6. Quomodo de arithmetica procedit Musica, CXLI, 376 *seq.*

GUIDO DE CASTELLIONE, Rhemensis archiepisc., an. 1053, Epistolæ et diplomata V, CXLII, 1401.

GUIDO, Ambianensis episcopus, an. 1077. 1. Epistola ad Fulconem abbatem Corbeiensem ut synodo mox celebrandæ intersit. 2. Charta abbatiæ Corbeiensi concessa. 3. Epitaphium Angelranni abbatis Centulensis, CXLVI, 1507.

GUIDO, Farfensis abbas, anno 1090. Disciplina Farfensis et monasterii S. Pauli Romæ, CL, 1191.

GUIDO de Sobernone., an. 1149, donatio, CLXXXV, 1419.

GUIDO, Cariloci abbas, an. 1150. Tractatus de correctione cantus ordinis Cisterciensis, CLXXXI, 1720.

GUIDO, Pontiniacensis abbas, an. 1150. Epistola ad Sugerium, ei commendat causam Thesaurarii Antissiodorensis, CLXXXVI, 1413.

GUIDO, Senonensis archiepisc., an. 1187. Epistola ad Gregorium papam, purgatur episcopus Laudunensis de impositis sibi criminibus, CCII, 1565.

GUIDO, Cabalonensis episc., an. 1265. Testimonium, CLXXXV, 1454.

GUIDO de Sauz, an. 1197. Fundatio ecclesiæ collegiatæ de Sauz, CLXXXV, 1437.

GUIDO, Cisterc. abb., postea Rhem. archiep., an. 1202. Testimonium, CLXXXV, 1413.

GUIGO I, Carthusiæ Majoris prior generalis, an. 1137. 1. Epistolæ VI, ad Durbonenses fratres de supposititiis beati Hieronymi epistolis, ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem, ad Haymericum cardinalem et cancellarium, ad Hugonem sanctæ Militiæ priorem, ad Innocentium papam II quem consolatur adversus schismatis molestias, etc. 2. Meditationes XX. 3. Consuetudines. 4. Vita sancti Hugonis episcopi Gratianopolitani, CLIII, 582 *seq.*; CLXXIX, 658; CLXXXV, 219.

GUIGO II, Carthusiæ prior generalis; an. 1188. 1. Scala Paradisi seu tractatus de modo orandi et de vita contemplativa. 2. Liber de Quadripertito exercitio cellæ, CLIII, 785.

GUILENCUS, Lingon. episc., an. 1114. Tabulæ de fundatione abbatiæ Morimundensis, CLXXXV, 1441.

GUILLELMUS, Cabillonensis monachus, an. 966. De fulmine quo percussum est sancti Petri Cabillonensis monasterium, CXXXIV, 1017.

GUILLELMUS V, dux Aquitaniæ, an. 1050. 1. Epistola-

læ VI, ad Maginfredum marchionem et ejus uxorem, ad Leonem Vercellensem episcopum, ad Guillelmum ducem, ad Fulbertum Carnotensem episcopum, ad Aribertum abbatem, ad Hildegarium. 2. Diploma quo villam sancti Macharii concedit ecclesiæ S. Crucis Burdigalensis, CXLI, 832.

GUILLELMUS (B.) I, abbas S. Germani a Pratis, an. 1031. Epistolæ seu charta ad fratres monasterii S. Germani a Pratis, CXLI, 834.

GUILLELMUS (S.), abbas S. Benigni Divionensis, an. 1031. Epistola II ad Joannem papam XIX. Epistola ad Odilonem Cluniacensem abbatem de obitu Willelmi Burgundiæ comitis, de morte Richardi Normannorum comitis, et de rebus maxime ad Vizeliacense cœnobium pertinentibus. Privilegium pro monasterio Fructuariensi, CXLI, 836 *seq.*

GUILLELMUS Apulus, ante an. 1099. Historicum poema de rebus Normannorum in Sicilia, Apulia et Calabria gestis usque ad mortem Roberti Guiscardi ducis, scriptum ad filium Rogerium, 2800 versus hexametri circiter, CXLIX, 1020.

GUILLELMUS, abbas S. Arnulfi Metensis, an. 1090. 1. Epistolæ VII, ad Gregorium VII papam quem de electione ejus gratulatur, ad Manassen Remorum archiepiscopum cui resignat prælationem monasterii Remigiani... ad monachum quemdam quem ad unum Deum quærendum hortatur, etc. 2. Oratio in commemoratione S. Augustini ante consecrationem missæ dicenda, CL, 872.

GUILLELMUS, Rotomagensis archiep., an. 1117. Epistola ad Lambertum Atrebatensem episcopum, CLXII, 650, 683.

GUILLELMUS, Bisuntinensis archiepiscopus de Alta Petra, an. 1120. Charta, CLXVI, 847.

GUILLELMUS de Birontio, circa an. 1117. Charta concessionis vallis Seguini in silva de Cadunio, domno Roberto de Arbrissello, CLXII, 1110.

GUILLELMUS de Campellis, Catalaunensis episcopus, an. 1121. 1. De sacramento altaris fragmentum. 2. Charta Guillelmi de Campellis. 3. De origine animæ. 4. Dialogus inter Christianum et Judæum de fide catholica, CLXIII, 1037.

GUILLELMUS, abbas S. Theodorici prope Remos., circ. an. 1150. 1. Epistola ad fratres de Monte Dei de vita solitaria. 2. Meditativæ orationes. 3. De contemplando Deo liber. 4. De natura et dignitate divini amoris. 5. Disputatio adversus Petrum Abælardum ad Gaufridum Carnotensem et Bernardum. 6. De erroribus Guillelmi de Conchis ad S. Bernardum. 7. De sacramento altaris liber. 8. Epistola ad quemdam monachum qui de corpore et sanguine Domini scripserat. 9. Speculum fidei. 10. Ænigma fidei. 11. In Cantica canticorum commentarius. 12. Expositio in Epistolam ad Romanos. 13. De natura corporis et animæ libri II, CLXXX, 186; CLXXXIV, 365; CLXXXV, 221, 225.

GUILLELMUS, Sandionysianus monachus, Sugerii discipulus, an. 1152. 1. Vita Sugerii abbatis, CLXXXVI, 1193. 2 Versus de obitu Sugerii abbatis, *ibid.*, 1211. 3. Epistola ad quosdam ex suis comonachis, *ibid.*, 1472.

GUILLELMUS, Flameng., sæc. XII. De vita sancti Bernardi, CLXXXV, 1403.

GUILLELMUS de Trahinaco, Grandimontensis prior VI, circa annum 1180. 1. Epistolæ II, ad Petrum Bernardi Grandimontensem de morte sancti Thomæ Cantuariensis archiepiscopi, ad Henricum II Anglorum regem de eadem, CCIV, 1177.

GUILLELMUS Dandina, Grandimontensis, cognomento de sancto Savino, circa annum 1157. Vita B. Hugonis de Lacerta discipuli sancti Stephani, ordinis Grandimontensis institutoris, CCIV, 1181.

GUILLELMUS, Tyrensis archiepisc., an. 1190. Historia rerum in partibus transmarinis gestarum a tempore successorum Mahumeth usque ad annum Domini 1184, CCI, 209.

GUILLELMUS, dominus Salionis, an. 1285. Donatio canonicis Salionis, CLXXXV, 1439.

GUILLEMANS (J.), canonicus regularis, an. inc. Vita B. Idæ comitissæ Boloniæ, regis Godefridi matris, CLV, 448.

GUILLERMUS de Monteacuto, an. 1255. Chartæ II, pro fratribus Buxeriæ, pro ecclesia de Buxeria, CLXXXV, 1428.

GUITMUNDUS, archiepiscopus Aversanus, an. 1089. 1. De corporis et sanguinis Christi veritate in Eucharistia libri III. 2. Confessio Guitmundi de sancta Trinitate, Christi humanitate, corporisque ac sanguinis Domini nostri veritate 3. Guitmundi epistola ad Erfastum. 4. Oratio Guitmundi ad Guillelmum I Anglorum regem cum recusaret episcopatum, CXLIX, 1425.

GUMPOLDUS, episcopus Mantuanus, intra 967-985 Vita Vincezlavi ducis Bohemiæ, CXXXV, 920.

GUNDECHARUS, Eichstetensis episc., circa annum 1073. Liber pontificalis Eichstetensis, CXLVI, 985.

GUNDOBADUS rex, circa an. 500. Epistola ad Avitum Viennensem, quem consulit de nonnullis verbis Isaiæ, LIX, 236.

GUNDULFUS, Roffensis episcopus, an. 1108. Epistolæ II, ad monachos Beccenses ut non tristentur de erepto sibi abbate Anselmo, ad Anselmum Lugduni degentem ut ecclesiam Cantuariensem multimodis tribulationibus afflictam præsentia sua relevet, CLIX, 836.

GUNTHARIUS, Coloniensis episcopus, an. 768. 1. Diabolica capitula Guntharii in Nicolaum papam. 2. Retractatio Guntharii. 3. Epistola ad Hincmarum, alia epistola ad episcopos in regno Ludovici constitutos, CXXI, 377.

GUNTHERUS, Cisterciensis monachus, an. 1212. 1. De oratione, jejunio et eleemosyna libri XIII. 2. Historia captæ a Latinis Constantinopoleos sub Balduino. 3. Ligurinus sive de rebus gestis Friderici imperatoris Augusti, cognomento Ænobarbi libri X, CCXII, 96.

GUNZO Grammaticus, diaconus Novariensis, an. 967. Epistolæ II, ad Attonem Vercellensem episcopum, ad Augienses fratres adversus monachum S. Galli qui ipsum contemptui habuerat quia erraverat grammaticaliter, CXXXVI, 1280.

GURHEDENUS, monachus Kemperlegiensis, an. 1118. Relatio seu notitia controversiæ prædictæ, CLXXII, 1327.

GUTHURNUS, rex Danorum in Eastanglia, an. 906. Leges ecclesiasticæ, CXXXVIII, 455, 459.

## H

HACQUEVILLUS Nicolaus, senatus Parisiensis præses, an inc., de laudibus S. Bernardi et situ Claræ Vallis, CLXXXV, 565.

HADELHEIDIS, abbatissa Ganderheimnensis, sæc. XII. Epistola ad Hildegardem, CXCVII, 317.

HADOINDUS (S.), Cenomanensis episcopus, an. 658. Testamentum Hadoindi Cenomanensis episcopi, LXXX, 568.

HAICHO, Honaugiensis, an. 723. Charta pro monasterio Honaugiensi, LXXXVIII, 1279.

HAIMINTUS, monachus S. Vedasti Atrebatensis, an. 834. 1. Sermo in natali S. Vedasti de XI parvulis meritis ejus sanatis. 2. Epistola ad Milonem presbyterum, CV, 756.

HAYTO. *Vide* AIMTO.

HALDOINUS, abbas, an. 849. Versus ad tumulum sancti Remigii, CXXIX, 1033.

HALINARDUS, Lugdunensis episcopus, an. 1052. Epistolæ III, ad Joannem XIX papam, ad Eiquocum sacri Palatii vestatarium, ad canonicos Lugdunenses, CXLII, 1333.

HALITGARIUS, Cameracensis episcopus, an. 831. De vitiis et virtutibus et de ordine pœnitentium libri V, CV, 649.

HARIULFUS, abbas Aldenburgensis, an. 1142. 1. Chronicon Centulense, libri IV. 2. Vita sancti Arnulfi episcopi Suessionensis, libri III. 3. Vita sancti Madelgisili confessoris et eremitæ in Pontivo, CLXXIV, 1211.

HARMOTUS, Sangallensis abbas, an. 881. 1. Inscriptiones in templo S. Othmari. 2. Epitaphium Grimaldi, CXXVI, 990.

HARTMANNUS, S. Galli monachus, an. 850. Carmina, versus ante evangelium canendi, de Natali Innocentium ad processionem, Litaniæ ad processionem diebus Dominicis... Versus ad suscipiendum regem, etc., CXVI, 23; LXXXVII, 30 *seq.*

HATTO, Moguntinus archiepiscopus, an. 912. Epistola ad Joannem IX papam de morte Arnulphi imperatoris, de Ludovico ejus filio septenni, rege Germaniæ salutato, de archiepiscopatu apud Moravos erecto, CXXXI, 1180.

HATTO, Trecensis episc. *Vide* ATO.

HAYMO, Halberstatensis episcopus, an. 853. 1. Explanatio in Psalmos. 2. Commentaria in Cantica aliquot. 3. Commentariorum in Isaiam libri III. 4. Enarratio in duodecim prophetas minores. 5. Enarratio in Cantica canticorum. 6. In D. Pauli Epistolas. 7. In Apocalypsin. 8. Homiliæ, de tempore, CXLI; Homiliæ de sanctis XIII; Homiliæ in aliquot Epistolas Pauli V. 9. Miscellanea, de corpore et sanguine Domini. 10. Epitome historiæ sacræ sive ad Christianarum rerum memoriam libri decem. 11. De varietate librorum sive de amore cœlestis patriæ libri III, CXVI, CXVII, CXVIII.

•HAYMO de Asireyo, Divion., an. 1237. Testimonium, CLXXV, 1436•

